D. Quæ fermentationem excitant in corpore, qua irritatio causatur talis, vt humores liquidati, & ad evacuationem præparati expelluntur, hæc sunt: *Cathartica, Emetica, Diuretica, & Diaphoretica.*

M. *Cathartica* quæ?

D. Medicamenta Cathartica sunt, quæ per antonomasiam appellantur Purgantia, sive *Solutiva*, vel *Laxativa*, quia illis iusta Medici scopum possunt evacuari omnes humores simul, aut vnus tantum, duo, tres vè, ideoque dividuntur in *Phlegmagoga, Cholagoga, Melanagoga, Hydragoga, & Panchimagoga.*

*Solutiva.
Laxativa*

M. *Phlegmagoga* quæ?

D. Quæ componuntur ex partibus volatilibus, & penetrantibus, qua propter sunt magis accommodata quam alia, vt eleventur in cerebrum, & ideo vocantur purgantia specialia cerebri, hæc sunt: agaricus, colochyntis, flos mali persici, & similia.

M. *Cholagoga* quæ?

D. Sunt illa, in quibus non inuenitur tanta actiuitas, quanta in alijs, qua propter purgant humorem faciliorem ad evacuandum, qualis est cholericus, hæc sunt: casia fistula, rhabarbarum, & similia.

M. *Melanagoga* quæ?

D. Quæ componuntur ex partibus fixis, & magis purgantibus, qua propter dissolunt humorem tartareum, & melancolicum, eum reddendo faciliorem ad evacuandum, hæc sunt: scammonium, turpethum, Jalappa, elleborus, & similia.

M. *Hydragoga* quæ?

D. Quæ componuntur ex partibus resinosis salinis, quibus vasa lymphatica aperiunt, serositati exitum tribuendo, hæc sunt: Jalappa, mechoacanna, iris, sal Polichrestus, & similia.

M. *Panchimagoga* quæ?

D. Quæ omnes humores evacuunt, quia componuntur ex permissione omnium purgantium, vt sunt: Diacatholicum, Confectio Hamech, Extractum Catholicum, Pilulæ Panchimagogæ Zuelferi, & similia.

M. *Emetica* quæ?

Vomitiva D. Medicamenta *Emetica*, sive *Vomitiva* sunt purgantia plenā particulis sulphureis salinis, ad motum, qui per illa movetur, cum ingrediuntur in stomacho tam disposita, vt antea quam ad intestina descendant, pungunt fibras stomachi, convulsionem quandam ibi causando, qua vomitus causatur, hæc sunt: quasi omnia præparata ex antimonio, asarum, vitriolum, & similia.

M. *Diaphoretica* quæ?

Sudorifera. D. Medicamenta *Diaphoretica*, sive *Sudorifera* sunt, quæ componuntur ex partibus salinis volatilibus, quibus aperiunt poros corporis, eijciendo humores per diaphoresim, seu transpirationem, hæc sunt: smilax aspera, guaiacum, radix chinæ, sales volatiles, & similia.

M. *Diuretica* quæ?

Aperitiva
Nephritica.
Lithon-
triptica. D. Medicamenta *Diuretica*, sive *Aperitiva*, sive *Nephritica*, sive *Lithontriptica* sunt, quæ humores serosos, & aquosos sanguinis deducunt ad renes, & vesicam, vt inde eijciantur, quia componuntur ex partibus salinis, & penetrantibus, quibus refaciunt sanguinem, propter quod tenacitates præcipitantur, hæc sunt: crystallus tartari, tartarus vitriolatus, spiritus salis, spiritus terebinthinæ, radices aperitivæ, & similia.

M. *Confortantia* quæ?

Cordialia D. Quæ per consensum suarum partium cum spiritibus corporis nostri, corrigunt commotiones humorum, tum motum tardum commobendo, tum nimium motum moderando, aut impuritates suas segregando, vel proprietate quadam partem aliquam respiciendo, roborando, seu confortando, hæc sunt: *Cardiaca*, *Analeptica*, *Anodyna*, *Cephalica*, *Opthalmica*, *Dentifricia*, *Pectoralia*, *Stomachica*, *Hepatica*, *Splenetica*, & *Anti-hysterica*.

M. *Cardiaca* quæ?

D. Medicamenta *Cardiaca*, sive *Cordialia* sunt quæ fortificant cor, instaurando spiritus, corporique dando robur secundum exigentiam, & hoc faciunt duobus modis: *primò* circulationem humorum augendo ob tenuitatem eius substantiæ, & volatilitatem earum partium, vt faciunt cinnamomum, ambra, moschus, caryophylli, santalum citrinum, confectiones cordiales, & similia: *secundò* impetuolum humorum motum sedando, vt faciunt spiritus acidi, succi acidi, & narcotica.

M. *Analeptica* quæ?

D.

D. *Analeptica*, siuè *Resumptiva* sunt, quæ vires corporis afflictas, siuè morbi diuturnitate, siuè defectu alimenti restituant. *Resumptiva.*
Analeptica autem differunt à restaurantibus in eo, quod prima, habitum corporis, alia verò vires debilitatas restituant, utraque constant ex alimentis, & medicamentis simul iunctis, quia non tantum nutritioni corporis inserviunt, verum etiam morbis quibus vexantur corpora medentur.

M. *Anodyna* quæ?

D. Sunt medicamenta, quæ dolorem mitigant, blando suo calore calorem corporis fovendo, sic que meatus referant, laxant, emolliunt, discutiuntque; hæc autem sunt temperata, tenuis substantiæ, ut sperma ceti, castorium, camphora, *Paregorica.*
Requies Magna, *Bolus Anodynus*, & similia, quæ etiam appellantur *Paregorica*, *Epicerastica*, & *Narcotica*. *Epicerastica.*
Narcotica.

M. *Cephalica* quæ?

D. Quæ capitis affectibus medentur, quia componuntur ex partibus sulphureis volatilibus, quam obrem tribuunt cerebro vaporem gratum, quo pituita immodicè pinguis attenuatur, portioque eius aliqua dissipatur, ac tunc spiritus animales augentur, & circulatio humorum excitatur, hæc sunt; *nicotiana*, *maiorana*, *salvia*, *caryophylli*, & similia.

M. *Ophthalmica* quæ?

D. Quæ roborant oculos, & suis infirmitatibus medentur: id quæ faciunt multis modis: *primò*, quando visus debilitatus fuit ob defectum spirituum, aut per fluxionem humoris pituitosi, siuè phlegmatici, hæc sunt: aqua vitæ, aqua *Reginæ Vngariæ*, aqua *foeniculi*, & similia: *secundò*, quando oculi rubicundi, & inflammati sunt, ob fluxionem humoris sanguinei, aut biliosi roborantur, & refrigerantur lacte mulieris, aqua *chelidonij*, aqua *euphrasiæ*, albuminibus ovorum, *consolida minori*, & similibus: *tertiò*, desiccando vlcuscula oculorum medicamentis detergentibus, ut sunt: *tutia*, *saccharum saturni*, *saccharum iris*, *vitriolum*, *trochisci albi Rhasis*, *lapis salutis*, & similia.

M. *Dentifricia* quæ?

D. Medicamenta *Dentifricia*, seu *Odontalgica* sunt, quæ dentium dolorem sopiunt, seu impuritates suas mundificant, vel ligamenta sua reafirmant, ut sunt: *vinum chalybeatum*, *spiritus salis communis*, *lentiscus*, *rosa*, *corallium*, *os sepiæ*, *pumex*, *cremor tartari*, & similia. *Odontalgica.*

M. *Pectoralia* quæ?

Bebica. D. *Pectoralia*, seu *Bebica* sunt, quæ componuntur ex substantijs oleosis, dulcibus, ac temperatis, quibus dulcificant acrimoniam in pectore descendentem, hæc sunt: lac, farsara, glyzyrrhiza, juiubæ, althæa, & similia: etiam medicamenta deterfiva, & rarefacientia inserviunt, cum pectus obstruitur, vt in asthma, hæc sunt: radices helenij, & iridis, hyssopus, flores Benzoini, & Sulphuris, Lohoch Anti-hesticum, Pilulæ Balsamicæ, & similia.

M. *Stomachica* quæ?

D. Quæ componuntur ex particulis salinis, acris, & attenuantibus, quibus excitatur in stomacho calor sufficiens, fermentatioque ad dissolvendam materiam viscidam, & pituitosam impediendam suis fibris motum spirituum, hæc sunt: cinnamomum, nucysta, anisum, coriandrum, cortices citri, & arantiorum, absynthium, mentha, & similia: aliquoties etiam fibræ stomachi simpliciter relaxantur, & tunc sufficiunt medicamenta adstringentia asseverandis illis, vt conserva rosarum, confectio Hyacinthorum, mastiche, & similia: nonnunquam etiam stomachus debilitatur, non nisi per acidum, & tunc fortificatur materijs acetalis, quibus acida absorbentur, & dulcificantur, hæc sunt: corallium, margaritæ, mater perlarum, oculi cancri, sal absynthij, & similia.

M. *Hepatica* quæ?

*Splene-
tica.*

D. Medicamenta *Hepatica*, & *Splenetica* inter se conveniunt, & sunt medicamenta, quæ abundant ex salibus spirituosis, & etiam fixis, quibus acida absorbentur, & absorpta præcipitantur, & evacuantur recrementa pituitosa, tartarea, limosa, sero immersa, ac sanguine, quare obstructionibus hepatis, & lienis medentur, hæc sunt: ceterach, tamaris, fraxinus, rhabarbarum, hepatica, eupatorium, aloe, gummi ammoniacum, extractum, & tinctura martis, pilulæ antitartareæ, & similia.

M. *Anti-hysterica* quæ?

Uterina.

D. Medicamenta *Anti-hysterica*, sive *Uterina* sunt quæ infirmitatibus matricis conducunt, hæc sunt ex duobus modis *primò* cum componuntur ex particulis subtilibus, & spirituosis salinis uterus vigoratur ad expellendos humores tetros *cum* incommodantes, hæc sunt: myrrha, castorium, camphora,

phora, galbanum, assafoetida, oleum succini, aqua cinnamomi, & similia: *secundò*, quando componuntur ex particulis fixis repellunt vapores elevatos à matrice, præcipitando eos, hæc sunt: spiritus nitri dulcificatus, laudanum, magisterium Jovis, & similia:

M. *Alimentum* quid?

D. Quod à calore nativo commutatum, in corporis nostri substantiam converti, illudque nutrire potest.

M. Medicamentum in quo differt ab alimento?

D. In eo differt, quod medicamentum corporis nostri substantiam alterare, neque in eam quatenus tale converti potest.

M. *Alimentum medicamentosum* quid?

D. Medium quodam inter illa duo, utriusque naturæ particeps; quod, & nutrire, & alterare potest.

M. *Venenum* quid?

D. Quod humani corporis temperamentum corrodendo, vel coagulando, vel spiritus inficiendo destruit.

M. Medicamentum in quo differt ab alimento, & veneno?

D. In eo, quod alimentum à natura nostra vincitur, & in corporis substantiam commutatur: venenum verò corpus nostrum corrumpit, & ideò, medicamentum est veluti medium inter alimentum, & venenum, quod neque à corpore nostro vincitur, neque illud corrumpit, sed tantum alterat, & immutat.

M. Medicamentum ex quibus fontibus desumitur?

D. Ex tribus: ex Animalibus, Vegetabilibus, seu Plantis, & Mineralibus.

M. Alimentum ex quibus fontibus desumitur?

D. Ex duobus: ex Animalibus, & Vegetabilibus. Mineralia excluduntur ex alimento, quia omne mixtum nutriendi facultate præditum; vitam habuisse necesse est, quæ mineralia carent.

M. *Animal* quid?

D. Est animata substantia, motu, sensuque prædita.

M. Animal unde dicitur?

D. Ab *Anima* nomen sibi datum, quia omne animal animam constat.

M. Animalia quotuplicia?

D. Triplicia: Terrestria, Aërea, seu Volatilia, & Aquatilia.

M. Animalium partes vſitatæ pro vſu medico quæ?

D. Animalia integra nonnulla, vt cantharides, aſſeli, lumbrici, &c. aliquando vtuntur, & vſui aſſervantur: aut eorum partes, vt ſunt: partes carnoſæ, membranofæ, cornua, oſſa, cruſtacea, ſeu teſtacea, lapilli, lac, fella, medullæ, pinguedines, ſeu axungia, ſanguis, ſeva, ſtercora, vrina, vngues, & vngulæ, coagula, & alva: & præferenda ea ſunt, quæ ex animalibus mediæ ætatis, benè pinguibus, benè que habito corpore deſſumuntur: non ex morbidis, ætate confectis, aut cadaveribus.

M. Animalium partes quomodo, & vbi aſſervantur, & quandiu aſſervari poſſunt?

D. Carnoſæ animalium partes lavantur primum cum vino, vel decocto convenienti, hinc exiccantur in furno lento calore, ſiccatae que folijs congruis, v.g. abſynthij, ne putreſcant involuta aſſervantur: ſic pulmones parantur extracta aſpera arteria: ſic etiam parantur hepata, lien, &c. Membranofæ partes, vt inteſtina, ſecundum longitudinem ſecantur, & eodem modo lavantur, exiccantur, & involuta aſſervantur. Res pingues, & oleoſæ, vt axungia, ſeva, & medullæ lavantur in aqua donec puræ evaſſerint, deinde lento igne liquantur, colantur, & detinentur ad refrigerationem vſque, vt ſordes ad fundum ſecedant, vel in ſpumam colligantur, poſt reponuntur in loco frigido, ac ſiccò, quo ſervantur in vaſis vitreis, vel vitreatis. Sanguis repurgatur à ſero, exiccatur ſoli, vel in furno lento calore, & aſſervantur: Fella detrahuntur à jecore, præligatiſque filo, vijs introitus, & exitus, ſiccantur in camino ſuſpenſa. Coagula exiccantur fumo, aut ſole. Animalia, horumque partes vires ſuas vegetas obtinent quandiu incorrupta ſervantur, quod ex nativo colore, odore, & ſapore dignoſcitur: durabiliores ſunt partes, quæ ſicciores, ac ſolidiores, corruptibiliores quæ molliores, & hæ ſingulis annis mutari debent.

M. *Vegetabile* quid?

D. Quod ex radice, aut ſemine originem duxit, & ex terra alimentum capit, creſcit, & augetur.

M. *Planta* quid?

D. Eſt *Vegetabile integrum, ſivè Arborem velis, ſivè Fruticem, ſivè Herbam.*

M. *Arbor* quid?

D. Est planta lignea, frutice grandior, quæ à radice, caudice simplici, ramosa, nodosa, & sicutulosa assurgit, ceu olea, ficus, pyrus, populus, &c.

M. *Frutex* quid?

D. Stirps est, quæ à radice caudice multiplici, ramosoque se atollit, vt rubus, corylus, &c. quæ planta non ad magnitudinem iustam assurgit.

M. *Subfrutex* quid?

D. Planta est lignosa, quæ à radice pullulat, & minutis folijs constat, mediam inter herbam, & fruticem naturam, & consistentiam habens, quia lignosos cauliculos admodum fruticum tenet, & (vt herba) humilis, ac brevis existit, vt stoechas, salvia, &c.

M. *Herba* quid?

D. Quod à radice foliatum sine caudice provenit, semenque sæpius in caule fert, & omni anno decidit, vt frumenta, olea, &c. *Sicut maiores planta arbores, minores herba appellantur, inter quas frutices, & subfrutices media dicuntur.*

M. Vegetabilium vsitata partes quæ?

D. Cortices, flores, folia, seu Herbæ, fructus, Semina, Radices, Ligna, Visca, Fungi, Resinæ, Gummi, Lachrymæ, Succii, & Olea.

M. *Cortex* quid?

D. Est tegumentum, seu cutis veluti crusta quædam, ad corpus tegendum data.

M. Cortices pro vsu medico quæ?

D. Quæ nec situ obductæ, nec aqua submersæ, aut coctæ, nec teredine cariosæ sunt.

M. Cortices vbi asservantur, & quandiu asservari possunt?

D. Arculis ligneis, locoque sicco asservantur per biennium, & ultra.

M. *Flos* quid?

D. Plantæ pars tenuior colore insignis, fructui prævia, eique plurimum cohærens, quæ postquam explicatur brevi aut decidit, aut inarescit.

M. Flores quando colligendi sunt?

D. Quando aperti sunt, antequam sponte sua defluant: Rosa vero cum non planè explicatæ visentur.

M. Flores quomodo, & vbi asservantur, & quandiu asservari possunt?

D.

D. Flores asservantur à caulibus, ac folijs suis herbaceis, vt plurimum segregati: rosæ verò in super vnguibus suis demptis: siccati in umbra, vel sine mora in sole, arculis: tiliaceis, vel vitris angusti orificij, vel capitulis stanneis reponuntur, & asservari possunt quandiu odorem, colorem, & saporem suum retinent, vix autem semestrem durant, (exceptis paucis) mutandi igitur quam citius: Schoenanthi flores decennium durabiles aiunt.

M. *Folia* quid?

D. Est indumentum, & ornamentum omnium plantarum.

M. Herbarum, seu folia quando colligenda sunt?

D. Vt reponantur quandiu prægnata sunt seminibus, nisi caulem, nec florem, nec semen edant, vt adianthum, asplenium, lingua cervina, hepatica, &c. hæc colligenda sunt in foliorum vigore, quando scilicet maxima, & virentissima sunt: pro succis autem earum extrahendis cum cauliculos primum germinant, nisi sint viscosa, vt borrago, buglossum, portulaca, & similia, quia ex his extrahendi sunt succi cum florescunt: & si sint lactescentes, vt cichorium, lactuca, sonchus, & similia antequam cauliculos germinent, quia tunc frigida sunt, postea verò cauliculos germinantes lacticio succo abundant, & amariore sunt, & inde ad caliditatem accedunt.

M. Herbarum, seu folia quomodo, & vbi asservantur, & quandiu asservari possunt?

D. Herbarum, seu folia, si grandiora fuerint, caulibus crassioribus, seorsim à caulibus decerpta, vbi probè in umbra fuerint siccata reponuntur: si caulibus sint tenuioribus, vnà cum eisdem ligneis capsulis, vel pixidibus, ne à pulvere, vel fumo offendi possint asservantur: durabiliora sunt quam flores, sed singulis annis mutari debent.

M. *Fructus* quid?

D. Ea plantarum pars, quæ carne, & semine constat, vt pyra, poma, pruna, cerassa, & similia.

M. Fructus quando decerpi debent?

D. Ad medicinam dum maturescunt, ad asservationem antequam omnino maturescant, vt neque omnino acerbi sint, neque ad iustam maturitatem pervenerint, nisi sint austeri, vt cydonia, sorba, & similia, quæ aliquando immatura asservantur.

M. Fructus quomodo, & ubi asservantur, & quandiu asservari possunt?

D. Fructus collocandi sunt impositi hordei semine, vel alio frumento, flores sursum, quotannis mutandi sunt: exotici vero duriori corticæ, ac crustâ vestiti, ut myrobalani, duos, tresve annos durant.

M. Fructus pro usu medico qui delligendi?

D. Qui sunt pleniores, & benè habiti, seu corpulenti, non rugosi, nec cariosi.

M. Semen quid?

D. Ea plantæ pars, ex qua in terra proiecta similis planta produci potest.

M. Semen in quo differt à fructu?

D. Sicut pars à toto, contentum à continente. Ficus, vva, poma, pyra, sunt fructus, grana in illis contenta semina sunt. Omnes fructus habent semina, sed non è converso: non enim omnia semina fructum continent, ut semina anisi, fœniculi, millij folis, tritici, & similia.

M. Semina quando debent colligi?

D. Quando siccati cæperint, priusquam defluant.

M. Semina ubi asservantur, & quandiu asservari possunt?

D. Asservantur loco sicco, vasculis ligneis, vel vitreatis, chartisque, ut eo diutius, & sine impuritate perdurent: calidiora, & acriora durabiliora sunt, & possunt asservari biennium, ac triennium integra: minutiora tamen, ac frigida singulis annis mutari debent, servandaque sunt diligenter, ne rancescant.

M. Semina pro usu medico quæ deligenda?

D. Quæ sunt matura, benè habita, & corpulenta, seu pleniora, non rugosa, & quæ naturæ suæ vires proprias habent efficacissimas, & odorem, saporem, & colorem sui generis perfectissimum servant.

M. Radix quid?

D. Infima plantæ pars, qua alimentum trahitur plantæ, & terra cohæret.

M. Radix unde dicitur?

D. Ab origine, quia origo plantarum omnium est.

M. Radices quando effodi debent?

D. Præstat intueri radicum naturam, & ex hac colligendi tempus metiri: sunt nimirum quæ maturitate lignosam adescunt substantiam, has præstat ante quam maturuerint eradicare:

fung

16 Tyrocinium Pharmaceuticum. Lib. I.

sunt è contra, quæ citra mutationem dictam adoleſcunt, eas etiam effodere licet postquam plantæ benè fuerint maturæ, foliaque incæperint defluere: immo potius, radices sudoriferæ effodi debent quando germinant primos cauliculos: purgantes verò in autumnis; adstringentes autem tempore hyberno, scilicet in Mense Ianuario, & Februario, & sic de corticibus.

M. Radices quomodo, & vbi asservantur, & quandiu asservari possunt?

D. Aliæ asservantur integræ, vt aristolochia, genciana, hermodactylus, satyrium, & similia: aliæ in taleolas dissectæ, vt bryonia, enula, iris, & similia: similiter adimitur nonnullis lignosa matrix, vt foeniculo, petroselino, apio, eryngio, & similibus. Crassiores igne, sole, vel vento siccantur, vt bryonia, gentiana, mandragora, raponticum, & similia: tenues, raræ, parvæ, anno quolibet mutantur, vt radix assari, asparragi, & similia: magnæ, crassæ, præditæ substantia, biennium, vel triennium integræ manent, vt aristolochia, bryonia, genciana, & similia: asservantur loco sublimi, non insolato, puro, sicco, non infumato, non humido, nec pulverulento, & quæ luto, aut pulvere sunt oblitæ, aquâ elui debent, nisi sint aromaticæ, aut tenuis substantiæ, quia hæc solum panno linteo fricantur.

M. Radices pro usu medico quæ delligendæ?

D. Quæ saporem, odorem, & colorem sui generis perfectissimum habeant, quæque sint benè habitæ, extenso cortice, non cariis, non rugosæ, nec marcidæ.

M. Lignum quid?

D. Est plantæ pars firmissima, & vt ossa in animalibus officium in ipsa faciens.

M. Lignum pro usu medico quod?

D. Lignum eligendum est solidum, grave, minimè cariosum, nec corruptum.

M. Viscum, vel Viscus quid?

D. Est frutex peculiaris in arborum quarundam ramis, seu truncis enatus semper virens.

M. Fungus quid?

D. Est excrementum arboribus, fruticibus vè quibusdam adnascens, vel immediatè è terra prodiens.

M. Resina quid?

D. Lachryma est concreta certarum arborum naturæ oleaginosæ, vt terebinthina, &c.

M.

M. Gummi quid?

D. Lachryma est congelata, concretaque in truncis arborum naturæ aqueæ.

M. Gummi in quo differt à resina?

D. In eo differt, quod gummi in aqua dissolvitur, & in igne de-crepitat: resina verò in igne flagrat, & in oleo dissolvitur.

M. Lachryma quid?

D. Est humor, qui sponte, vel facta incisione ex parte aliqua alicuius plantæ promanat, & concrefcit vel in gummi, vel in resina, qui etiam *Liquor* appellatur.

Liquor;

M. Gummi, ac Resinæ vbi asservantur, & quandiu asservari possunt?

D. Gummi, ac Resinæ siccæ loco sicco, atque ligneis vasis includuntur; liquidiores vrceis: durabilioris sunt naturæ, sed necessè est, vt neque diurnitate arefacta, nec suas qualitates, quas gustu, & olfactu seruiunt obscuras habeant: nec gummi genera prius decerpantur, quam concreta, ac conglobata suis stirpibus idoneam maturitatem assecuta sint: resinæ verò igne sæpius sibi concrementum asciscunt.

M. Succus quid?

D. Est essentia expressa ex plantis virentibus, tritura, & manuum, aut torcularis expressione, aqueæ naturæ, & aquæ permiscibilis.

M. Succus in quo differt à liquore, seu lachryma?

D. In eo quod succus est, qui contusione, & quasatione exprimitur, liquor verò est, qui incisa, vel excarificata, aut terebrata plantæ alicuius parte extillat, sive manat.

M. Oleum quid?

D. Est substantia pinguis, & inflammabilis, aliquando liquida, & aliquando crassa, expressa, aut distillata.

M. Oleum simpliciter dictum, quod intelligendum est?

D. Oleum olivarum, quia analogatum primum.

Olei nomen imponitur etiam nonnullis spirituosis liquoribus, sed improprie: sic dicitur oleum vitrioli, sulphuris, & similia, quæ spiritus sunt: etiam Deliquium tartari dicitur oleum tartari per deliquium, & similia, quæ liquores sunt: etiam dicitur oleum sacchari liquor, in quo saccharum resolvitur liquore aliquo accenso.

M. Tempus quid?

D. Est numerus motus secundum prius, & posterius: sed in Phar-

macia per *Tempus* intelligitur tempus in quo colligenda sunt medicamenta, & in quo non, & quantum virtus eorum durare potest.

M. Quo tempore colligenda sunt vegetabilia, & quo non?

D. In tempore moderatè siccò, & frigido, serenoque, à crepusculo matutino, vel ante, vsque ad horas duas, vel tres ante meridiem, cabendo à tempore immoderatè calido, & frigidò, imbroso, vespertino, & nocturno, & hæc valdè notabuntur.

M. *Locus* quid?

D. Est spatium, quod aliquod corpus occupat: sed in Pharmacia per *Locum* intelligitur *Terra*, quæ est principium generationis, sicut & pater, vbi plantæ sponte sua crescunt, quia terra plantarum omnium seminarium, & alimenta habet, nam dulce, amarum, salsum, & reliquos omnes sapores; seu humores continet, ex qua plantæ ipsæ, & earum fructus diversos sapores suscipiunt, & succos ipsismet magis accommodatos, vel convenientes atrahunt, sicut disposuit natura naturans præcepto, & ordinatione Divina: *Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum juxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram.* *Genesis Cap. i. n. 11.* Sed non vbique locorum generantur vegetabilia quælibet, vt nec animalia quælibet, nec mineralia quælibet, quia licet terra compages sit omnium naturarum primarum, quæ ad generationem sunt necessariae, propter diversam naturam locorum succi, seu humores ipsi, non vno in loco, sed diversis secundum poros terræ, & Coeli clementiam copiosi adsunt; itaque illæ plantæ nascentes in locis humoribus sibi gratis, & familiaribus carentibus, fame pereunt, seu alios naturæ suæ contrarios, ob alimenti inopiam, atrahunt, & à suis qualitatibus probis degenerant. Quare de causa plantæ locis naturæ suæ congruis natæ, quia copioso humore sibi conveniente nutritæ, præstantiores evadunt, nisi suo temperamento contrarietas requiratur, nam quæ calida, & sicca nimis sunt, loco suæ naturæ dissimili, idest humido, & frigido meliora evadunt, vt hydropiper, scincus, & similia: contra, quæ humido abundant excrementoso, vt turpethum, agaricus, & scammonium in simili, hoc est nata suæ temperaturæ locis similibus, idest calidis, & siccis præstantiora, quia sic prava eorum qualitas corrigitur.

M. Quibus in locis colligenda sunt vegetabilia?

D. Illæ plantæ, quarum collectionis loca sunt ventosa, montuosa, frigidaque, & aquis carentia, orientem versus soli exposita longè sunt validiores, nascentibus cæteris in locis, à vento silentibus, campestribus, riguis, & opacis, nisi riguis gaudeant, vt tribulus aquaticus, silybrium aquaticum, nymphaea, hepatica, capillus veneris, & similia.

M. Plantæ peregrinæ, seu exoticæ, quæ apud nos non crescunt, quomodo cognoscemus, si collectæ fuerint loco, tempore, modo que convenienti, tum etiam repositæ, itaut nec temporis, nec loci, nec repositionis ratione incommodum vllum passæ sint?

D. Ex Medicorum scriptis, vsuque quotidiano, notis quibusdam generalibus, præcipuè ex nativo colore, odore, sapore, & figura facillè cognosci possunt, quia dum simplicia obtineant suum colorem, suum odorem, suum saporem, & suam figuram potest medicus vti illis.

M. Flores Cordiales quot, & quales?

D. Quatuor: Flores Rosarum Rubrarum exungulararum, Violarum, Borraginis, & Buglosi: sed Rosa adimitur in decoctis cordialibus.

M. Herba Emollientes communes quot, & quales?

D. Quatuor: Malva, Althæa, Violaria, & Branca vrsina: quibus alij quoque Betam, Mercuriales, Parietariam, & Atriplicem adijciunt.

M. Herba Carminativa quot, & quales?

D. Quatuor: Chamæ melum, Anerhum, Melilotus, & Ruta.

M. Herba Capillares quot, & quales?

D. Quatuor: Capillus veneris, Polytrichum, Lingua cervina, & Scolopendria.

M. Herba Capitales calidæ quot, & quales?

D. Quatuor: Stoechas, Calamentum, Salvia, & Pulegium.

M. Herba Capitales frigidæ quot, & quales?

D. Quatuor: Nymphaea, Solanum, Plantago, & Hyoscyamus.

M. Herba Hepatica quot, & quales?

D. Quatuor: Eupatorium, Hepatica, Lupulus, & Cichorium.

M. Herba Splenetica quot, & quales?

D. Quatuor: Scordium, Rubia, Prasium, & Tamarix.

M. Semina frigida maiora quot, & qualia?

- D. Quatuor: Cucurbitæ, Melopeponis, Cucumeris, & Citruli;
 M. *Semina frigida minora* quot, & qualia?
 D. Quatuor: Lactucæ, Cichorij, Portulacæ, & Scariolæ.
 M. *Semina calida maiora* quot, & qualia?
 D. Quatuor: Cumini, Carui, Anisi, & Foeniculi.
 M. *Semina calida minora* quot, & qualia?
 D. Quatuor: Ameos, Amomi, Apij, & Dauci.
 M. *Radices aperitiue maiores* quot, & quales?
 D. Quinque: Apij, Petroselini, Foeniculi, Asparragi, & Brusci;
 M. *Radices aperitiue minores* quot, & quales?
 D. Quinque: Gramminis, Rubiæ, Eryngij, Capparum, & Ononididis.
 D. *Dæ radices communes* quales?
 D. Foeniculi, & Petroselini.
 M. *Fragmenta Preciosa* quot, & qualia?
 D. Quinque: Saphyrus, Hyacinthus, Sardonyx, Granatus, & Smaragdus.
 M. *Aqua Cordates* quot, & quales?
 D. Quatuor: Aqua Borriginis, Buglossi, Endiviæ, & Cichorij; quibus addi possunt Aqua Viperinæ, & Oxalidis.
 M. *Aqua Pleuritica* quot, & quales?
 D. Quatuor: Cardui Mariæ, Taraxaconis, Cardui Benedicti, & Scabiolæ.
 M. *Olea Stomachica* quot, & qualia?
 D. Tria: Absynthij, Cydoniorum, & Mastiches;
 M. *Vnguenta calida* quot, & qualia?
 D. Quatuor: Aregonis, Martiatonis, Althææ, & Agripæ;
 M. *Vnguenta frigida* quot, & qualia?
 D. Quatuor: Album Camphoratum, Rosatum Mesues, Populeon, & Infrigidans Galeni.
 M. *Mnerale* quid?
 D. Quodcumque extra familiam animalium, & vegetabilium intra terram producitur, vt Terra, Metallum, Semimetalla, Recrementa metallica, Lapis, Sal, & Sulphur.
 M. *Terra* quid?
 D. Quæ humido subacta dissolvitur, & lutum fit, vt terra Sigillata, Bolus Armena, Creta, & similia.
 M. *Metallum* quid?
 D. Est corpus fossile natura, vel liquidum, vel durum, ex succo salino, sive mercurio, vi sui sulphuris in terra coagulato, quod

quod ignis calore liquefit, & refrigerato, & extincto calore, rursus ad duriciem, propriamque formam revocatur.

M. Metalla quot, & qualia?

D. Sex: Aurum, Argentum, Ferrum, Æs, Stannum, & Plumbum. Alij adiungunt Mercurium.

M. *Semimetalla* quid?

D. Sunt mineralia metallis finitima, vt Mercurius, Antimonium, & Cinnabaris nativa.

M. *Recrementa Metallica* quid?

D. Vel est remanentia ex materia ad generationem metallorum idonea, dum in gremio terræ, natura operatrice metalla generantur, hæc sunt: Marcasita, seu Bismuthum, Cobaltum, seu Lapis Calaminaris, Cadmia nativa, Chalcitis, Misy, & Sory, quæ naturalia dicuntur: vel est separatio à metallis, dum in fornace funduntur, & purgantur, vt sunt Cadmia, Lithargyrium, Tutia, & similia, quæ excrementa metallica artificialia dicuntur.

M. *Lapis* quid?

D. Est corpus terreum, siccum, durum, inductibile, nec in aquâ, oleo vè solubile, ex materia viscosa terrestri, seu tartarea coagulatum.

M. *Sal* quid?

D. Est substantia incisiva, acris, & penetrans, quæ facilimæ est solutionis in aqua, ac denuo in salinam, crystalinamque formam coagulabilis, cui debetur efficacia corporum naturalium.

M. *Sal* quotuplex?

D. Duplex: *Naturalis*, seu *Nativus*, & *Artificialis*.

M. *Sal Nativus* quid?

D. Qui à sola natura procreatur, vt Sal Marinus, Sal Montanus, seu Fossilis, vel Gemma, Sal Communis, seu Fontanus, Vitriolum, Alumen, & Nitrum, seu Sal Petræ: quibus etiam addi potest Sal Ammoniacus Antiquorum, à Nostratibus incognitus, qui nihil aliud erat, quam sal, sub arenis Libycis ex vrina camellorum, concretus.

M. *Sal Artificialis* quid?

D. Qui artis ministerio ex nativis extrahitur.

M. *Sal Artificialis* quotuplex?

D. Quintuplex: *Sal Salsus*, seu *Essentialis*, *Sal Volatilis*, *Sal Fixus*, *Sal Mixtus*, seu *Neutrus*, & *Sal Acidus*.

M. *Sal Salfus*, seu *Essentialis* quid?

D. Est sal ex alcali, & acidi coniunctione emergens, vti sunt salia essentialia plantarum, quæ habent medium inter volatilia, & fixa.

M. *Sal Volatilis* quid?

D. Qui sublimatur igne, vt sal volatilium animalium, vegetabilium, succini, spiritus salis ammoniaci, & similia, quæ appellantur *Alkalia*, seu *Vrinosæ Volatilia*.

M. *Sal Fixus* quid?

D. Qui extrahitur post calcinationem ex cineribus lixiviaris, qui dicitur *Sal Lixivialis*, & etiam *Sal Alkalinus* ab herba *Kali* seu di species, & *Fixus*, quia ignis examen constanter substat.

M. *Sal Mixtus*, seu *Neutrus* quid?

D. Qui neque est acidus, neque vrinosus, sed de utroque participans, vt tartarus vitriolatus, tartarus nitratus, sal vegetalis, &c.

M. *Sal Acidus* quid?

D. Qui constat ex acido fixo, vt spiritus vitrioli, spiritus nitri, spiritus salis communis, & similes: etiam sal communis, sal gemma, &c.

M. *Sulphur* quid?

D. Est resina, sive pinguedo terræ, sive succus mineralis vinctuosus, ex modica salis acidi quantitate, & tantillo spiritus, aquæ, & terræ constans.

M. *Aqua* quid?

D. Est corpus liquidum naturale, frigidum, & humidum, constans ex particulis minutis eiusdem essentia, parvis, longis, rotundis, utraque extremitate non nihil acutis, quæ invicem unitæ constituunt aquam.

M. Mineralia quandiu possunt asservari?

D. Mineralia (exceptis aliquibus sulphureis, atque aqueis) quia solidioris, ac durabilioris naturæ, durationis diuturnioris censenda sunt.

M. *Qualitates sensibiles* quæ?

D. Quæ docent modum medicamenta cognoscendi, & dignoscendi, hæc sunt: *Sapor*, *Odor*, *Color*, & *Figura*.

M. *Sapor* quid?

D. Est dispositio corporis solubilis, intervenienti facultate salina, ad affectiones papillarum, nervacearumque linguæ, penetra-

netratione levi illorum pororum, cum intermixtione quadam salivæ solventis.

M. Sapores quot?

D. Octo: idest primus *Dulcis*, cui subijcitur Pinguis, Saccharianus, & Melleus: secundus *Amarus*, cui subijcitur Absynthiacus, Aloeticus, Felleus, Gemmeus, & Salinus: tertius *Acer*, cui subijcitur Acutus, Mordax, seu Septicus, & Arsenicalis: quartus *Acidus*, cui subijcitur Acetosus, Acidulus, & Ammoniocalis: quintus *Pinguis*, cui subijcitur vinctuosus: sextus *Salsus*, cui subijcitur Serosus, & Nitrosus: septimus *Austerus*, cui subijcitur Stypticus, Adstringens, & Vitriolatus: octavus *Acerbus*, cui subijcitur Adstrictorius, & Ponticus. Alij addunt *Inspidum*.

M. *Dulcis* sapor quid?

D. Qui gustum suavis, atque iucundus oblectat, nullaque qualitate exuperante molestus est: exoritur ex temperata humiditate, & caliditate, qualis in saccharo, melle, liquiritia, &c.

M. *Amarus* quid?

D. Cui dulcis ex adverso opponitur, in suavis, ac tristis: fit cum calor plus, quam par sit: increbuit, ariditate, & caliditate præstans, siccitate scilicet terrestri, ex resinosa aspera, terrea, & volatili acido, qualis in aloe, absinthio, centauro minori, colocyntide, &c.

M. *Acer* quid?

D. Qui linguam, & os acrimonia ferit, atque compungit, simulque calefacit, & interdum quasi exurit ob calorem ad summum superactum, qualis in piperibus, pyrethro, euphorbio, &c.

M. *Acidus* quid?

D. Qui gustum quoque penetrat, & tenuitate ferit, sed citra vllum sensum caloris, talis maximè in aceto deprehenditur; deinde etiam in succo mali citri, limonum, &c.

M. *Pinguis* quid?

D. Qui nec calore, nec acrimonia gustum sollicitat, sed linguam, orisque partes lentore quodam oblinat, aëre participans, qualis in oleo, butyro, adipe, &c.

M. *Salsus* quid?

D. Qui linguam non multum calefacit, sed acriter siccando corrodit, abstergitque, hic in primis invenitur in sale communi.

M. *Austerus* quid?

D. Qui fit si acerbus paulum remittatur, est que plus frigidus, quam humidus, linguam moderatè constringit, & quadam asperitate coarctat, siccatur, & refrigerat, qui *Crudus* propriè appellatur, qualis in fructibus immaturis peculiariter invenitur, ut in succo vvaræ acerbæ, pomis, pyris, mæspilis immaturis, &c.

M. *Acerbus* quid?

D. Qui austero est finitimus, eo tamen gravior, molestiorque est, ac magis linguam, omnemque gustum siccatur, tum refrigerat, quia est frigidus, siccus, & terrestris, is luculenter in malicorio, in galla, rhoe, & nucibus cupressi conspicitur.

M. *Insipidus* quid?

D. Qui propriè sapor non est, sed saporis privatio, nulla qualitate manifesta gustum ferit, talis esse videtur cucurbita, citrulus, &c.

M. *Odor* quid?

D. Fumida quædam evaporatio, eveniens à particulis subtilibus corporum, quibus nervi odoratus tanguntur, & commoventur, & secundum diversitatem, diversitates odorum proveniunt.

M. *Odores* quot?

D. Tot, quot sapores, sed principales tres, idest *Odor Bonus, Malus, & Inolens.*

M. *Odor Bonus* quid?

D. Qui provenit à caliditate temperatâ, quapropter declinare facit medicinas ad incolumitatem, & ideo delectat animam, & spiritus, virtutes reparat, & confortat. Appellatur etiam *Fragrans*, seu *Benè olens.*

M. *Odor malus* quid?

D. Qui contrarium facit, & provenit à frigiditate, & humiditate excrementitia. Appellatur etiam *Fætens*, seu *Malè olens.*

M. *Odor Inolens* quid?

D. Qui proprius odor non est: itaque inolent quasi omnia humida.

M. *Color* quid?

D. Est defluxio quædam de figuris rerum, oculis consentanea, & exposita.

M. *Figurā* quid?

D. Quæ resultat ex conformatione, & configuratione, quæ res bene habita, pinguis, carnosâ, succulenta, extensa, ampla, magna, & contra, scilicet male habita, macilenta, rugosa, exucca, strigosa, &c. fecernitur.

M. *Tactus* quid?

D. Tangibile omnium qualitatum iudex.

M. *Qualitates tangibiles* quæ?

D. Crassities, Tenuitas, Densitas, Raritas, Durities, Mollities, Gravitas, Lenitas, Ariditas, & Asperitas.

M. *Crassum* quid?

D. Quod ægre lavigatur, seu quod vix in tenues partes committitur, & indicium partium terrestrium abundantium, & humidarum, frigore congelatarum.

M. *Tenue* quid?

D. Tenue, seu *Subtile* est, quod è contra, est indicium partium ignearum, vel aërearum.

M. *Densum* quid?

D. Densum, seu *Solidum* est, quod poris, vel exiguis, vel nullis pervium est, & est vel exiccatum, vel frigore congelatum, concretum vè.

M. *Rarum* quid?

D. Rarum, seu *Porosum* est, quod multis poris pervium est, & siccitatis comes.

M. *Durum* quid?

D. Quod tactui resistit, ex sicco, & terrestri, nisi humorum *sic* repletio, & inde tensio adit.

M. *Molle* quid?

D. Quod tactui cedit, humiditatem participans.

M. *Grave* quid?

D. Quod in se est perspicuum, densitatis comes.

M. *Lentum* quid?

D. Quod ex humiditate mucosa oritur: idemque quod *Lubricum*, & *Viscidum*.

M. *Aridum* quid?

D. Quod contra, quia oritur ex siccitate.

M. *Asperum* quid?

D. Asperum, seu *Scabrum* est, quod etiam ex siccitate oritur, & in quo partes situm habent inæqualem, atque aliæ eminent, aliæ depressæ sunt.

M. *Temperamentum* quid?

D. Est forma corporis mixti ex primis qualitatibus constituta.

M. *Qualitas* quid?

D. Est unde omnium medicaminum, & aliarum rerum temperamenta procedunt; hæc autem sunt: *Caliditas*, *Frigiditas*, *Humiditas*, & *Siccitas*: Quæ elementares primæ, & communes appellantur, nam ipsismet elementis primario insunt.

M. *Calidum* quid?

D. Quod provenit à motu immoderato particularum subtilium, ob plenitudinem particularum spirituolarum, salinarum, materiæque subelilis, quæ occurrentes alijs corporibus eis faciunt accipere velociorem motum, quare subtile reddit, resolvit, abstergit, aperit, mollit, maturat, concoquit, discutit, incidit, attrahit, mordicat, rubefacit, &c. vt sunt: res acres, spiritus ardeutes, olea chymica, empyreumatica, & similia.

M. *Frigidum* quid?

D. Quod caloris æstum moderatur, quia abundat particulis acidis nitro-tartareis, rigidis, quare repellit, incrassat, crudum facit, & potest in alijs corporibus coagulum producere, reprimereque motum immoderatum, & aliquando ad quietem reducere illa, hæc sunt: acida, austera, adstringentia, viscosa, & crassa.

M. *Humidum* quid?

D. Quælibet materia aquosa pauilo spiritu, & terra, quare inæ fiat, abluir, lubricat, lanificat, conglutinat, &c. vt sunt: gummata viscosa, visca, mucilagines, mixæ, Juleppi, subacida, &c.

M. *Siccum* quid?

D. Quod provenit à terrestribus particulis, quæ involvunt, & in se recipiunt particulas humidas; quibus permiscuntur aliæ quæ salinæ particule, quare constringit, exprimit, rarefacit, attenuat, &c. hæc sunt: alkalina terrestria, conchilia, testacea, mineralia terrestria, calcinataque chymica mollia.

Nota: Res, quæ recipit velocius calefactionem, calida censetur, quæ frigidationem, frigida: similiter, quæ velocior est congelationis, illa frigidior est, & quæ velocioris inflammationis, ea calidior est.

M. Medicamenta securiora quæ?

D. Quæ sua temperie nostræ magis assimilantur: & cum vita in calis

Calido, & humido consistat : quodque medicamenta calida ;
& humida securiora ; hæc sunt : dulcia, vt casia fistula, man-
na, & similia : post hæc insipida, vt mucilaginosæ : deinde quæ
componuntur ex dulcedine, & acetositate, vt pruna, tama-
rindi, & similia : post hæc, quæ componuntur ex dulcedine,
amaritudine, & stypticitate sicut rosa, & rhabarbarum : de-
inde, quæ componuntur ex dulcedine, & amaritudine sicut
viola.

M. Medicamentorum perfectio in quibus consistit?

D. In quatuor: scilicet in Collectione, Electione, Præparatione,
& Asservatione.

In *Collectione* requiritur, vt pharmaca sint in sua perfectione, &
puritate congruis collecta temporibus, ac convenientibus lo-
cis nata.

In *Electione* requiritur, vt pharmaca sint cum suis probis notis,
& nec nimia vetustate consumpta.

In *Præparatione* requiritur, vt in simplicium trituratione, pon-
deratione, &c. adhibeatur diligentia non minima, & vt in
decoctione coquendorum observetur gradatio rerum, quia
non omnia sustinent æqualem cocturam, itaque oportet, vt
ipsa pharmaca sint cocta nec plus, nec minus quam decet; &
coqui, aut infundi debent in liquoribus suis substantijs con-
venientibus.

In *Asservatione* requiritur, vt composita, ac simplicia pharma-
ca decentibus vasis, ac locis asserventur, & neque ci-
tra, neque ultra tempus concedens administrentur infirmis.

CAPUT II.

DE PRÆPARATIONE.

M. *Præparatio* quid?

D. Est actio officinalis, quâ medicamenta parantur,
& quâ acquiritur bonitas, vel refractio malitiæ medica-
menti.

M. *Præparatio* quotuplex?

D. Multiplex generaliter, particulariter quadruplex: *Lavatio*;
Trituratio, *Infusio*, & *Decoctio*.

M. *Lavatio* quid?

- D. Est præparatio, quæ non solum immunda absterguntur, sed etiam addendo, minuendo, i. e. virtutes medicamentorum, ipsis novas facultates impertit, aut malitiam aliquam reprimitt.
- M. Lavatio quotuplex?
- D. Triplex: *Abstersiva, Abscisiva, & Magnificativa.*
- M. Lavatio *Abstersiva* quid?
- D. Est per quam medicamentum redditur mundum, ut quando lavamus lapides, radices nonnullas, aloem, tartarum, animalia nonnulla, eorumque partes, &c.
- M. Lavatio *Abstersiva* quot modis fit?
- D. Duobus modis: aut abstrahendo liquorem, aut imbibendo illum in medicamentum.
- M. Quando abstrahitur liquor?
- D. Quando medicamenti substantia non permiscetur liquori: Lavanda porrò est non tantummodo cera, sed & pix, oleum, resina, lapides, Antimonium Diaphoreticum, crocus metallorum, & similia.
- M. Quæ medicamenta excluduntur à lavatione *abstersiva*?
- D. Omnia debilis substantiæ, quæ si laventur tollitur, ut flores, aromata, & similia.
- M. Lavatio *Abscisiva* quid?
- D. Est illa per quam excessus, vel malitia pharmaci reprimittur, ut quando lavatur lapis lazuli, oleum, Mercurius Vitæ, Antimonium Diaphoreticum, & similia.
- M. Lavatio *Magnificativa* quid?
- D. Est illa per quam virtus pharmaci magnificatur.
- M. Lavatio *Magnificativa* quomodo fit?
- D. Per imbibitionem, ut quando lavamus lapidem lazuli cum aqua rosata, aloem verò cum decocto Specierum Alephingarum, ut acquirat citam, & faciliorem virtutem in operatione sua: & quando lavamus eam cum decocto solutivarum fit magis solutiva; at quando lavamus eam cum mucilagibus fit magis lubrica: sed hæc præparatio potius est imbibitio, seu infusio nutritiva, quam lavatio.
- M. Lapis Lazuli quomodo lavatur?
- D. Lapis Lazuli primo calcinatur, deinde subtiliter pulverizatus lavatur primò cum aqua simplici vices, vel tricies, & hæc ablutio est ad removendum ab eo nocumentum quod habet, id est, ut acrimonia, vis que exuendi lotura auferatur.

itur, & ad purificandum eum: secundo lavatur, vel potius nutritur cum aqua rosacea decies inter lavigandum supra porphyrium, & hæc ablutio non est ad removendum ab eo aliquid impurum, seu nocumentum, sed ad meliorandum eum.

M. Trituratio quid?

D. Est in mortario *diviso* medicamentorum in partes *subtiles*; crassas, vel mediocres; quæ *Pulverisatio* dicitur.

M. *Divisio* quid?

D. Est corporis compagis in minimas partes, itant singula suam continuitatem non retineant reductio: cui ut plurimum inserviunt *Limatio*, *Rasio*, *Incisio*, & *Calcinatio*; quibus *Cribratio*, & *Lavigatio* subiiciuntur.

M. *Limatio* quid?

D. Est continuitatis corporis in scobem; seu minimas partes *limà* reductio: quam *limaturam*, seu *rasuram* vocamus, & habet usum in metallis, vegetabilibus quibusdam, ut lignis, in animalibus etiam ut cornibus, dentibus, &c.

M. *Rasio* quid?

D. Est operatio *limationis* affinis, qua corpus *rationi* subiectum in minores partes instrumento aliquo acuto, ut *cultello*, *vitro*, *lima*, & simili dividitur.

M. *Incisio* quid?

D. Est corporis in minimas partes certo instrumento, vel *cultello* facta *divisio*: ut quando incidimus herbas *forcipe*, duriora verò ut sunt *ligna*, *radices duriores*, *cortices*, &c. *cultro*.

M. *Calcinatio* quid?

D. Est operatio, qua medicamenta in *calcem*, vel *cinerem*, seu *friabilia* reducuntur.

M. *Calcinatio* quomplex?

D. *Triplex*: *Sicca*, *Humida*, seu *Vaporosa*, & *Corrosiva*.

M. *Calcinatio Sicca* quid?

D. Est cuiuslibet rei in *cinerem*, seu *calcem* reductio.

M. *Calcinatio Sicca* quomodo peragitur?

D. Per *ignitionem*, id que vel per se, ut quando *calcinantur* vegetabilia *accensa* pro *sale fixo* extrahendo, quæ *Cinesactio* dicitur, seu *Calcinatio Incineratoria*: aut igne alieno, ut quando *calcinantur* nonnulla animalia, aut eorum partes, id que fit, vel igne *nudo*, vel *cum medio*: igne *nudo* ut *cornu*

cervi, ebur, tartarum, & similia, quæ ad albedinem calcinantur inter carbones accensos, vel reverberando, ut viva flamma materia comburatur: vel cum medio, ut quando comburuntur aves cum penibus, lepus cum pelle, erinaceus, &c. in fictilibus clausis, & lutatis ad nigredinem usque: etiam nonnulla mineralia, ut stannum, plumbum, antimonium, & similia, quæ in crucibulo, seu testa calcinantur, & in calcem, seu cinerem reducuntur.

M. Calcinatio Humida, seu Vaporosa quid?

D. Est animalium partes duriores vaporis aquæ ferventis penetratione friabilia reddere.

M. Calcinatio Humida, seu vaporosa quomodo fit?

D. Accipiendo medicamenta sic calcinanda, v. g. cornu cervi frustulatim dissectum, illudque suspendendo in capitellis cucurbitarum, inter aquas cæphalicas distillandas, idque per tres, aut quatuor diès continuando, quæ præparatio *Philosophica* dicitur.

M. Calcinatio Corrosiva quid?

D. Est corporum duriorum liquore corrosivo aliquo corrodens do dissolutio.

M. Calcinatio Corrosiva quotuplex?

D. Septuplex: Amalgamatoria, Immersiva, seu Præcipitatoria; Fumigatoria, Vaporosa, Cæmentatoria, Fuforia, & Illinitoria.

M. Calcinatio Amalgamatoria quid?

D. Est metallorum per mercurij vivi admisionem in calcem; vel pulverem subtilissimum reductio.

M. Calcinatio Amalgamatoria quomodo fit?

D. Accipiendo mercurij vivi partes sex, quæ immittuntur in ardenti tigillo, & cum mercurius incipit exhalare additur pars vna metalli laminati, vel in folia ducti, (excepto Marte, qui per sulphur calcinatur) & agitantur bacillo ligneo; (nunquam metallico) donec optimè incorporentur: tunc subito, extinguitur materia, eam proijciendo in vase aqua pura plenum, optimèque abluitur donec deposuerit omnem nigredinem, quam ex ligno vsto extraxerat. Hinc si nuda calx quæritur, abundans mercurius per corium separatur, globus vero in corio relictus admovetur igni in tigillo continuo baculo ligneo agitando, usquedum totus mercurius exhalaverit: tunc abluitur: sed tamen magna cura ignis est habenda, ne

iterum fluat metallum, quod vt melius præcaveatur adijcere oportet parum salis, qui postea ablutione tollitur. Si vero subtilissimus pulvis desideratur, tunc prius amalgama super marmore teritur cum sale, post mercurius evaporatur, calx que abluatur. Si autem quærat præcipitatio, tunc toties reiteratur amalgamatio cum globo relicto, & mercurio recenti, donec instar butyri tota transferit per corium.

M. Calcinatio Immerfiva, seu Præcipitatoria quid?

D. Est metalli per aquas, seu Spiritus fortes solutio, vel coagulatio.

M. Calcinatio Immerfiva quomodo paratur?

*D. Accipiendo materiam sic calcinandam, (quod plerumque est metallum, vel alia res lapidea) quæ limatur, vel in tenues laminas ducitur, vt facilius operi cedat, vitro deinde imponitur forti, & aqua fortis affunditur, vt materiam tres, vel quatuor digitos emineat, quæ protinus incipit bullire, corpus que indefinenter corrodere, donec opus absoluerit: attamen si tardaverit, vitrum admoveatur cineribus modicè calidis, vt externo calore potentialis in actum redigatur; observandum, quod unicuique corpori sua aqua pareatur, ne frustra operetur, quia non eadem aqua solvit aurum, & argentum. Communiter huic operationi succedit præcipitatio, ad cuius opus perficiendum nunc additur sal, vel aqua salsa, vt in Mercurio Cosmetico: nunc injiciuntur laminæ cupræ, id que pro argento soluto separando: nunc dissolutio tota vase vitreo affusa super cineres calidos, vel arenam ad humoris evaporationem finitur, deinde ignis augetur vsque dum in calcem rubram reducat, & dicitur *Mercurius Præcipitatus Ruber*: nunc solutio alijs modis præcipitatur pro ratione finis, cuius gratia calx quæritur, & sic variè nominatur.*

M. Calcinatio Fasoria, seu Fumigatoria quid?

D. Est metallorum in sicco vapore, vt fragilia reddantur, calcinatio.

M. Calcinatio Fumigatoria quomodo fit?

D. Imponendo Mercurium, vel Saturnum ollæ angustî orificij, & supposito igne nudo, ac orificio apposita lamina metallica calcinanda, halitus, seu fumus mercurij, vel Saturni ascendens se corpori insinuat, & friabile reddit; postea laxa-

viga-

vigatur cum sale super marmore, & sal tandem abluatur aquà purà à calce. Sic calcinantur omnia metalla nobiliora per fumum Mercurij, vel Saturni, vt fragilia reddantur, & vt postea terendo cum sale in pulverem redigantur: nec non Mercurius Saturnum, & Saturnus Mercurium calcinant: etiam Scammonium fumigatur, videre est in Diagryaedio Sulphurato.

M. Calcinatio Vaporosa Corrosiva quid?

D. Est metallorum vapore humido corrosivo in calcem reductio.

M. Calcinatio vaporosa corrosiva quomodo fit?

D. Suspendendo filo lamellas metallicas pertusas foramine vno intra ollam angusti orificij, aceto forti, vel alio simili liquore acri plenam, vndiquaque benè tectam, & opertam: deinde in calidis cineribus, vel fimo equino collocatur, vt vapor ascendens sese corpori insinuet, & corrodat, tandiu illic relinquendo donec superficiem corporis corroserit, & calcem induxerit. calx que abraditur, & opus iteratur.

M. Calcinatio Cæmentatoria quid?

D. Est operatio quâ metallorum vitia, seu impuritates auferuntur, aut ipsa friabilia reduntur.

M. Calcinatio Cæmentatoria quomodo peragitur?

D. Accipitur pyxis, seu olla cæmentatoria, & circa fundum cæmento sternitur, vel spargitur digiti altitudinis, strato deinde imponitur aliud stratum metalli laminati, vel limati, & sic per vices, vsquedum ea impleatur: hoc tamen observato, vt superiorem, & inferiorem locum occupet cæmentum. Pyxis deinde lutatur, & operculo tegitur, relictis spiramentis quibusdam, si sales fugaces in cæmento fuerint, quia aliàs vas distrumperetur; postea omnibus ritè siccatis imponitur furno reverberi ad iustum tempus.

M. Calcinatio Fusoria quid?

D. Est Martem per sulphuris vim fusum friabilem reducere.

M. Calcinatio Fusoria quomodo fit?

D. Accipiendo laminas, vel magdaleones Martis, seu Chalybis, eis que ignitis adeo vt scintillent admovendo magdaleones sulphuris, cuius ope Mars liquefcit instar ceræ, deciditque granulatum in frigidam aquam suppositam, lavatur, & levigatur que subtilissimè, & vsui asservatur.

M. Calcinatio Illinitoria quid?

D. Est metallum liquoris corrosivi illinitione corrodere.

M. Calcinatio Illinitoria quomodo paratur?

D. Illiniendo laminas metallicas, v. g. Martem laminatum, cum oleo vitrioli, vel sulphuris, corrosivumque radendo, iterumque illiniendo, idque repetendo quoties opus sit, martemque corrosivum aqua abluendo, & subsidebit crocus: vel limaturæ martis eodem liquore conspergantur, & reponuntur in cellam, corrosivæque abluantur, crocusque subsidebit, qui si parum calcinetur rubescit: vel infunduntur partes æquales spiritus sulphuris, & spiritus vini in cochleare ferreo, deinde detinentur per aliquos dies, & pulvis croceus abrasus asservatur, qui faciliè liquefcit.

M. *Cribratio* quid?

D. Est subtilium partium siccarum à crassioribus siccis per cribrum transmissio, & separatio.

M. *Lavigatio* quid?

D. Est collisio corporis super porphyritico lapide cum lapide molari, & in tenuissimum pulverem reductio.

M. Trituratio quomodo fit?

D. Trituratio qualiscumque sit debet fieri magna cum suavitate, quia impetuositas resolvit virtutes medicamentorum, præcipuè vegetabilium aromaticorum, & aliorum ex volatilibus particulis constantium: notandum, quod thus, mastiche, sarcocolla, gummi arabicum, tragacanthum, & alia sicca, quæ humorem, & lentorem, retinent, tundendo, non teruntur, (nisi magno cum labore) sed elementer ducto pistillo per fundum, ac latera mortarij: rhabarbarum, & quædam aliæ radices aliquo humore præditæ eodem modo terendæ: flores, folia, intestina lupi, secundinæ mulieris, & similia, quæ lentorem retinent, præcipuè in tempore humido, primo exiccantur soli, vel leni igne, vt faciliè pulverentur. Galbanum, ammoniacum, opopanax, bdellium, myrrha, opium, succus glyzyrrhizæ, & hypochistidis teruntur affuso tantillo humore, vt aqua, vino, aceto, aut simili: moschus, & ambra irrorantur guttis aliquot aquæ rosatæ, ne partes odoriferæ evanescant: camphora teritur liniendo mortarium cum oleo amygdalarum dulcium: euphorbium autem, vitæ de æris, & cantharides teruntur affusis olei aliquot guttis, ad maximum suffocationis periculum fugiendum, quod operantibus ob acrimoniam valde malignam inducunt: santala

irrorantur cum aqua rosata: Scammonium, & Aloes teruntur irrorando ea cum tantillo olei rosati: Agaricum autem non teritur, sed scobinatur, & confricatur per setaceum equinum superinversum: crocus primum exiccatur ab oleo inter chartas emporeticas. Lapides terendi sunt in mortario porphyreo, quod si ad manum non sit, & ob hanc penuriam in mortario metallico terantur, ne in eo detineantur, ne ob longam moram contrahant nigredinem metalli illius substantiam derradendo, nam lapides densiorem habent substantiam ipsis metallis; deinde sæpè cum aqua fontana abluuntur in vase vitreo, vt omnis substantia aliena separatur, cuius signum erit, vt aqua nullo colore infecta, & omnis saporis expers sit: tunc supra porphyricum lapidem cum aqua rosacea, vel alia appropriata humectantur, ita vt in massam liquidiusculam reducantur, & cum lapide molari lavigantur donec in pollinem impalpabilem redigantur, cuius signum erit, quando inter dentes non stridant.

M. Mensuratio triturationis quid?

D. Cribratio est, quia quanto angustissima sint foramina cribri, seu setacei, tanto pulveres cribrati erunt subtilissimi, & e contra.

M. Infusio quid?

D. Est transmutatio virtutis de re, in rem, diverso temporis spatio, in liquore facta, sola maceratione citra elixationem: cui cognationem quamdam habent Fermentatio, Maceratio, Digestio, & Putrefactio.

M. Infusio quotuplex?

D. Duplex: *Nutritiva*, & *Effusiva*.

M. Infusio Nutritiva quid?

D. Est imbibitio liquoris in medicamento. Quæ *Nutritiva*, *Imbibitio*, *Insuccatio*, *Inebriatio*, aut *Impragnatio* dicitur.

M. Infusio Nutritiva quomodo fit?

D. Per imbibitionem, ita vt omnis liquor in medicamento imbibatur, vt quando infunditur, vel nutritur aloe in decocto specierum, vt virtus ipsius vigoretur: & vt quando infunditur colocynthis in glutine tragacanthi, scammonium autem in oleo violato, & similia, vt fiant lubrica, & ne noceant viscera.

M. Infusio Effusiva quid?

D. Est transmutatio virtutis medicamenti in liquore in quo infunditur.

M. Infusionis perfectio in quibus consistit?

D. In tribus: in humore scilicet, quantitate, & tempore. In humore in quo fit infusio considerandum est temperamentum eius, ne sit humor calidus, an frigidus, aqueus, spirituosus sulphureus, an salinus: in quantitate, & tempore considerandum est, quod illa, quæ nutrienda sunt, illo humore, quem possint imbibere sunt maceranda, idque non diu: quæ autem coquenda sunt, præsertim ea, quæ sicca sunt in iusta humoris calidi quantitate maceranda sunt donec humectentur, vt facilis eorum postea sit coctio. Notandum quod ad drachmam vnam rhabarbari vnciæ tres liquoris respondent: ad drachmam autem vnam myrobalanorum, quia minorem locum occupant liquoris vnciæ duæ, & semis: ad drachmam vnam agarici, seu colocynthidis, quia parvi ponderis, liquoris vnciæ quatuor: ad drachmam vnam sennæ liquoris vnciæ duæ: ad vnciam vnam florum viridium, vel capilli veneris, hepaticæ, pulmonariæ, & similium vnciæ tres liquoris respondent: ad vnciam autem vnam florum siccorum, seu capilli veneris, hepaticæ, & similium libra vna, & semis liquoris respondet: ad vnciam vnam herbarum viridium liquoris vnciæ duæ, & semis respondent: ad vnciam autem vnam herbarum siccarum libra vna liquoris responderet.

Pro mucilaginis autem extrahendis, ad vnciam vnam seminis lini, vel psyllij, seu radicis althææ, vel scyllæ vnciæ quatuor liquoris respondent: ad vnciam vnam foenugræci, seu seminis hyoscyami liquoris vnciæ duæ: ad drachmam autem vnam tragacanthi vnciæ duæ, & semis liquoris respondent.

M. Fermentatio quid?

D. Est motus intestinalis per quem medicamenta alterata tendunt ad perfectionem ab artifice desideratam.

M. Fermentatio vnde dicitur?

D. A fermento, fermentum autem dicitur quasi ferventem à fervore, quia fervere, bullire, & exerescere facit, & exaltare in actu de potentia, quod erat ibi in potentia.

M. Maceratio quid?

D. Est corporis infusi penetratione menstrui mollis, ac tractabilis ad separationem alicuius substantiæ reductio.

M. Maceratio quomodo peragitur?

D. Res maceranda prius trita in parvas partes vasi suo infundenda sunt vndique stipatis spiramentis, atque seponenda

in iustum tempus tepido calori, donec menstruum corpus reddiderit satis molle, ac tractabile, ut penetrationem menstrui admittat, tincturam que per menstruum educi concedat: notandum, quod si fuerit res vegetabilis balneum præstat, si mineralis æget calore sicco, sæpius interim in dies agitanda, & commouenda, tota cura adhibita, ut idoneum menstruum eligatur, quia non omnis tinctura per quodlibet menstruum extrahitur, unde considerandum est qualis sit essentia extrahenda, oleosa, an aquosa, si verò oleosa fuerit opus habet menstruo oleoso, vel sulphureo, &c.

M. Digestio quid?

D. Est operatio, quæ menstrui ministerio medicamentorum alienitates tum substantiæ, tum qualitatis tolluntur.

M. Digestio in quo differt à Maceratione?

D. In eo differt quod Maceratio propriè, & strictè sumptæ corpus ad separationem tantum parat: Digestio verò corpus non tantum ad separationem parat, sed etiam paratum separationem ab eo facit, quia humores spissos subtiliat, aquositates, & cruditates in succis concoquit, opaca illustrat, fæces, & impuritates quæ in interioribus occultè ante latebant separat, graviorès, & terrestres ad fundum præcipitat, leviores, ut spumam superficiem innatare cogit, id que vi, & efficacia externi caloris concoquentis.

M. Putrefactio quid?

D. Est substantiæ misti in calore humido dissolutio, eius que claustrorum ad vltimam maturitatem per digestionem referatio.

M. Putrefactio quomodo peragitur?

D. Accipiuntur res putrefaciendæ, & si humore abundant, ut recentes herbæ, flores, aut similia contusa in vase idoneo imposita in fimo, vel balneo tepido ad putrefaciendum locantur, vas diligenter obturando, ne aer intret, nec spiritus fugiant: si verò res humoris actualis parum, aut nihil in se habuerint, tunc terenda, & sufficienter humore aspergenda, ut calor naturalis, & substantiæ innatus, excitatus, & adiutus à calore externo sibi vires acquirens, omnium partium separationem molliat, eamque absolvat, adiuvante humore, & corpus superante sicco, quo pacto calor innatus cum suo humido substantiali ruptis claustris corporis segregatur, vel dissolvitur potius à commissis, unde facilius sequitur

tur operatio ab artifice, qui observare debet, quod res putrefaciendæ non sunt eiusdem naturæ, ob quam non datur tempus determinatum, sed suæ iudicio relinquitur, cavendo ne putrefactio foeteat, dando opera, ut talis fiat, quæ substantiam non noceat, sed tantum, ut conclusa corporis claustra referat, ut sic in apertum perducantur, quæ antea in absorto naturæ sinu latitabant, ad cuius operationem accelerandam, & præcipuè in putrefactione herbarum, vel florum, aut aromatum pro oleo distillando additur sal, aut tartarum, vel similia, ut putrefactionem, refectionem que adiuvent, ac materiam à putrefactione foetida liberent, quia non strictè accipienda est in Pharmacia hæc vox *Putrefactio*, nisi spectatim notetur, quia cognationem quamdam, ut dictum est, habent inter se *Infusio*, *Maceratio*, *Digestio*, & *Putrefactio*.

M. *Decoctio* quid?

D. Est præparatio vi caloris facta, per quam virtus, vel substantia aliqua pharmaci aut extrahitur, vel separatur, aut maturatur, vel corrigitur.

M. *Decoctio* quotuplex?

D. Duplex: vna *Elixativa*, altera *Affativa*.

M. *Decoctio Elixativa* quid?

D. Est transmutatio virtutis de re, quæ decoquitur in liquorem, in quo decocta est extranei caloris vi;

M. *Decoctio Affativa* quid?

D. Quæ ab arido, & alieno calore efficitur.

M. *Decoctio Affativa* quotuplex?

D. Triplex: *Affatio*, *Frixio*, & *Torrefactio*.

M. *Affatio* quid?

D. Est medicamenta humore aliquo prædita, sine humore alio externo coquere, ita ut eius partes caloris vi exterius siccæ maneant, interius verò humidæ.

M. *Affatio* quomodo fit?

D. Vertendo perpetuo ad ignem, quæ affanda sunt, ut vndique ignem sentiant, quæ aut clibano coquuntur, aut in vase fictili iuxta ignem posito, & testa contexto suprapositis prunis ardentibus, aut per se, aut massa panis imboluta, ut scylla: aut malo cydonio infarcta, ut scammonium, quod corrigendum est, & similia.

M. *Frixio* quid?

D. Est medicamenta in humore oleaginoso coquere:

M. Frixio quomodo fit?

D. Humeſtando medicamenta frixioni dicata cum liquore conveniente, vel aſſignato, taliter, vt non fiant admodum maſſæ, & poſtea in vaſe vitreato, vel ferreo ad lentum ignem tanquam ad candelam, ſpatula continenter agitando fringuntur, donec exiccantur, & iterum, atque iterum, ſi præcipitur, rehumectantur, & fringuntur.

M. *Torrefactio* quid?

D. Est conſumptio humiditatis partium exteriorum, & interiorum medicamenti, ita vt omnes aſperitatem acquirant.

M. *Torrefactio* quomodo fit?

D. Calefaciendo medicamenta fruſtulatim ſecata integula, aut lamina ferrea calida, continenter agitando donec partes omnes ſiccantur, & aſperitatem nanciſcantur, quem admodum fit in rhabarbaro, myrobalanis, & alijs.

C A P U T III.

DE PRÆPARATIS.

M. *Præparata* quid?

D. Quæ ex pluribus ſimplicibus ſimul mixtis conſtant, aut quæ ab arte miniſterio in aliam formam commutantur.

M. Præparata uſitatioꝛa quæ?

D. Electuarium, ſeu Confectio, Lohoch, Bolus, Conſerva, ſeu Conditum, Pilulæ, Trochiſcus, & Sief, Extractum, Eſſentia, Tinctura, Baſſamum, Elixyr, Succus, Decoctum, Infuſio, Acerum, Emulſio, Syrupus, Aqua, Spiritus, Sal, Magiſterium, Fœcula, Gelatina, Oleum, Unguentum, Linimentum, Emplaſtrum, Ceratum, Cataplaſma, Clyſter, Suppoſitorium, Peſuli, &c.

M. *Electuarium* quid?

D. Electuarium, ſivè Electarium dicitur omne id pharmacum, quod ex electis rebus conſicitur, & quaſi idem quod *Confectio*, ſeu *Compoſitio* electarum rerum.

M. *Confectio*, ſeu *Compoſitio* quid?

D. Confectio dicitur à conſiciendo, vnde Confectionis nomen tam

tam Electuarijs, quam quibuscumque alijs pharmacorum, seu antidotorum compositionibus, quæ ex varijs rebus componuntur, & in vnum conficiuntur rectè applicari potest. *Compositio* autem est duorum, vel plurium medicamentorum convenientium mixtio artificiosa, ad vnam, & eandem formam, vsunque determinatum.

M. Electuarium quotuplex?

D. Triplex: Liquidum, Solidum, & Siccum.

M. *Electuarium Liquidum* quid?

D. Est medicamentum ex speciebus, & syrupo aliquo confectum.

M. *Species* quid?

D. Species dicuntur pulveres pro electuarijs conficiendis.

M. Electuarium liquidum quomodo conficitur?

D. Accipiendo species pulveratas secundum artem cum magna cura, & pro vnaquaque libra syrapi crassioris, accipiendo, si solutivum electuarium sit, vncias tres pulverum, seu specierum: in opiatjs autem pro vnaquaque libra syrapi, vncias quatuor pulverum: in confectionibus verò cordialibus pro vnaquaque libra syrapi vncias duas pulverum.

Notandum, quod species sint impossitæ in vase vitreato, eis-que affundatur sensim, & continenter agitando syrupus, deinde Electuarium singulis diebus cum spatula lignea agitetur eo vsquequo non amplius fermentetur.

Notandum etiam, quod non fit mentio rerum, quæ non possunt in pulverem redigi, aut solubilem in syrupo, vt sunt semina, quæ excorticantur, vt nuclei pineorum, & amygdalarum, semina frigida maiora, & similia, succi liquidi, seu soluti, penidium, pulpæ, &c. quæ *Extrabagantes* vulgò dicuntur, quia nec numerantur inter sicciore, nec inter liquidiores: & semina prædicta non permisceantur nisi cum syrupo frigefacto, ne electuarium rancecant.

M. *Electuarium Solidum* quid?

D. Est medicamentum quadratum, vel rotundum, seu oblongum, vel aliter figuratum, ex pulveribus, vel pulpjs, seu succis cum saccharo susceptis paratum. Quod rotundum, orbicularemque formam accipit *Orbiculus*, livè *Placenta*, seu *Rotula* nominatur: quod quadrata forma effigitur *Tabula*, seu *Tabella* appellatur: quod figuram oblongam recipit *Morselli*, seu *Morselli* vocatur, & Barbari *Lozonga* illud vocant.

M. Electuarium Solidum quomodo paratur?

D. Coquendo saccharum clarificatum cum liquore debito ad consistentiam, vt frigidatum induretur, quod probatur tantillo in lapidem effuso, deinde ab igne semotum, ligneo pistillo agitatur, & pro vnaquaque libra sacchari communiter imponitur vncia vna, & semis pulverum, qui probè sensim miscentur, cavendo ne nimis citò pulveres imponantur, ne adurantur, aut vis ipsorum resolvatur: deinde in tabulam farina, vel pulvere aliquo convenienti stratum, strenuè stenditur: hinc postquam saccharum induruerit, in suas aptas portiones secatur, & asservatur loco sicco, & calido. Etiam absque igne conficiuntur, massa facta ex saccharo pulverato, & speciebus cum mucilagine tragacanthi.

M. Electuarium Siccum quid?

D. Est medicamentum ex simplicibus electis in pulverem redactum. *Pulvis* Latinè à pellendo, quod ventorum impetu pellitur appellatur: & Arabicè *Saffuf*, *Suffeti*, & *Alcohol*: à Nostratibus autem pulveres ex rebus aromaticis constantes intro sumendis species propriè dicuntur.

Alcohol. Nota, quod *Alcohol* Arabica vox, denotat duo diversissima; scilicet pulverem tenuissimum ferè impalpabilem; deinde spiritum vini per reiteratas distillationes rectificatissimum.

M. Electuarium Siccum quomodo paratur?

D. Accipiendo res pulverandas electas, & quæ sunt crassæ substantiæ conteruntur, & pulverizantur simul, & per setaceum subtilem cribrantur: deinde mediocres conteruntur, pulverizantur, & cribrantur per setaceum mediocre: vltimò tenues, & purgantia, (illa excepta, quæ crassa simul, & calida sunt, vt colocynthis, & Jalappa, quæ si triturentur grossiter, vel mediocriter adhærent tunicis stomachi, & intestinorum exulcerationes inducendo) conteruntur, pulverizantur, & cribrantur per setaceum grossum, id que semper cum facilitate est contundendum, & sæpè cribrandum: cavendo tamen ne tam crassius sit setaceum, vt evidentia frustra simplicium pertranseant, quia tunc prius confusio, quam pulverisatio dici debet: sic parantur species pro Electuarijs Purgantibus, & Stomachicis, nisi à maioribus nostris aliud decernatur. Species autem pro Electuarijs Cordialibus, Diaphoreticis, Diureticis, & Ysteriis subtiliter pulverantur.

Ocularia autem medicamenta, metallica, terrea, & lapidosa subtilissimè pulverantur.

M. Electuaria ubi asservantur, & quandiu asservari possunt?

D. Electuaria omnia vasis figulinis vitreatis servantur: Electuaria grata, & iucunda ad annum vnum communiter durant: amara autem, & ingrata ad biennium: Opiata verò communiter durant in decennio. Theriaca autem ad quadragesimum annum, neque exhiberi debent opiate ante semestrem, nisi Medicus aliud præscribat: Electuaria Solida quanvis aliquandiu integra manere apta sint, præstat tamen recentia adhibere, præcipuè si fortè simplicia rancori obnoxia continent: Electuaria Sicca, seu Species, præcipuè aromaticæ singulis annis renobari debent.

M. Lohoch quid?

D. Est medicamentum thoracicum internum, pulmonibus dicatum, syrupo crassius, electuario liquidius, quod in ore detinetur, vt paulatim per guttur in pulmones delabatur. Lohoch Arabica vox, Græcè *Ecolegma* appellatur, & Latine *Linctus*, & *Lambile*.

M. Lohoch quomodo paratur?

D. Incorporando in mortario lapideo pistillo ligneo medicamenta ad Lohoch dicata, vt pulveres, pulpas, succos, &c. cum sufficienti quantitate mellis, seu syrupi, vel mucilaginis, decocti, aut similis liquoris glutinosi, donec exactè omnia mixta mellis consistentiam nata fuerint.

M. Lohoch ubi asservatur, & quandiu asservari potest?

D. Vasis figulinis vitreatis servari debet, asservaturque biennium, illud exceptum, quod amygdalas, pineas, pistachia, & alia viusmodi, quæ facile rancescunt, recipit, quod vix ultra annum durare potest.

M. Bolus quid?

D. Est medicamentum consistentiæ magis duriusculæ quàm electuarium liquidum: Bolus dictum, eo quod quasi bucella ore percipienda configitur.

M. Bolus quomodo paratur?

D. Accipiendo tempore vsus Electuaria, Pulpas, Conservas, &c. formandoquè massam consistentiæ minus fluidæ, faciliter deglutibilem, addendo syrupi convenientis quod sufficiat.

M. Conserva quid?

D. Est medicamentum ex floribus, seu folijs, radicibus, sivè fructibus cum saccharo conquassatis, vel mistis paratum, quod *Conditum* etiam appellatur.

M. Conserva quomodo paratur?

D. Accipiendo flores, seu herbas recentes, (& si nimia humiditate scatent, in umbra aliquantulum siccando) conquassando que eas in mortario lapideo pistillo ligneo, atque inter quassandum admiscetur triplum sacchari pulverati, & insolantur in vase vitreo, seu vitreato probè obturato per dies aliquot: hinc reponuntur. Vel accipiuntur flores, seu herbæ ritè conquassatæ, quibus permiscetur duplum sacchari albi pulverati, & igni exponuntur adunicum tantum fervorem semper spatula lignea agitando, ut liquefiat saccharum. Sin flores, seu herbæ aridiores sunt, ut lavendula, rosmarinus, & similia, non coalescere cum saccharo, quod etiam siccum est facillè possunt, ob id saccharum coquendum est ultra syrupi consistentiam, & deinde simul miscenda aliquandiu supra prunas. Fructus coquantur ad mollietiem, extrahitur pulpa per setaceum equinum superinversum; cochleari averso eos confricando, donec tota ipsorum caro, seu medulla extrahatur, quo peracto in decoctione relicta dissolvitur duplum sacchari ponderis pulpæ extractæ, & coquitur ad mellis crassitiam, & additur pulpa extracta, lenito que igne coquantur ad iustam conservæ consistentiam. Ex radicibus paratur conserva eodem modo, quod ex fructibus.

M. Conservæ ubi asservantur, & quandiu asservari possunt?

D. Vasis figulinis vitreatis servari debent: duratio earum est inæqualis; aliæ enim diu durant, ut conserva rosarum: aliæ (contrà) citò corrumpuntur, acescunt, vel arefcunt, & tanquam vermiculis in superficiei corrosæ videntur, ut conserva borraginis, buglossi, & violarum: virtus autem earum melius ex colore, sapore, & odore deprehenditur.

M. *Pilula* quid?

D. Sunt medicamenta in forma solida rotunda, diminutivè à pila, quasi parvæ pilæ ob similitudinem, dicta.

M. Pilulæ quomodo parantur?

D. Accipiendo simplicia cum magna cura pulverata, & pro vnaquaque uncia pulverum accipiuntur drachmæ duæ mellis despumati, & cum decocto, vel alio liquore assignato, vel

ido-

idoneo, fit syrupus liquidus quo in massam redactis formantur in rotulas, siccantur in umbra, & papyro involutæ reponuntur. Tempore vsus massa rursus teritur, & cum liquore, vel syrupo idoneo in pilulas formantur, & deaurantur, vel argentantur.

Notandum, quod massa pilularis non conficiatur solo succo, vel decocto, quia ob nimiam siccitatem simplicium massa nimis exiccatur, & tempore vsus simplicia, quæ in crassam trituram sunt imponenda, plus iuxta teruntur: modo autem præscripto massa per totum annum mollis servatur, vt animadvertitur, præter experientiam, per celeberrimum Collegium Valentinum, per Iacobum Sylvium, Nicolaum Propositum, Franciscum Velez, & alios.

M. Pilulæ quandiu asservari possunt?

D. Per annos duos, tres vè servari possunt, vel eo vsque situm varij coloris intus non contraxerit.

M. Trochiscus quid?

D. Est medicamentum ex speciebus, seu pulveribus cum mucilage, vel decocto, aut simili in orbiculos formatum: *Pastillus*, à pane quasi parvus panis dictum: & Latinè *Rotula* propriè dici potest.

M. Trochisci quomodo parantur?

D. Trochisci vt plurimum parantur ex medicamentis siccis tritis, & cum mucilage, vel decocto, aut succo mistis, donec ad massæ pilularis formam reducantur, formanturque in rotulas, siccantur in umbra, & papyro involuti ligneis pyxidibus reponuntur, & durant per annos duos, & ultra.

M. Extractum quid?

D. Est essentia rei, vi liquoris alicuius, è corpore crassiore separata, ad consistentiam iustam inspissata.

M. Extractum quomodo paratur?

D. Extractum viscosum, seu Aquosum paratur accipiendo corpus crasso modo tritatum, si durum sit, eique assidendo quantitatem sufficientem liquoris convenientis tepescati, & 24. horis transactis ebulliendo igne lenissimo per quadrantem horæ: hinc forti expressione premendo, & percolando: affusionemque liquoris, digestionem, ebullitionem, expressionem, & colaturam reiterando quo vsque liquor affusus colore non tingatur; deinde colaturæ omnes mistæ subsident, decantantur, percolantur, & lenissimo igne cinerum

evaporantur semper agitando ad mellis spissitudinem. Liqueor
debet acuari cum sale tartari, aut oleo tartari per deliquium.
Extractum autem resinofum paratur cum spiritu vini, dige-
rendo res grossè contusas, post filtrando liquorem per char-
tam, mox spiritum cum aqua affusa debilitando, ut præcipi-
tetur substantia resinosa, quæ, liquore semoto, aquà abluitur,
& exiccatur, & venit aliquoties sub nomine Magisterij, ut
Magisterium, seu Resina Jalappæ, &c.

M. Extracta ubi asservantur, & quandiu asservari possunt?

D. Vasis figulinis vitreatis amplioris orificij, ut depromi possint
servantur: at verò si sicciora sint, servantur involuta in
charta, in vasisque vitreis loco sicco: duriora in plures annos
perdurant, recentiora verò præferenda.

M. Tinctura quid?

D. Est menstruum colore, & essentia alicuius materiæ median-
te infusione tinctum, & coloratum.

M. Tinctura quomodo paratur?

D. Digerendo res præparatas, idest contusas, quæ contundendæ;
&c. in vase vitreo angustij oris, seu matratio superfluo liquo-
re convenienti ad eminentiam duorum, vel trium digitorum,
(si quantitas liquoris non assignetur) obrutando que ritè
vas: deinde insolantur, vel collocatur vas supra cineres cali-
dos, ad iustam tincturam liquoris ex rebus infusis: hinc tinea-
tura percolata ad usum asservatur. Nonnunquam evaporatus
liquor ad olei spissitudinem.

M. Tincturæ ubi asservantur, & quandiu asservari possunt?

D. Vasis vitreis stricti oris asservantur, & perdurant secundum
diversitatem, seu naturam menstruorum, cum quibus extrac-
tæ fuere.

M. Balsamum quid?

D. Nomen Balsamum imponitur pluribus in officinis, sed præ-
cipuè denotat quodam odoriamenti genus, oleo crassioris
linimento liquidioris.

M. Balsama ubi asservantur, & quandiu asservari possunt?

D. Balsama odorata pyxidibus stanneis benè oclusa asservan-
tur: liquidiora stillatitia vasis vitreis angustij orificij: per annos
duos, tres vè durabiliora sunt.

M. Succus quomodo paratur?

D. Contundendo vegetabilia succulenta viridia, ac per diem
per se macerando, exprimendoque succum, (tamen si viscosa
sunt,

sunt, vt borrago, buglossum, portulaca, & similia primum tepescunt) & cum subsideat decantando: hinc cum albuminibus ovorum clarificatur inter coquendum ad tertiæ partis consumptionem, (succis rosarum, nonnullis que acidis, & ex volatilibus partibus constantibus, seu aromaticis, qui absque coctione servantur exceptis) iterumque per sedimentum clarificatur, decantatur, percolatur, ac reponitur, qui liquidus est asservandus: qui verò inspissandus est, sic præparatus lento igne, semper agitando, ne empyreuma contrahat, ad mellis spissitudinem coquitur. Scylla autem assatur in massa involuta, deinde exprimitur succus adhuc calens.

M. Succis ubi asservantur, & quandiu asservari possunt?

D. Succis liquidi asservantur in vasis vitreis angustij orificij cooperiti oleo, vt à situ conserventur, mutarique debent quotannis: inspissati verò conveniunt cum extractis, & perdurant ad annos duos, tres vè, & ultra.

M. Decoctum quid?

D. Est liquor imprægnatus viribus medicamentosis, interveniente debita coctione.

M. Interveniente debita coctione quid?

D. Idem, quod coquere secundum artem.

M. Coquere secundum artem quid?

D. Commensurare quantitatem liquoris, quantitate coquendorum, & quantitatem ignis quantitate liquoris, & materias coquendas non simul, ac semel, nisi sint æqualis substantiæ injicere, sed diversis iniectionibus, prius, ac posterius, secundum substantias rerum coquendarum, quia ignis agit in subiectum: v. g. hordeum, ac cicera, coquantur ad decem librarum liquoris consumptionem, nisi quando ex hordeo dumtaxat virtus cordialis, non centralis desideretur, quia tunc coquitur ad trium librarum liquoris consumptionem: & quando ex hordeo tantum volumus extrahere virtutem vomitivam, consequitur cum duabus vnicis ebullitionibus: cornua, smilax aspera, radix chinæ, ac ligna, vt sunt guaiacum, santala, & similia coquantur ad octo librarum liquoris consumptionem: polypodium ad sex: radices communes ad trium: semina, herbæ, flores scœnanthi, & stœchadis ad unius, & semisis: fructus ad unius; flores, capillus veneris, rhabbarum, & aromata, vt sunt cinnamomum, spica, & similia ad vaciarum duarum liquoris consumptionem: tamarindi,

cafsia fiftila, manna, & fenna non fubftinent vllam cocturam, fola infufione virtus eorum extrahitur: femina frigida maiora, amygdalæ, pinei, & cætera omnia, quæ excorticantur, vt plurimum nec infunduntur, nec coquantur, fed paratur ex eis emulfio: Myrobolani etiam non fubftinent vllam cocturam, nifi virtus confortatiua, non folutiua ex eis defideretur, quia tunc coquantur, vt herbæ.

Notandum, quod ad libram vnã hordei, feu cicerum libræ decem liquoris respondent: ad libram autem vnã lignorum, quia duriora, aut feminum libræ quatuor liquoris respondent: ad libram vnã fmilacis afperæ, radicis chinæ, aut cornuum, libræ octo liquoris respondent: ad libram vnã polypodij libræ ſex liquoris respondent: ad libram vnã radicum communium recentium libræ tres liquoris respondent: ad libram autem vnã radicum communium ſiccaram libræ ſex liquoris respondent: ad libram vnã herbarum viridium, feu recentium libræ duæ, & ſemis liquoris respondent: ad vnciam autem vnã herbarum ſiccaram libra vna liquoris respondet: ad libram vnã fructuum libra vna liquoris respondet: ad libram vnã florum viridium, feu capilli veneris, vel pulmonariæ, & ſimilium libræ tres liquoris respondent: ad vnciam vnã florum ſiccorum, feu capilli veneris, vel hepaticæ, feu polytrici, aut ſimilium libra vna, & ſemis liquoris respondet: ad drachmam vnã rhabarbari vnciæ tres liquoris respondent: ad drachmam vnã myrobalanorum vnciæ duæ, & ſemis liquoris respondent.

Notandum etiam, quod quotieſcumque augeatur, aut minuat quantitas medicamentorum coquendorum, tantum liquor remanſurus poſt coctionem eſt augendus, aut minuendus, & ſimili modo ignis, quia maioribus quantitibus coquendorum maior humoris quantitas, minoribus que minor iniicienda eſt, quibus etiam ignis rationi ſimili proporti-
nandus eſt, quia multitudo agentium, & reſiſtentium, magis quam paucis agit, & reſiſtit: v. g. pro libra vnã hordei coquenda, accipiuntur libræ viginti aquæ puræ, & in vaſe terreo vitreato tepeſit igne carbonum non fumantium, & additur hordeum inter pannum aſperum fricatum, & ventila-
tum, & ſimul igne lento coquantur ad decem librarum aquæ conſumptionem: pro vnciã autem vnã hordei co-

quenda imponatur libræ decem, & vnciæ decem aquæ, & simili modo coquantur ad decem librarum aquæ consumptionem, quia substantia hordei talis est in vnciâ, qualis in libra: pro virtute autem pectorali hordei extrahenda, ad libram vnam hordei accipiuntur libræ sex aquæ, & simul coquantur ad trium librarum aquæ consumptionem: ad vnciam autem vnam hordei pro virtute eadem extrahenda imponuntur libræ tres, & vnciæ tres aquæ, & coquantur simul ad trium librarum aquæ consumptionem, & sic de cæteris.

Insuper Tyronem deduco ad actum practicum: v. g. ℞. Smilacis asperæ ℥ss. ligni guaiaci ℥iv. fumarix ℥ss. cornu cervi, liquiritiæ, & foliorum sennæ ana ℥j. polypodij ℥ij. seminis ebulorum ℥ss. passularum ℥ij. fiat decoctum S. A. vel coquantur ex arte in sufficienti quantitate aquæ, aut simili modo iusta Medici præscriptum. Primum accipiendæ sunt libræ octo aquæ, quæ consumendæ, seu exhalandæ sunt inter coquenda medicamenta crassioris substantiæ in hoc decoctum ingredientia, vt sunt guaiacum, smilax aspera, & cornu cervi; quibus addendæ sunt libræ decem aquæ respondentibus simplicium à Medico assignatis, & fiet decoctio modo sequenti: In libris decem, & octo aquæ fontanæ puræ in vase vitreato igne carbonum non fumantium tepefactis, primum injicientur guaiaci limati, seu contusi vnciæ quatuor, quibus respondent vnciæ decem, & sex aquæ remansuræ post coctionem: smilacis asperæ dissectæ vnciæ sex quibus respondent vnciæ quadraginta, & octo aquæ: rasuræ cornu cervi vnciâ vna, cui respondent vnciæ octo aquæ, & lento igne coquantur ad duarum librarum aquæ consumptionem: tunc adduntur polypodij purgati, & contusi vnciæ duæ, quibus respondent vnciæ duodecim aquæ, & decoctio continuabitur vsque ad trium librarum liquoris consumptionem: deinde injiciuntur liquiritiæ siccæ rasæ, & contusæ vnciâ vna, cui vnciæ sex aquæ respondent, & coquantur vsque ad libræ vnius, & semisis liquoris consumptionem: hinc injicitur fumarix siccæ dissectæ vnciâ semis cui respondent vnciæ sex aquæ, & seminis ebulorum contusi vnciâ vna, & semis, cui respondent vnciæ sex aquæ, & decoctione continuata dum libra semis aquæ consumpta sit addendæ sunt vnciæ duæ passularum exaci-

natarum, quibus vnciæ duæ aquæ respondent, & prosequitur decoctio usque dum consumatur libra vna liquoris: ultimoque addenda est vncia vna sennæ mundatæ cui vnciæ decem, & sex aquæ respondent, & vase ab igne semoto, & obturato, sex horis transactis, fiet expressio, & colatura.

Sed ijs non obstantibus, si decoctio instituat in infundendo simplicia in liquoris quantitate ad infusionem respondente, in vase circulatorio, commissuris ritè lutatis loco calido, & post horas 24. igne lento coquantur per horas duas, tres, vel quatuor, vel plus, vel minus secundum substantias rerum, obtinebitur decoctum absque vlla dissipatione virtutum simplicium: si autem decoctum destinatum sit ad syrupum alium quem parandum, & loco vasis prædicti fiet infusio in cucurbita vitrea, seu terrea vitreata cum suo capitello, & recipiente, commissuris probè lutatis, & distilletur libra vna, paulo plus, minus vè liquoris, & postea vasis refrigeratis, & facta expressione, decantatione, & filtratione ex materia in cucurbita relicta, huicque addatur saccharum, vel mel, & simul ultra syrupi crassitiem incocta sint, & tunc addatur liquor distillatus, simili modo obtinebitur syrupus cum virtutibus tam volatilibus, quam fixis simplicium.

M. *Acetum* quid?

D. Est liquor acidus ex fermentato quodam succo vinoso prodiens. Nota, quod acetum ingenere, liquorem quemcumque acidum notare potest, vnde à nonnullis spiritus vitrioli, & similes acetum dicuntur: sed in officinis solum liquorem acidum ex succis (præcipuè ex vino) paratum, denotat.

M. *Emulsio* quid?

D. Est medicamentum liquidum lactis colorem æmulans, ex medulla fructuum, vel seminum lactescentium cum liquore appropriato paratum.

M. *Emulsio* quomodo paratur?

D. Pistando semina excorticata, si excorticari possint, in mortario lapideo, pistillo ligneo, illa humectando inter pistandum tantillo liquoris convenientis, (accipiendo pro vnaquaque vncia seminum, quæ excorticantur, vt sunt amygdalæ, semina frigida maiora, nuclei pinei, &c. vncias quatuor liquoris: pro vncia autem vna seminum quæ non possunt excorticari, vt semen papaveris, enici, &c. vncias duas liquoris) deinde addendo propè medietatem liquoris, exprimendoque per li-

teum:

seum: residuum iterum pistatur, ac emulgetur reliquo liquore, iterumque exprimitur, & emulsio edulcoratur cum saccharo, vel syrupo appropriato, cavendo, ne acidum aliquid commisceas, quia acidum res lactescentes in magisterium præcipitat.

M. *Syrupus* quid?

D. Est liquor medicamentosis qualitatibus imprægnatus, cum saccharo, vel melle, ad mellis consistentiam coctus.

M. *Syrupus* quomodo paratur?

D. Accipiendo partes æquales liquoris, sive sit succus, sive decoctum, sive infusio, &c. & sacchari, vel mellis: & primum accipiuntur albumina ovorum, sumendo pro libris duabus sacchari, vel mellis albumen unum ovi, & in vase idoneo miscentur cum pauculo liquore, cum quo syrupus parandus sit, & virgula agitantur donec in spumam reducantur; deinde additur liquor restitans, & iterum agitantur, & immititur saccharum, vel mel, & coquantur igne lento, continenter despumando, ad syrupi consistentiam, cuius signum erit quando gutta super vnguem, vel tabulam frigidam iniecta non stenditur.

M. *Syrupi* ubi asservantur, & quandiu asservari possunt?

D. Vasis vitreis, aut figulinis vitreatis asservantur: simplices annum unum perdurant, ut & purgantes: compositi vero, modo purgantes non sint, biennium, & ultra.

M. *Aqua Distillata*, seu *Stillatitia* quid?

D. Est lympa distillatione elicita, constans ex parte aquosa, & spirituosa.

M. *Aquæ* ex vegetabilibus, eorumque partibus quomodo distillantur?

D. Ex herbis, seu floribus succulentis exprimitur succus, & affunditur super novas herbas, seu flores, & per B. M. seu vaporis, sive arenæ humidæ, vel ex cucurbita ænea probe stannata igne carbonum, & non lignorum, præsertim viridium, & fumum reddentium distillantur: ex aromaticis autem, & calidioribus commodius per vesicam eliciuntur: ex herbis minus succulentis fit infusio ex ipsis, seu decoctio, in qua macerantur novæ herbæ, seu flores, & distillantur: ex herbis calidis, & odoratis, si siccæ, prius in aqua infusæ distillantur, elegantiores erunt aquæ: ex fructibus succulentis exprimitur succus, qui distillatur ut dictum: si autem minus succulenti sint contundi debent, & distillandi sunt, ut

dictum est: ex seminibus distillantur aquæ contundendo femina grossè, eaque macerando cum aqua: & per vesicam distillando, & exit oleum cum aqua, & asservantur seorsim: ex radicibus autem distillantur aquæ per vesicam postquam radices contusæ, in aqua maceratæ fuerint: aromata verò grossiter contunduntur, & macerantur per aliquos dies in menstruo idoneo, deinde distillantur per vesicam.

M. Aquæ ex Animalibus, eorumque partibus quomodo distillantur?

D. Accipiendo Animalia integra, vel eorum partes, lota, si lotionem indigent, & incisa, vel contusa, distillantur per balneum: sic distillantur aquæ lumbricorum, cochlearum, spermatum ranarum, medullarum, cerebrorum, seri lactis, stercoris recentis, &c.

M. Aquæ distillatæ ubi asservantur, & quamdiu asservari possunt?

D. Asservantur vasis vitreis, loco temperato, verum antequam reponantur, per aliquot dies soli exponi debent, vasis linteo, aut membrana perforata obturatis, ut quicquid excrementosum est resolvatur, simulque exhalet empyreuma, quod eis remanserit: annum unum perdurant, plus, minusve pro distillationis ratione, nam in vapore aquæ calentis distillatæ, cum sint excrementosæ parum diu servari possunt, quæ verò in cineribus calidis, aut arena diutius.

M. Spiritus quid?

D. Est liquor distillatus naturæ spirituosæ, subtilis, & penetrans, volatilis, vel fixus.

M. Spiritus quomodo paratur ex floribus, seu herbis?

D. Accipiendo succum expressum, ac in eo infundendo recentes flores, seu herbas contusas speciei ipsius succi, & in vase idoneo, addito manipulo vno, ac altero salis, repositum, in cella vinaria collocatur donec fermentando acidiusculum, ac vinosum acquirat odorem: hinc distillatur per vesicam, & liquor distillatus rectificatur per balneum. Sin res minus succulentæ fuerint, cum aqua fervente irrorari, ac perfundi debent: ex fructibus verò exprimitur succus, & paratur spiritus, ut dictum est: si autem minus succulenti sint, ut bacæ, &c. contunduntur, ac affunditur eis aqua fervens, & sicut dictum est fermentando, &c.

M. Spiritus ex frumento quomodo paratur?

- D.** Accipiendo farinam cuiuscumque frumenti, humectandoque eam cum aqua, (inqua fœces vini, seu cerevisiæ dilutæ fuerint) vt massa fiat liquida benè agitando, coopertaque detinetur per duas, tres vè horas, donec aqua omnes partes farinæ optimè madefiat: deinde affunditur maior aquæ quantitas semper materiam agitando, ne in glebas concreseat, sed liquidam materiam farinaceam acquirat: hinc in vase idoneo materia hæc detinetur donec in altum eleuetur, de in subsideat, & liquor limpidus appareat, & quando odorem, & saporem vinosum acquirat, per vesicam distillatur spiritus, qui rectificatur, & asservatur.
- M.** Spiritus ex durioribus, vt sunt cornua, ossa, ligna, & similia quomodo paratur?
- D.** Implendo retortam sigulinam, seu vitream lutatam ex re illa limata, seu contusa, & distillando omnem materiam separabilem igne reverberi gradatim adhibito, in recipientem capacissimum commissuris ritè lutatis: deinde materia omnis distillata inditur in matratio, & sublimatur sal in capitello cœco imposito, idque igne arenæ: hinc capitello rostrato imposito cum suo receptaculo, commissurisque lutatis distillatur spiritus ad dimidias, rectificatur per matratium igne cinerum, & asservatur.
- M.** Spiritus quomodo paratur ex salibus?
- D.** Permiscendo salem, v. g. Nitrum rectificatum pulveratum cum triplo argillæ, vel boli, ac per retortam strenuè lutatam igne reverberi gradato distillatur in recipientem capacissimum, commissuris probè lutatis, sub finem ignem augendo, vsquequo receptaculum frigidum appareat, & nubeculæ non videantur: si spiritus distillatus rectificare videatur, per cucurbitam vitream dephlegmatur igne arenæ, vel cinerum, distillando vsque dum guttulæ acidæ appareant: tunc vasis refrigeratis, distillatur per retortam vitream igne arenæ.
- In distillatione vitrioli non permiscetur materia alia, quia partes terreas continet ei inservientes ad suas particulas salinas interponendas.
- M.** Spiritus quomodo asservantur, & quandiu asservari possunt?
- D.** Vasis vitreis stricti oris probè obturatis asservantur, & si benè custoditi fuerint, quò minus exhalentur diu durare possunt.

sunt. Notandum, quod omnes spiritus corrosivi, vt sunt spiritus vitrioli, salis communis, nitri, & similes corrodunt suber: vrinosi verò, vt sunt spiritus cornu cervi, tartari, salis ammoniaci, vrinæ, vini, & similes liquefaciunt ceram; illamque penetrant.

M. Sal Essentialis quomodo paratur?

D. Accipiendo succos expressos, & depuratos, inspissandoque eos aliquantulum igne lento, mox reponuntur loco frigido per noctem ad crySTALLIFANDOS, in vase ligneo, & crySTALLI formati in fundo, ac lateribus vasis separantur, exiccantur, & asservantur.

Si maiorem copiam salis desideras, macera herbas conquassatas in suis succis, & procede, vt dictum est.

M. Sal volatilis quomodo paratur?

D. Distillando res per retortam more solito, & omnis materia in recipiente distillata, ex phlegmate, spiritu, oleo, & sale volatili constans inditur in vase sublimatorio, & igne arenæ, sublimatur sal in capitello instar nivis, qui permiscetur cum ossibus calcinatis, & sublimatur iterum, vt purior evadat.

M. Sal fixus quomodo paratur?

D. Elixiviando in vase terreo cineres quoscumque optimè calcinatos, & à carbonibus purgatos: deinde lixivium decantatum, & percolatum evaporatur in vase vitreo igne arenæ ad siccitatem vsque, & sal remansus calcinatur in crucibulo ad albedinem: hinc in aqua dissolvitur, & percolatur per chartam, & eodem modo evaporatur vsque ad pelliculam; & vas in loco frigido reponitur per noctem: sequenti die separantur crySTALLI formati, liquorem in alio vase decantando: iterumque ad pelliculam, vt antea liquor evaporatur, locoque frigido collocatur, & crySTALLI formati separantur; & sic deinceps vsquequo omnis sal in crySTALLINAM formam colligatur: crySTALLI omnes siccantur, vsuique sal asservatur.

M. Sal ubi asservatur, & quandiu asservari potest?

D. Sal convenit cum spiritibus in asservatione, & duratione.

M. Magisteriam quid?

D. Est pulvis præcipitatus ex solutione alicuius rei.

M. Magisterium quomodo paratur?

D. Accipiendo materiam, ex qua magisterium parare destinatur, v. g. Corallium pulveratum, solvendoque in aceto distillato,

tillato, (nonnumquam acuitur cum spiritu nitri, aut simili) solutum filtratur, & solutioni affunditur guttatim oleum tartari per deliquium (aliquando cum spiritu vitrioli) mox, liquore supernatante decantato, præcipitatum, seu magisterium edulcoratur multis lotionibus cum aqua, & exiccatum asservatur. Ex partibus durioribus animalium paratur eodem modo. Sed notandum, quod hæc Magisteria sic parata, imprægnata manent acidis, qua propter inutilia sunt, quia destruantur partes alkalinae, seu absorbentes mineralium, & figitur volatilitas partium animalium, quæ sunt partes activæ, quibus operantur, vnde *Magisterium* plus nomen phantasticum, quam Antidotum insignitur, illis Magisterijs exceptis, quæ ex materijs resinosis cum spiritu aliquo ardente sulphureo parantur, quæ etiam resinae appellantur, vt Magisterium, seu Resina Jalappæ, Scammonij, &c.

M. *Fœcula* quid?

D. Est pulvis subsidens ex certis vegetabilium expressionibus.

M. *Fœcula* quomodo paratur?

D. Accipiendo vegetabilem viridem, vt radicem ari, seu iridis lotam, quæ in mortario lapideo optimè pistata, fortiter exprimitur, & succus expressus detinetur, vt subsideat fœcula, quæ, humore decantato, excicatur, & asservatur. Notandum, quod radices siccae, & pulveratae vtiliores sunt, quam fœculæ, quia succus, qui abstrahitur, virtutis est abstractio, serèque destructio.

M. *Gelatina* quid?

D. Est succus, vel liquor viscosus, purior, clariusculus cum saccharo inspissatus, tam ex partibus animalium cartilaginosis, quam ex succis, vel decocto fructuum paratus.

M. *Gelatina* quomodo paratur?

D. E fructibus exprimitur succus, percoquitur, & clarificatur cum albuminibus ovorum, deinde additur saccharum, & inspissatur sensim, cuius signum erit quando gutta frige facta coagulatur, & tunc affunditur in scatullas: vel coquantur fructus in aqua, decoctumque decantatur, citra expressionem, filtratur, & addito saccharo inspissatur: è partibus autem animalium cartilaginosis, vt è cornu cervi, pede vituli, aut similibus partibus tenerioribus paratur *Gelatina* digerendo hæc cum aqua, deinde coquendo in vase circularorio

ritè

ritè clauso ad dissolutionem vsque, mox filtrando adhuc calentia; additur saccharum, clarificantur cum albuminibus ovorum, & lento igne ad consistentiam iustam inspissantur. Appellatur vulgò *Falea*.

M. Oleum quotuplex?

D. Triplex: Expressum, Infusum, seu Coctum, & Distillatum.

M. Oleum Empressum quomodo paratur?

D. Accipiuntur semina, seu nuclei, v g. amygdalæ ab utroque cortice excorticatæ, ac minutissimè contusæ, & in sacco ligatæ exprimuntur fortiter sub prælo, & dicitur oleum amygdalarum sine igne. Deinde illa pasta iterum contusa, cribrata, & tepefacta exprimitur adhuc calens. Eliciantur etiam olea per decoctionem rei in aqua, quæ colata per pannum pars oleosa supernatans colligitur: sic paratur oleum baccarum lauri, & oleum omphacinum ex olivis immaturis.

M. Oleum Infusum, & Coctum quomodo paratur?

D. Accipiuntur simplicia contusa, seu incisa, & in oleo immersa insolantur ad olei virtutum rerum infusarum imprægnationem, tunc exprimuntur, & oleum expressum percolatur, ad usum quæ asservatur. Oleum coctum paratur eodem modo, coquendo mox oleum cum rebus infusis ad humiditatis exhalationem, cuius indicium est, si instilletur gutta super prunas sine strepitu: vel coquantur in vase circulatorio ritè clauso per aliquot horas, vt oleum imprægnetur ex virtutibus simplicium, quod ex colore, & odore deprehenditur, & vasis frigefactis fit expressio, & separatur humiditas per infundibulum, oleum quæ asservatur.

M. Oleum Distillatum quomodo paratur?

D. Ex partibus tenuioribus vegetabilium, vt ex herbis, seminibus, &c. (præcipuè siccis) contusis, seu incisis eliciuntur olea macerando prædicta secundum substantias suas, superaffusa aqua tepida, addito manipulo vno, ac altero salis communis, & tartari crudi: deinde distillantur per vesicam, & separatur per infundibulum oleum in aqua supernatans: ex partibus autem durioribus vegetabilium, seu animalium distillatur oleum implendo retortam ex materia limata, seu rasa, ac distillando in recipiente capacissimo igne nudo gradatim adhibito, & distillato omne, quod in

corpore est separabile, impastatur oleum cum ossibus calcinatis, vel cineribus optimè lixiviat, & exiccatis, & rectificatur ex retorta. Sic distillatur oleum ex guaiaco, cornibus, vngulis, ossibus, resinis, gummatis, succino, & similibus. Ex partibus autem pinguibus animalium distillatur oleum impastando eas cum calce, aut cinere, &c. & distillando vt dictum est.

M. Olea vbi asservantur, & quandiu asservari possunt?

D. Olea infusa, ac expressa in vasis vitreis reponuntur: distillata in vasis vitreis angusti orificij optimè obturatis: expressa citò rancescunt, præsertim temperata: frigida asservari possunt per annum: calida per duos, tres vè: distillata diutius durant: insolata, seu infusa, ac cocta quotannis mutari debent.

M. Vnguentum quid?

D. Est medicamentum topicum pingue, linimento durius, emplastro mollius: Vnguentum ab vngendo dictum.

M. Vnguentum ex quibus componitur?

D. Ex rebus pinguibus, oleis, resinis, gummatis, cera, additisque nonnunquam pulveribus.

M. Vnguentum quomodo paratur?

D. Si paretur ex oleo, & cera accipiuntur partes quatuor olei; & pars vna ceræ, liquantur simul, & post refrigerationem reponitur vnguentum; sic paratur Vnguentum Agripæ, cucurbitæ, & similia: si paretur ex oleo, cera, & pulveribus metallicis, accipitur pars vna olei, ceræ quarta pars, & pulverum dimidia pars olei; hoc est vncia vna olei, drachmæ duæ ceræ, & vncia semis pulverum, vt in vnguento Albo Rhafis, de Minio, &c. Si vnguentum accipiat pulveres ex vegetabilibus, aut alios parvi ponderis, pro vnaquaque libra vnguenti, imponitur vncia vna, & semis pulverum. Si vnguentum accipiat resinofas materias, & gummata in oleo dissolubilia, postquam in eo soluta fuerint colantur, & iuxta refrigerationem miscentur pulveres, si in eo ingrediantur, semper agitando ad refrigerationem vsque, ne pulveres se elevent in glebas, aut subsideant. Si gummata in dissolubilia in oleo vnguentum recipit postquam soluta fuerint in aceto, vel alio liquore, colataque, sunt inspissanda igne lenato ad vnguenti consistentiam, & adhuc calentibus superaffunditur eis paulatim, & semper agitando vnguentum ad-

huc calens, cabendo ne gummata superaffundantur, & hoc etiam in emplastris seruetur, vt fiat exacta mixtio: si olea distillata, seu pulveres ex gummatis vnguentum recipit, addenda sunt propè refrigerationem. Alia vnguenta parantur absque cera, vt vnguentum Lithargyrij: alia habent pro materia axungiam, vt vnguentum Populeon, Rosatum, &c. alia mel vt vnguentum Ægyptiacum.

M. Vnguenta vbi asservantur, & quandiu asservari possunt?

D. Vasis vitreis, seu vitreatis partim que stanneis, & asservantur per annum, & ultra.

M. *Linimentum* quid?

D. Est medicamentum topicum pingue dicatum illinitioni corporis, oleo crassius, vnguento liquidius.

M. *Linimentum* quomodo paratur?

D. Accipiendo partem vnā ceræ, & partes octo olei, seruantur & que in reliquis regulam vngenti.

M. *Emplastrum* quid?

D. Est medicamentum topicum durius aliquantulum ceratis, & vnguentis, eisdem rebus paratum.

M. *Emplastrum* quomodo paratur?

D. Si emplastrum paretur ex oleaginosa materia, & calce plumbi, vt lithargyrio, cerussa, seu minio, pro vnaquaque libra lithargyrij sumitur libra vna, & semis olei: si ex cerussa, aut minio accipiuntur partes æquales olei, & cerussa, seu minij, & simul coquantur igne lento, continenter spatula agitando, vsque non adhæreant digitis, humiditatem inter coquendum addendo, si humiditas in emplastro ingrediatur, (sed extra ignem) & tunc coquantur ad humiditatis consumptionem, & consistentiam dictam, addendo iuxta finem ceram, resinas, & alia huiusmodi si in eo ingrediuntur, post pulveres, imponendo pro vnaquaque libra emplastri uncias tres pulverum, nisi plus, vel minus assignentur, & iuxta refrigerationem miscentur olea distillata, & mercurium extinctum cum axungia, vel terebinthina, vt in emplastro de ranis: mox malaxatur manibus, & formatur in magdaleones, & asservatur ad usum.

M. Gummata, ac Resinæ quos liquores amant?

D. Euphorbium, Mastiche, Thus, Pix, Assa, Resina pini, Ladanum, Colophonia, Terebinthina, Galbanum, Benzoin, Anime, Opopanax, Tacamahaca, Gummi Elemi, Caranna, Cam-

Camphora, Sagapenum, Styrax, Balsamum Album, & Mai-
riæ oleum amant, non aquam.

Lacca, Tragacanthum, Gummi Arabicum, & Sarcocolla,
aquam amant, non oleum.

Bdellium, Ammoniacum, & Myrrha promptius quam in oleo,
aut aqua solvuntur in aqueis liquoribus, vt sunt acetum, vi-
num, & succus, quibus etiam addi possunt Galbanum, Eu-
phorbium, Opopanax, & Sarcocolla, quæ Gummata, seu
Gummi-resina dicuntur. Sanguis Draconis dissolvitur in
spiritu vini.

M. Ceratum quid?

D. Ceratum, seu Cerotum à cera sic dictum est medicamen-
tum topicum inter emplastrum, & vnguentum consisten-
tiæ mediæ olim, sed hodierna die non discernitur ab em-
plastris.

M. Cataplasma quid?

D. Est medicamentum topicum, pulvis consistentiam ha-
bens.

M. Cataplasma quomodo paratur?

D. Vel paratur ex herbis viridibus contusis, aut earum succis,
alijs vè liquoribus convenientibus, quibus reliqua admiscen-
tur, vt fiat instar pulviculæ: vel coquatur res cum liquore
conveniente ad mollitiem, vt herbæ, radices, fructus, &c.
mox conquatuntur, & extrahitur pulpa per setaceum, hinc
admiscentur reliqua, vt fiat cataplasma.

M. Clyster quid?

D. Est medicamentum liquidum, quod ano, vel vtero per si-
phonem intruditur. Apellatur etiam generaliter *Clyster*,
Enema, *Ablutio*, & *Iniectio*, sed in specie *Clyster*, seu *Ene-
ma* tantum per anum, vel vterum intruditur: *Ablutio* au-
tem, seu *Iniectio* est illud omne remedium liquidum, quod
per syringam in quascumque partes internas immittitur, vt
in aures, guttur, vesicæ viam, vulnera, vlcera, &c.

M. Clyster quomodo paratur?

D. Accipiendo liquores medicamentosos, sive sint decocta,
sive succi, lac, aqua, &c. quibus sæpius addi solent electua-
ria, syrupi, mel, sal, oleum, &c. Nonnunquam etiam paratur
ex solis oleosis, vel ex pluribus dictorum simul mixtis iuxta
Medici præscriptum.

M. Suppositorium quid?

D. Est medicamentum solidum pyramidale ad intrasionem in anum destinatum, *Glandes* etiam dictum.

M. Suppositorium quomodo paratur?

D. Accipiendo mellis vnciam vnam, & lento igne in exiguo cacabo ad duritiem iustam coquendo, itaut digitis tractari possit, deinde additur drachma vna specierum, seu salis gemmæ, vel communis, vel ammoniaci, & agitur materia, ex qua in asserem iniecta figurantur glandes indicis; aut digiti pyramidalis modo, filo apenso, ne intus permaneant plus, quam decet: dum autem glandes subijciuntur oleo, butyro, aut alia pinguedine illitas esse oportet, vt minori molestia indantur.

M. *Pessi* quid?

D. Sunt medicamenta figurâ similia suppositorijs, nisi quod longiora, & crassiora, ex rebus vterinis, quia vteri collo intrudenda, eodem modo figurata. Græcè *Pessarum*, & *Nasalia* apellantur.

CAPUT IV.

DE ALIQUORUM SIMPLICIUM *Electioibus.*

M. *Electio* quid?

D. Electio Medicamentorum est inquisitio debita; ac perfecta, certis, ac veris conditionibus confirmata, & eleganter ornata.

De Animalibus, eorumque partibus.

VIPERA, quasi *VIVIPERA*, quia vivum foetum parere dicitur, vel vi pariens dicta est: est species serpentis, serpentibus communibus venenosior, hyeme in scopulis sopita delitescens, vel & terra oblecta: longitudine est plerumque cubitali, interdum maiore: color supinæ partis ex flavo rubescens, in foeminis plerumque albicans. In medio dorso linea nigricans vtrinque dentata, seu catena macularum instar rotarum nigricantium à capite ad caudam extremam per totam longitudinem extenditur. In lateribus imis vtrinque

que linea è maculis parvis albicantibus composita; alia deinde è nigris maioribus, tandem tertia albicantibus. Venter squamis transversis longis nigris tegitur. Verum colores hi non sunt perpetui in omnibus viperis, quia inveniuntur, quæ lupinam partem totam nigricantem absque vllis diversi coloris maculis habeant: venter vt plurimum est niger. Cauda ultra excrementorum exitum ad quintam longitudinis partem non producit, verum brevi in acutissimum mucronem tenuatur. Præstant foemellæ, collectæ tempore verno, postquam aliquandiu à cavernis suis hybernis fuerint egressæ, victuque quadrantenus refectæ: iuvenulæ, (non effetæ, nec gravidæ) quæ ablatis partibus auferendis, diu adhuc moventur, quæque degunt locis aridis, & montanis: nota, quod foeminæ habent quatuor caninos dentes; masculi duos tantum.

Vires: Viperarum vsus massam sanguineam renovat, & quasi quoddam reiuvenescentiæ vitale balsamum inducit, vnde convenit in morbis malignis, ac venenatis, in elephantiasi, lepra, scabie contumaci, in sterilitatem mulierum, & infecundis viris, in strumis, & serophulis, in cachexia, & affectione hypochondriaca, lue venerea, aliisque morbis contumacissimis. Exiccantur abscessis capite, & cauda, detractisque exuvijs, & interaneis exemptis, corpora sic exiccata in aëre suspensa, sicco vè loco pulverantur. Dosis à ℥j. ad ℥j.

CASTOR, sive **CASTOREUM**, vel **CASTORIUM**: Fiber animal est amphibium aqua, ac terra ambiens, vivens piscibus, ac fructibus, corticibus vè arborum, inter cuius testiculos, & penem, vel anum statim sub cute inveniuntur tumores, seu crummæ vestitæ pellicula, seu membrana satis crassa, in cuius medio, seu cavitate reperitur liquor crassus veluti cerosus, odore gravis, & virus redolens, gustu acris, mordens, ac friabilis, naturalibus tunicis subtilioribus circumdatus: fugiendum portò nigrum, ac rancidum castorium, quod asservatur inter absynthij folias, & durat citra corruptionem ad septenium.

Vires: Calefacit in tertio gradu, siccatur in secundo, attenuat, aperit, flatum discutit, nervos, nervosasque partes, & caput roborat, spiritus animales torpidos excitat, venenis resistit, sternutationem eicit, anodynum est, menses promovet: hinc proficuum

ficuum est in lethargo, apoplexia, epilepsia, paralyfi, vertigine, artuum tremore, defluxionibus ad articulos, strangulatu uteri, dolore colico: idque usa tum interno, tum externo. Insuper tinnitus aurium, ac difficultatem audiendi corrigit, (auri inditum) dentiumque dolori succurrit. Dosis à gr. j. ad gr. v. & ultra.

MOSCHUS: Est sanguis apostematus certi animalis, vel excrementum, seu sanies inclusa vomicæ enatæ circa umbilicum; dum veneris œstro animal id percussitur: videlicet vomicæ huius dolorem dum sentit ad lapides, vel arborum truncos fricat, adeoque disrumpit, & saniem inibi contentam esfluere facit, lapidibusque alihætescere, hinc calore solis ulterius elaborata in Moschum odoris suavissimi facessit. Præfertur Moschus orientalis, quia animal moschiferum, *Gazella* dictum comedit spicam, aliasque res aromaticas. Eligatur minutis glevis, vel xylocaractæ, idest siliquarum granis consimilis, levis, & qui in humidum vas immixtus levior evadit, quam qui gravior, substantiam oleaginofam non nihil habens, odore suavissimus; & sapore amarus, & positus super linguam statim conturbans cerebrum.

Vires: *Calefacit in secundo gradu, siccatur in tertio, attenuatur, discit, cordialis est, & alexipharmacus, hinc, & cephalicus. Vfus præcipui sunt in omnibus affectibus cordis, palpitatione, (potus, ac illitus) spiritus nimirum vitales fovet, suscitatur, & recreatur. Dosis gr. jv. vel v.*

ZIBETHUM: Est animalis cuiusdam (quod ad caninam aut potius vulpinam proprius quam ad felinam figuram accedit) excrementum pingue, & unctuosum in certis à natura circa inguina ei concessis glandulosis folliculis collectum. Præfertur, quod butyri mollioris consistentiam habet, coloris subpallidi, odorem omnino tetrum spirare debet, cum alijs tamen permixtum eximiâ suavitate commendabilem. Insuper si papyro adfrictum sine corpore remanente totum sit solubile. Flavum, & nigrum reiiciendum est.

Vires: *Calidum, & humidum est, atque anodynum. Vfus crebri in dolore colico (inungitur umbilico) in dolore ventris infantum, in strangulatu uteri applicatur vulvæ, vel cavernulæ umbilici.*

SPERMA CETI: Est pinguedo è cerebro ceti igne lento colliquata, substantia squamosa, alba, tenera, mollis, quasi ex parvis raris fufuraceis squamis conflata, saporis pinguis, & piscosi. Eligatur candidum, pingue, recens, non rancidum, nec flavum, quia plus nocebit, quàm proderit.

Vires: *Humectat, resolvit, anodynum est, undè maximè eius usus est in colicà, suffocatione hypochondriacà, seu hysterica passione, torminibus infantum commendatur. Lac coagulatum dissolvit, sanguinis grummos resolvit, & in asthma, catarrho suffocativo nihil præstantius. Dosis in adultis à ℥ss. ad ʒj. infantibus à gr. jv. ad ℥ss.*

MUMIA: Communiter quatuor sunt Mumie species: prima Mumia Arabum, quæ est liquor concretus exudans è cadaveribus aloe, myrrha, balsamoque conditis: secunda Mumia Egyptiorum, quæ est liquamen ex cadaveribus Pisasphaltum conditis, quo cadavera vilioris sortis condiebantur: tertia Pisasphaltum factitium, idest mixtum pici bitumen: quarta cadavera sub arena solis æstu torrefacta in Hammoniorum regione. Aliam factitiam addit Crollius, sed apud nos non licet fieri quare illam non recitamus.

Inter tantas ergo mumiatarum varietates, coniecto mumiã, quam nobis venditant, esse illam ex quarta specie, quia corpora integra torrefacta, cum vestigijs vestitum, nostris mercatoribus trãsmittuntur: cum igitur tanta sit diversitas, & varietas, sine villo incommodo facile carere possumus mumiã in pharmacìa, pro qua satisfacere possunt sanguis hirci, oculi cancri, vel alia medicamenta balsamica, alexipharmaca, vulneraria, diaphoretica, & alexiteria.

VNICORNU, MONOCEROS: Est animal Æthiopicum equino mediocris ætatis simile, ferox, in cuius fronte cornu unicum rectum, grossum, nigrum, non concabum habet. Differt à cornu Rhinocerotis, seu *Abada*, in eo quod cornu *Abada* est non nihil recurbum, habetque *Abada* bina cornua.

Vires: *Commendatur adversus venena, contagiososque morbos, febresque malignas. Dosis à ℥ss. ad ʒss.*

VNICORNU MARINUM: Est cornu piscis *Narval* dicti, Balenæ speciei, longum, rectum, instar cochleæ torcularis contortum, album, & compactum, ponderosum, durum, intus

intus concavum, colore, & pondere eboris simile, nisi quod fibras subtiliores habet, & solidius, & gravius ferè est. Impropiè à nonnullis appellatur unicornu verum. Dicitur habere virtutes supradicti.

VNGULA, ET CORNU ALGIS: Alces, seu Magna bestia, vel Equicervus est cervi species, sed magnitudine cervo antecellit, colore, & auriculis asino assimilatur, magnitudine equis, cornua non ramosa sunt cervinorum ad instar, sed brevem initio truncum habent, mox in latum palmæ modo diffunduntur, mucronibus aliquot in ambitu, seu digitis extantibus. Vngula dignoscitur odore, quem gratum suffitu exhibet.

Vires: Cornu, & vngula specifica virtute celebrantur adversus epilepsiam. Dosis à ℞. ad ℥j.

MANDIBULA LUCIF: Lucius est piscis voracissimus, cuius palato natura duos dentium ordines infixit, quoniam in superiore maxilla nulli sunt: inferior maxilla dentibus acutissimis imparibus, & duplici, interdum triplici serie extantibus, in ore recurvis armatur, ut in carcharia.

Vires: Mandibula cum reliquis ossiculis capitis exiccant, abstergunt: hinc dantur in pleuritide ceu specificum: conferunt etiam in calculis, fluore albo mulierum, partu difficili. Dosis ad ℥ij.

EBUR: Dentes Elephantis Ebur dicti sunt.

Vires: Refrigerat, & siccatur moderatè, abstergit, incidit, viscera roborat, albas mulierum fluxiones sistit: ictero convenit, lumbricos fugat, diuturnis obstructionibus confert, stomachi dolores, & imbecillitatem abigit, epilepsie medetur, melancholiam arceat, putredini, ac venenis resistit. Dosis ad ℞.

Spodium Nostrum. Ebur vltum appellatur *Spodium nostrum*, quod accipimus pro *Spodio Arabum*; quod nihil aliud erat, quam radix cannæ combusta. Dicitur *Spodium Arabum* ad differentiam *Spodium Græcorum*, de quo vide infra.

Spodium Arabum.

CORNU CERVI: Commendatur collectum intra festivitates Virginis Mariæ, idest inter 15. Augusti, & 8. Septembris.

Vires: Crudum resistit putredini, malignitatem corrigit, sudo-

Rem cit, balsamum humanum corroborat: hinc usus eius proficiuus est in variolis, morbillis, febribus putridis, & malignis, alijs que morbis ubi sudore opus est. Vstum vi sua siccante putredini resistit, fluxus alvi sedat, vermes necat, sudores cit, medicina que infantibus familiarissima est. Dosis à ℥j. ad ℥j. & ultra.

OS GORDIS CERVI: Est arteriarum in basi cordis concursus, qui cum ætate, & imprimis turgescentiæ tempore durior fit, & in os degenerat.

Vires: Peculiariter cordi convenit, id que à malignitate tuetur, custodit partum, & prægnantibus mirè conducit. In eius defectu suplere potest cornu cervi crudum.

LAPIS BEZOAR ORIENTALIS: Reperitur in animali *Capricerva* dicto in India Orientali, & vicinis regionibus, Ægypto, Persia, & China: potissimum invenitur in ventriculo prædicti animalis, figura variante, scilicet ovali, rotunda, sessili, & intus cava, meditullio paleam, pilos, vel simile continente, superficie levi, & splendente: substantia è laminis instar cœparum sese invicem incumbentibus compacta: variante item colore, plerumque atrovirente, hinc dilutius vi-rente, pallescente cinericeo, fulvescente, melleo, &c. odore nullo: variante magnitudine, & pondere, plerisque scilicet infra iuglandis magnitudinem constitutis, nonnunquam, & paulo maioribus. Præstantissimus tamen inter ceteros habetur Persicus, quoniam in Persia contrayerva copiosè crescit, quam depascit capra montana, ex qua lapis eligendus est, & præcipuè qui è nigro virescit, & cuius pulvis subviridis est; deinde qui superiore crustà ablata inferiorem splendenter habet, ac in meditullio concavus est, aut arenulam lapidi substantiâ similem, &c. continet. Si calci vivæ madefactæ lapis adfricetur, indeque paulo post flavus color emergat, legitimum lapidem esse creditur, vt & si lapis chartæ, quæ cretâ confricata priùs fuerit, similiter adfricetur, & frictionis linea viridis appareat.

Vires: Corroborat, sudores cit, alexipharmacus est, ideoque utilis in vertigine, epilepsia, lipothymia, palpitatione cordis, ictero, colica, dysenteria, vermicatione, calculo, mensibus obstructis,

ti, partu difficili, melancholia. Præcipuè autem in peste, febribusque malignis, venenis assumptis. Quin, & extrinsecus adhiberi poterit in scrophulis apertis, cancro ulcerato, & similibus. Dosis à gr. iij. ad ℥℥.

LAPIS BEZOAR OCCIDENTALIS: Est lapis similiter genitus, vt de priori dictum, Orientalibus maior, & longè gravior, nec vt orientalis splendet, superficie scabra, colore cinericeo, albo, nigro, obscure vè virente, crustas etiam habet crassiores, & gypseas, qui fractus minutas quasdam strias artificioso naturæ opificio sese mutuo complectentes obtinet, cum è contra adulterinus, qui ex pasta quadam effectus est, radios eos haudquaquam contineat. Præferuntur, vt & Orientales, ex animalibus montanis exempti. Capræ Bezoardicæ tam Orientales, quam Occidentales non valdè dissimiles sunt capris Europæis, nisi quòd habeant erecta, & longiora cornua; ac quædam ex eis versicolore sint pelle, vt tigrides; pulchroque aspectu.

Vires: Iisdem viribus celebris est cum orientalibus, cuius tamen bonitati non parum cedit. Hinc utilis compertus est in affectibus cordis, venenis, febribus pestilentialibus, quartana, cuius symptomata mitigat, melancholia, morbis diuturnis, lumbicis, epilepsia, & similibus. Nec minus, & extrinsecus conuenit in vulneribus venenatis inspersus. Dosis à gr. vj. ad gr. xx.

LAPIS PORCINUS: Est lapis spongiosus in Hystricis vesicà feleà generatus, carnei, vel potius parenchymati hepatis haud absimilis coloris, saporis amarissimi, tactui lubricus saponis instar, occurrens, licet quasi squamatus, seu potius fo-
veolis quibusdam, instar vestigiorum à variolis relictorum præditus: adfertur ex India, & in specie ex Pam Regni Malacensis, vndè & *Lapis Malacensis* appellatur: rarissimus est. Hystris autem in cuius vesicà feleà Lapis prædictus invenitur, ob quam etiam apellatur *Lapis Hystricus*, seu *Hystricinus*, è quadrupedum genere animal est Indiæ orientalis, porci bimestris magnitudine, ore cuniculo haud ab simile, auribus hominem, pedibus anterioribus taxum, posterioribus verò vrsu æmulans; iubà in superiori capitis parte erectà superbiens, in reliquà verò corporis superficie spinas duorum, trium vè palmorum gerens, versicolores, & articulatim mox albicantes, mox fusco nigra
can-

Tantes, quas irà percitum cum rauco quodam murmure in ad-
versarium insurgens erigit, & tanquam sagitta projicit, canes,
& in sequentes feras insigniter vulnerando, adeò quidam, vt
leones etiam interficere dicatur.

Vires: Valet in febribus non tantum intermittentibus, sed &
malignis, cholera, colica, ictero, anxietatibus cordis, alijsque
symptomatibus funestis stipatis, variolis etiam, & morbillis.
Dosis gr. v. vel vj.

LAPIS IGUANUS: Est lapis Lapidis Bezoaris figuram,
& laminas æmulans, colore externo fusco, interno albo, fragi-
lis, levis, odoris, & saporis nullius. Reperitur in ventriculo La-
certi Indici, *Senembi*, & *Iguana* dicti: animal est amphibium la-
certi formà.

Vires: Commendatur ad nephriticos morbos, vt in urina re-
tentione, calculis è vesicà expelendis, & ad sanguinem purifi-
candum. Dosis à ℥j. ad ʒj.

MARGARITÆ, seu PERLÆ, VNIONES si
magnæ sint: Sunt lapides rotundi, preciosi, seu gemmæ, in con-
chis marinis ex humore illo, ex quo testa concharum concre-
cit, corti catim contextæ. Gemmæ dicuntur, non quia veræ
gemmæ sint sed quia communiter inter lapides preciosiores
anumerantur ob raritatem, pulchritudinem, soliditatem, pre-
tium, ac virtutem. Suntque orientales, & occidentales: Orien-
tales præferuntur, & præcipuè quæ in sinu Persico, & in India
ad Promontorium Commodria, & in Insulis Zeilan reperiun-
tur. Eligantur splendidiores, seu lucidissimæ, candidissimæ, le-
vissimæ, & non perforatæ. Occidentales, seu Europeæ, quæ
ignobiliore sunt, varijs in locis, vt in Scotia, Silesia, Bohemia,
Frisia, Dania, Norumbergia, locisque maritimis alijs inveniun-
tur, quæ nebulosæ, vt plurimum sunt, & sub flavæ.

Vires: Cordiale præbent nobilissimum, quo balsamus vitæ oppres-
sus, viresque exolutæ insigniter recreantur, ac confortantur, præ-
inde venenis, pesti, & putredini resistunt, animum exhilarant,
& huius rei gratia in tantum ascenderunt honorem, vt vel ago-
nizantium extrema recreatio communiter inde expectatur. Do-
sis à ℥ss. ad ʒss.

MATER PERLARUM: Species est concharum, à

Margaritis nomen ducentium, quæ inibi frequentius, quam in reliquis inveniuntur. Eligatur concha magna, alba, dura, ponderosa, splendida, intus concolor perlis, à cuticulis externis cinericeis, & squabris purgata.

Vires: *Exiccatur, abstergit, resolvit, sudorem cit, calculum atterit; in pleuritide, sanguineque purificando usus habet, vimque cordialem ei attribuunt. Dosis à ℥j. ad ℥ij.*

OCULI CANCRI improprie sic dicti: Sunt lapilli albi cantes, duri, scabri, ea parte, qua corpus cancri, seu gamma-rum tegunt compressi, & sinuati in ventriculo cancri reperiuntur.

Vires: *Vulneratis, & puerperis nihil est aptius remedium quam hi lapilli, dum illorum alkali in stomacho digestionum fonte, viteque archivo, aciditatem corrigit. Calculos renum, & vesicæ atterunt: dolores nephriticos sedant. Splenis apostemata, contusiones sanguinis concretiones, stranguriam, dysuriamque solvunt: expertissimi sunt in casu ab alto. In pleuritide etiam commendantur, & in febribus sanguinis fermentationem virtute sua præcipitatoria potenter sistunt: in animi passione ab illata iniuria valent. Dosis ad ℥j.*

Putamen, seu testa easdem cum oculis dictis vires obtinet.

ICHTYOCOLLA: Est gluten confectum, seu excoctum ex pisce eiusdem nominis, seu *Huso* dicto, in pelliculas quasi membranaceas ductum. Eligatur album, pellucidum, in odorum, saporis glutinosi. Piscis unde educitur frequens est in Danubio, & præcipue à Moscobitis Ichtyocola conficitur.

Vires: *Emollit, discutit, glutinat, ac propterea aliquas emplastrorum compositiones subingreditur.*

SERUM LACTIS: Eligendum est recenter paratum ex lacte iuvenum caprarum, & nigrarum, & boni pastus, & recenter foetatum, cuius extrahendi ratio talis est: ℞. Floris cinaræ aculeatæ, sive cardii sativi contusi ℥ij. aquæ tepidæ ℥ss. infunde per horas duas, hinc expressionem supra ℥xij. lactis caprini dulcis tepesacti affunde, & agita vas paulisper, & desine requiescere, & refrigerare: & ita apparet lac optimè coagulatum: deinde per pannum transcola sine expressione, & sub-

tantia

stantia butyrosa manet in panno, caseosa verò, & serosa recipitur in vas subiectum: hic liquor compositus ex duplici substantia, serosa scilicet, & caseosa igne exponitur ad duos fervores: tandem percolatur, & manet in panno substantia caseosa, in vase verò subiecto serosa, quæ accipitur quando in schedulis Serum Lactis, seu Aqua Lactis, vel Aqua Casei præscribitur.

Vires: Lavat, tenuat, sua nitrosa substantia: calidum, & siccum est gradu primo usque ad secundum, Authore Mesue, obstructa aperit, terget, & clementer, & sine morfu bilem flavam, & humores vstos purgat. Dosis ab ℥ij. ad ℔j.

MEL est succus roris Coelestis Apibus collectus Galeno teste. Eligendum est Mel flavum pellucidum, odore, & sapore iucundum, constantia neque crassum, ac concretum, neque dilutum nimis, omni ex parte unitum, seu continuum. Flavo succedit album, quod itidem modò reliqua bonitatis signa ne defuerint, non contemnendum. Mel, quod ex *Budia* nobis asportatur selectissimum est, quia illic abundanter crescunt rosmarinus, stoechas, sampsuchus, lavendula, hyssopus, thymus, & similes herbæ aromaticæ, ex quibus Apes Mel conficiunt. Omnibus porrò præfertur Mel virgineum dictam, idest, quod novellæ apes conficiunt, colore ex flavo albicans. Vitetur autem in mellis electione favus araneorum texturis refertus. Despumat, seu clarificatur affusa aqua pura per intervalla dum mel fervet, & tanta aqua est affundenda quovsque spuma, quæ semper est auferenda inter coquendum, candida appareat, & signum coctionis erit, quando gutta super vnguem, vel tabulam injecta non stenditur, tunc filtratur, & accipitur quoties mel simpliciter dicitur, pro alijs medicamentis parandis.

*Mellis
Despumatio, seu
Clarificatio.*

Vires: Calidum, ac siccum statuitur in gradu secundo, albicans tamen minus calidum censetur, nutrit, abstergit, aperit, pulmonibus convenit, urinam cit, tussi medetur, putredini resistit. Extrinsecus oculorum caliginem discutit, alijsque eorum affectibus succurrit.

De Vegetabilibus, eorumque partibus.

SACCHARUM: Est succus plantæ cuiusdam arundinæ

Sacchari
Clarifica-
tio.

ceæ, non solum in India, Sicilia, & alijs locis, sed etiam apud nos ortæ. Eius clarificatio talis est: Accipiuntur Sacchari, & aquæ puræ ana p. æq. & primum accipiuntur albumina ovorum, sumendo pro libris duabus sacchari albumen vnum ovi, & in vase idoneo virgula, vel cochleari agitantur cum exigua quantitate aquæ, vt in spumam reducantur; deinde additur aqua restitans, & iterum agitantur, & inmititur saccharum; coquitur, & despumatur: & si non satis purum appareat affunditur vicissim inter coquendum aqua in qua albumina aliorum ovorum agitata sunt, & signam coctionis erit quando gutta super vnguem, vel tabulam iniecta non stenditur, filtratur, & vitur ad Syrupos, vel alias compositiones parandas.

Vires: Calefacit, humectat, aperit, & discutit: prodest alvo, vesica, & renibus: inuat anhelantes, frangit lapillos renum, aptum est pectori, conducit cibos odore, expellit deffluxus capitis: vermes, & tineas creat in pueris: propter calorem in ventre convertitur in bilem: colicos dolores abigit.

MANNA: Est lachryma, seu liquor melleus vel sponte, vel per incisionem ex truncis fraxinum instillans: in nostris officinis primas damus Calabriensi, & præcipue granulata, quia est, quæ sponte instillat: secundas tenet, quæ per incisionem emanat in granis maioribus. Eligenda est candida, recens, anno non vetustior: ruffa enim, & fusca inveterata est. Manna Antiquorum nobis incognita est. Appellatur etiam Siracost, seu Xiracost, Mel roris, vel roscidum, Pinguetudo aëris, sive Mel aëream, seu Aëreo melt, & Terentiabm.

Vires: Temperata est, ad caliditatem reclinans, guttur, asperam arteriam, thoracemque leniens, album blandè movens, bilem, serosisque humores educens. Dosis infantibus à ℥ij. ad ℥j. adultis ab ℥ij. ad ℥jv. Preparatur, seu clarificatur modo sequenti: Accipitur albumen vnum ovi, & in cacabo agitur virgula, seu spatula lignea, & adduntur ℥viij. aquæ puræ, & iterum agitur, vt spuma inde fiat, & affunduntur Mannæ electæ ℥jv. crystalli tartari ℥ij. fervefit paulisper, & transcolatur per manicam hippocraticam aliquoties, & adduntur aquæ cinnamomi gt. viij. Aliquando loco aquæ sumitur decoctum, seu infusio, &c. iuxta Medici scopum, & appellatur Aqua Angelica.

Aqua An-
gelica.

MANNA: Hebraicè, idem est quod Latine *Quid est hoc?* Hebraei primum in deserto Manna cognoverunt, qua per quadraginta annos miraculosè pasti fuere: nec antea viderunt, propterea mirabantur dicentes: *Quid est hoc?* Quasi dicentes: res incognita nobis, *Quid est hoc?* & in proverbium ducentes admirationem ipsorum, in rei nomen converterunt.

CASSIAFISTULA: Est arbor procera instar juglandis, ferens siliquas, seu cannas eiusdem nominis, longas, rotundas, exterius lignosas, intus seminibus, ac medulla prægnantes. Eligantur siliquæ ponderosæ, recentes, plenæ, quæque minimè commotis intus seminibus resonent, splendentes, foris etiam, ac pulpa pingues. Appellatur etiam *Cassia Cathartica*, *Cassia Nigra*, & *Cassia Solutiva*.

Vires: Medulla, seu pulpa recenter extracta alvum lenit, clementerque sine torminibus faeces educit, caliditate, ac frigiditate temperata: potio eius grata est pleuriticis: in renum, ac vesicæ affectibus mirè prodest; in gonorrhæa etiam ex impura venere contracta, si ei misceatur pulvis terebinthina cocta. Dosis pulpa ad ℥ij. infantibus ad ℥ij.

TAMARINDI: Quasi Indi Dactyli sic dicti, ab Arabico Tamar, quod Dactylus est, non autem quod fructus palmæ arboris sint, sed quia analogiam cum dactylis habent. Arbor enim tamarindifera instar fraxini procera est, cuius fructus lignosis, & crassiusculis petiolis ramis appensi sunt, siliquæ oblongæ, crassæ, in glandulas tres, quatuor vè extuberantes, cortice crassio, exterius viridi, fragili, pulpa per maturitatem molli, & flavo, seu rubro fusca, ad corticem ex petiolo lignosis filamentis, sed raris in longum pertextæ, acidi saporis gratissimi, sub carne siliquæ in membranacea loculamenta in quibus semina distincti sunt quadrata, & plena, lupinorum æmula, cortice rubrofusco duro. Affertur ad nos tamarindi fructus contusus, ut benè compactus non admittat aërem exterium. Eligendi sunt recentes, nigro rufescentes, teneri, multis villis, seu filamentis intertexti, pingues, acidi, seu vinosi.

Vires: Refrigerant, & siccant in secundo gradu, humorum acrimoniam, & feruorem reprimunt, bilem, ac adustos humores blandè educunt, siti succurrunt. Dosis pulpa ab ℥j. ad ℥ij.

SCAMMONIUM : Est succus ex radice Scammonæ plantæ lacteo succo plenæ extractus, & inspissatus. Optimum Scammonium est quod ex Antiochia affertur, deinde Armenium: Europeum omnino pravum est. Probatum quod resinofum est cum splendore quodam subnigricans, præsertim si frangitur, gryseum verò si pulverifetur, citò liquefcens, fragile non valdè ponderosum, tactu linguæ lactescens, neque vehementer eam exuriens, nimirum hoc tithymali admisti argumentum est. Insuper si gummi permixtum est, & aqua, vel alio humore tangatur, minimè lactescit, & duritiem, & gravitatem acquirit, & in igne decrepitat: si autem mixtum sit resina, vel pice aliqua, minimè etiam humore tactum lactescit, sed in igne flagrat, & odorem resinæ, vel picis mittit. Servatur Scammonium Authore Mesue viginti annis: sed Serapio à triginta, vsque ad quadraginta acuitatem habere scripsit, cap. 303. lib. simp. dicens: & scias, quod scammonæ acuitas non mutatur, nec minuitur circa spatium triginta annorum, aut quadraginta.

Vires: Expurgat valdè humores biliosos, acres, serosos, adeoque creberrimi usus est, non modo per se, sed & cum alijs permixtum. Dosis à gr. v. ad ℥℥. & ultra. Sed cum magnæ sit acrimonia, intensaque caliditatis, & siccitatis, infensa malignitatis, mordacis flatulentia, & excessivæ attractionis, adeoque aptum natum quod intestina erodat, viscera, cor, hepar, &c. conturbet, ventriculorum flatibus mordacibus laceffat, vi sua calefactoria, ac exiccatoria hypercatharses introducat, correctione opus habet, de qua vide Lib. II. Cap. XVI.

Zabilla.

ALOE: Est succus amarissimus ex Arabia, & Ægypto ad nos asportatus pellibus involutus, ex planta ab Arabibus *Sebar* dicta, & est Sempervivum illud folio mucronato vulgò *Zabilla*. Genera eius sunt quatuor: scilicet pars purissima, lucida dicta, eo quod radijs solaribus objecta pellucida instar vitri appareat, quæ omnium est optima, sed nobis non asportatur. Secunda est *Succotrina*, idest quasi Succo-Citrina, vel à Socotra Insula, vbi copiosè crescit: huic succedit *Hepatica*, sic dicta, quia colorem hepatis refert: Hæc duo apud nos vñtatissima sunt, præcipuè Succotrina, quæ eligenda est nitida, idest pellucida, seu transparentis, odore aromatico, ad myrrham ferè accedente,

fa-

Sapore dulci in primo gustu declinans ad amaritudinem fugacem non diu morantem in lingua : adstringens, pondere levis, ad flavedinem inclinans, substantia compacta, in sole, vel calore mollescens, frige facta friabilis. Hepatica præcedente impurior est, colore è citrino rufescente, non pellucida, odore graviore, amarore intensiore, magisque adstringens. Ijs succedit impurissima, gravè olens *Caballina* dicta, quia caballis, seu equis exhiberi debet, non hominibus.

Vires : Vim præter purgantem obtinet, & exiccantem in gradu tertio, calefacientemque in gradu secundo : proritat hemorrhoides, & menses, roborat ventriculum, enecat, & expellit lumbricos, arcet putredinem, astringit, consolidat, extergit, adeoque vulneraria est insignis. Dosis à ℥b. ad ʒj. In tiliarum ulceribus, ac vulneribus simplicibus, non solum aloè est efficax, sed ipsa herba recens dissecta, & superimposita miraculosè operatur : item ipsius folia sub cineribus calidis posita per longum, & per medium dissecta strumas persanant.

GUMMI GOTTA : Est substantia gummosa, & resinosa indurata, aurei coloris, saporis acris, nauseosi, ex planta, quæ ut & aloë maxima copia in Cambodia regione Chinæ vicina crescit, vnde corrupto nomine *Gutta Gamba* audit, quæ *Gutta Cambodia* nominare debet. Seligatur minimè arenosa, pura, flavi coloris, liquore, aut salivâ humectata flavo colore insiciens. Appellatur etiam *Gutta Gamandra*, vel *Gemandra*, & *Gotta Gemeu*.

Vires : Expurgat per superiora, ac inferiora, præcipuè humores serosos, & aquosos, tum quoque omnem saburram vitiosorum humorum ex toto corpore educit : hinc usus eius creber est in hydrope, feбри, scabie, pruritu, & similibus. Corrigitur cum spiritu sulphuris, vel vitrioli, aceto distillato, &c. sed elegantior eius correctio est affundendo ei aceti distillati ad eminentiam trium, vel quatuor digitorum, insolandoque per dies octo, sicque extrahendo, & inspissando, purgat tutius scammonio. Dosis à gr. xij. ad gr. xx.

COLOCHYNTHIS : Est cucurbita quædam sylvestris, Arabicè *Handahal* dicta, vnde nomen Trochisci *Alandahal*;

qui ex ea conficiuntur: apud Perlas *Fel terra* dicitur, quia sua amaritudine reliquas stirpes inficit. Planta ex qua Colocynthis colligitur repit per terram cucurbitæ sativæ ritu, folijs amplis, lanuginosis, sarmentis longis humi serpentibus, floribus ex luteo palescentibus. Poma rotunda, & amarissima, cuius medulla, seu pulpa arida solum in usu est. Sunt duorum modorum, masculus scilicet, & foemina: masculus est super quem nascitur sicut lanugo, gravis, durus, asper, & niger, qui reprobatur. Eligenda est foemina, & præcipuè, quæ est grossa, & levis, & quantò levior melior: alba, & lenis, & matura, pulpofa, cuius pulpa sit laxa, lenis, & albissima, nata in terris laxis, arenosis, & liberis: quæ ab his notis recedit perniciofa est, & similiter quæ nascitur singularis in planta sua, & cum in tota regione non est nisi planta eius vna: & quæ nascitur in terris fortibus, & pulverulentis, aut iuxta loca reptilium, aut locis thermarum.

Vires: *Pituitam crassam, ac glutinosam ex profundioribus, & remotioribus partibus expurgat, ut ex cerebro, nervis, iuncturijs, pulmonibus, unde cum commodo exhibetur vertiginosis, bemicranicis, epilepticis, apoplecticis, scabie, lueque venerea afflictis. Præterea insignem menses movendi vim habet. Calida est, & sicca in tertio gradu, verum ob vehementiam, ac amaritudinem, & quia ventriculo, ac intestinis noxia est, rarissimè in substantia, & non nisi robustis, imò decenter correctâ exhibetur. Veneranda Antiquitas corrigebat illam cum permixtione cumini, tragacanthi, mastiches, bdellij, & similibus: verum Moderni hæc vera corrigentia non esse aiunt. Riberius Lib. I. praxeos, Cap. XV. colocynthidem corrigit infusione in urina, sic enim amaritudinem deponit, tum illius vehementia infringitur, ut ad ʒj. tutò exhiberi valeat, fitque excellens ad omnes capitis morbos à causa frigida oriundos remedium. Alij corrigunt spiritu rosis majalis: Alij spiritu mellis: Quidam potentius illius malignitatem corrigunt aceto cum arcano tartari imprægnato, quod optimum habetur corrigens colocynthidis. Hoffmannus mediante fermentatione cum succo cydoniorum mellius eam procedere posse statuit. Corrigitur etiam colocynthidis eleganter, parando ex ea extractum, vino albo cum sale ammoniaco acuato.*

TURPETUM, seu **TURBITH** : Est convulvuli lactiferi Indici, althææ foliò, modò cortex, modò radix oblonga, crassa, resinosa, foris ferruginea, intus albida, saporis sub acris, resinosi, & nauseabundi. Seligatur cortex radicis à medulla lignosa sequestrata, mediocriter ponderosa, subalbida, aut cineritia, recens, ac fractu facile, & non cariola.

Vires : Calefacit in 3. crassos, viscidos que humores, sive pituitosos fortiter, & à remotioribus partibus, juncturis que elicit, unde & diuturnis morbis maximè conducit. In primis proficuum eius usus est in arthritide, ventriculo pituita abundante, asthma, lue venerea, hydrope, elephantiasi, scabie, &c. Dosis à ℥℔. ad ʒj.

JALAPPA : Est radix convulvuli Americani Jalapitum dicti, exterius nigricans, interius rufescens, tessellatim incisa, rotunda, ex Insula Zaqualtimpan nobis asportata : gustu est non ingrato, & gummoso, & ob copiosam gummositatem si carbonibus, vel igni admoveatur flammam concipit. Eligatur gummosa, recens, & non cariola. Appellatur etiam *Gialappa*, *Celopa*, *lalapium*, vel *Galapo*, *Bryonia Indica*, *Mechoacanna Nigra*, *Rbabarbarum Nigrum*, & *Zaqualtimpan* ab ipsa Insula.

Vires : Expurgat validè humores noxios omnes, in primis autem serosos, idque citra molestiam. Dosis à ℥℔. ad ʒij. Vis eius purgatrix potissimum in resinosa sua substantia consistit, ideoque vel in substantia, vel in extracto, seu magisterio utere, quia in infusione cum liquore aquoso facta vires suas non communicat.

MECHOACANNA : Est radix Indica colore radicem bryoniæ æmulans, ex Provincia, seu Insula Mechoaca dicta Novæ Hispaniæ allata. Duplex habetur ratione loci : prima ex Mechoaca Insula affertur : altera verò ex continente circa Nicaragua nata, quæ priore longè præstantior est. Eligatur recens, intus albicans, exterius cortice cinereo vestita, insipida, & non cariola. Improbatur nigra, cariola, & valdè candida. Appellatur etiam *Mechoacan*, *Rbabarbarum album*, & *Rbabarbarum Indicum*.

Vires : Pituitosos, aquosos, & serosos humores ex toto corpore, ac in primis ex capite, ac nervoso genere, pectoreque blandè, ac

sine molestia educit. Vtilissimum itaque remedium est in cataractis, ac inde ortis affectibus: in hydropo, in omnibus arthriticis speciebus, lue venerea, & similibus. Quia tamen calida, & sicca est, in calidis constitutionibus eius usus ne sit continuus. Dosis à ʒʒ. ad ʒjv.

RHABARBARUM, seu **RHAVED**: Est radix Indica, magna, & crassa, funis vestigia præferens, ad exiccandam vsurpati. Eligenda est radix cortice exterius nigricante, derasa ad flavedinem declinante, sapore subamaricante, cum leni adstrictione; masticata ori offerens quasi particulas glutinosas, cum terreis confringibilibus remixtas: non lignosa, non cariosa, nec verminosa, sed ponderosa tamen, & minus compacta, & in qua etiam in contractis suis invenitur disgregatio ex rufo, & glauco, nucis moschatae instar, & quæ est crocæ tincturæ. Appellatur etiam *Rheum*, & *Rheubarbarum*. *Rheu*, sive *Rha*, idest radix, unde *Rheubarbarum*, sive *Rhabarbarum*, quasi radix barbara, *Rheuponticum*, sive *Rhaponticum*, quasi radix pontica, &c.

Rheu.
Rha.

Vires: Purgat benignè bilem flavam, pituitam que viscosam, ac tartaream in ventriculo, primaque regione stabulantem. Hepati specificè confert, adeo ut anima hepatis dicatur: icterum curat, & quia vim quoque astrictoriam obtinet, in omnibus morbis dissolutis, dysenteria, diarrhæaque, præ alijs commendatur. Dosis à ʒj. ad ʒij.

IPECACUANHA: Est radix nodosa, & quasi geniculata, ex India, seu America ex Peruviano Regno ad nos allata; *Hyppocanna*, & *Cagofanga* ab alijs dicta: nobis *Bexuquillo*; Lusitanis *Cipo de camaras*: Gallis *Becouguille* ou *Mine d'or*, seu auri minera vocatur. quum non alibi, quam propè auri mineras succrescat, quæ vltimum ipsi nomen tribuerunt, Alijs à regione *Radix Brasiliensis*, & ab effectu *Radix Dysenterica* audit. Tres annumerantur species, Nigra scilicet, Alba, & Flava; Nigra è Brasilia affertur, & est radix digiti ferè longitudinem adæquans, crassitie calami scriptorij, flexuosa, inæqualis, & quasi geniculata, plurimis, asperisque in superficie circulis, aut annulis exasperata, extus fusca, intus grylea, sapore subacri, & quodammodo amaro nauseoso, linguam masticata mucilage quadam quasi investiens, resinosa simul, & pinguis, unde

quoque durabilitas eius deducenda, siquidem resinosa diutius asservari possunt, quam salino-volatilia. Alba adfertur pariter ex Brasilia, & in eo differt à priori, quod radicibus, gaudeat albicantibus, ad radicem dictamni albi proximè accedentibus. Folia autem acetosæ folio rotundo similia sunt. Discrepat etiam intuitu figuræ, & superficiei externæ, siquidem gracilior est priori, nec tot zunulis gaudens, nec adeo amara. Flava ex Peru adfertur, cuius radices sunt intortæ, annulis quibusdam exasperatæ, & flavescentes, per quarum lōgitudinem nervus, seu fibra traieitur ipsis pallidior, hæcque fibra cortice circumdata est, fragili, amara, resinosa, & in qua virtus medicamentosa potissimum concentrata est: hæc præstat prioribus, prioribus viribus antecellit, quæ supra auri mineras reperitur, in apicibus montium, cum reliquæ binæ species in eorum radicibus, vallibus, pratis, aliisque locis succrescant. Eligatur recens, carnosa, compacta, nec fragilis, quæ cortice densiori, & crassiori prædita est, substantia gaudens resinosa, & quæ per medium sui tractum fibram, aut nervum transmittat, laporis acris, amari, & nauseosi.

Vires: Calida est, & acris, adstringens, emetica, cathartica, alexipharmaca: valet in febribus ardentibus, & malignis: contra alvi fluxus qualescumque compescendos, dyarrrheas, dysenteriam, deiectionesque sanguinolentas. Dosis ab ℥ij. ad ℥j.

AGARICUM, sive **AGARICUS**: Est fungus, sive ex crescentia trunci laricis, Agaricum ab Agaria, Sarmariæ regione dictum. Duo à Dioscoride eius proponuntur differentia, foemina scilicet, & mas. Eligatur quod foemina dicitur, idest candidissimum, leve, rarum, fungosum, primo gustatu dulce, mox amarum, & stypticum. Masculum improbatum, scilicet grave, nigricans, corrosivum, durum, & lignosum, seu quod in fragmentum ceu villos nervorum ostendit. Agaricum recens ab antiquo discernitur in eo, quod antiquum ut plurimum flavescit, & digito perforatum foramen permanet, recens verò si digito perforetur foramen iterum elevatur, ut in tumoribus oedematosis videtur.

Vires: Pituitam educit tenuem, aquosam, serosam, & viscosam totius corporis. Vrinam, ac menses cit, calidum est in primo gradu, siccum in secundo. Dosis à ℥j. ad ℥ij.

HERMODACTYLUS: Est radix rotunda, tuberosa, compressa,

pressa, albida, saporis subdulcis, farinacei, paulum viscosi, aut lenti, & odoris nullius. Seligatur Hermodactylus crassiusculus; recens, benè nutritus, ac probè siccatus, integer, & non verminosus: extus sub rubeus, intus albus.

Vires: Pituitam crassam, lentam, aliosque humores viscidos peculiariter à iuncturis, & cerebro efficaciter trahit, ob id articularum affectibus, chyragne, podagne, &c. conducit. Dosis à ʒb. ad ʒjß.

ASARUM: Est planta montana, cuius folia sunt angularia, sicut folia hederæ, perpetuò viret, nova folia vnà cum flosculis vere promit: melior pars plantæ est radix, & melior radix, quæ est grossa, & spissa, & cuius odor est subtilis, & sapor acutus cum stypticitate modica. Appellatur etiam *Asara*, *Asara baccaris*, seu *Baccatum*, *Nardus Sylvestre*, seu *Nardus Rusticorum*.

Vires: Pituitam grossam, bilemque utranque per vomitum, ac nonnunquam per secessum violenter expurgat: calefacit, & siccatur in tertio gradu, diureticum est, ac emmenagogum insigne: hepatis, lienem, vesicamque fellis aperit: hinc utile est in arthritide, hydropse, febribus, præcipuè tertiana, quartana, in ictero, &c. Dosis à ʒj. ad ʒij. Asarum autem crudum, vel cum vino coctum, aut cum spiritu vini extractum vomitum ciet, & alvum turbat: in aque autem ebullitione hoc virus recedit, & mutatur in deopilativum, diureticum, tardarumque febrium remedium.

SENNÆ: Est plantula filiquosa magnitudinem habens vnus cubiti, è regionibus orientalibus ad nos primum advecta, coluthæ, vt vesicariæ admodum similis, cuius folia ad liquiritiæ foliorum effigiem accedunt, sed acutiora, ex viridi in flavum declinantia; gustus non nihil viscosi, & amari, aliquantulum nauseabundus: siliquæ falcatae, compressæ nigricantes, semen continentes parvum, compressum, album, vel nigricans. Eligatur Senna viridis, probè siccata, integra, non nimium contrita, non maculosa, nec teredine atrita, vel stipitum nimia admixtione, aut etiam coluthæ folijs fraudata.

Vires: Adustos, ac serosos humores, & hinc flavam bilem, pituitamque ex capite, hepate, liene, & iuncturis usu continuato
sine

sine noxia sat benignè educit. Excitat tamen nonnumquam tormina, quia ex abundantia pituita vitrea, seu mucilaginis aeris evenire nonnulli volunt. Verum alij id crudiori, ac magis terrestri sennæ particula, forti expressione proleçta adscribunt. Corrigunt cum permistione aromatum, quia calida, ac sicca in primo gradu, sed correctio eius elegantior est cum permistione saliam alkalium, ut sunt: sal tartari, sal vegetalis, sal absynthij, & similes. Sennæ enim partes, quæ tantummodo expetuntur, sola infusione eliciuntur, decocto autem evanescent. Dosis in substantia à ℥ss. ad ℥iij. in infusione autem à ℥iij. ad ℥iij.

MYROBALANI: Sunt species prunorum peregrinorum, quarum quinque genera sunt: Citrini scilicet, Chebuli, Bellerici, Emblici, & Indi.

Citrini à colore sic dicti figuram olivæ repræsentant, striato cortice, colore citrino, declinantes ad viriditatem, ossa olivarum ossibus similia. Eligantur in pondere graves, densi, cortice spisso, & denso, ossè parvo. Appellantur etiam Myrobalani flavi, seu flavæ, Lutei, seu Luteæ, & Azafar. Nota, quod aliquando nominantur Myrobalani ab Authoribus sub genere masculino, & aliquando sub foeminino.

Chebuli omnium maximi sunt dactyllorum figuram æmulantes: eligantur grossiores, sub nigri, declinantes ad rubedinem, in pondere graves, citæ submersionis in aqua, cortice spisso. Appellantur etiam Myrobalani Quebolia, Quebuli, Cepula, Chepula, Maximi, Oblongi, & Angulosi.

Bellerici gallam, vel nucem moschatam æmulant figura, & colore: Eligantur grossi, spissi, ponderosi, & denso cortice. Appellantur etiam Myrobalani Rotundi, Bellerici, Bellerigi, Bellis legi, & Bellegu.

Emblici figurâ etiam rotundâ, sub nigricantes, angulosi, exossati, & concisi: Eligantur habentes frusta grossa, & densa graves, & qui minus crescunt in ossibus, & plus in carne.

Indi, seu *Nigri* nucleorum corni æmuli sunt, ossè carentes, & angulosi: Eligantur nigri, & contracti densitatem habentes substantiæ, grossi, graves, & carentes ossibus.

Bellerici, & Emblici nascuntur in Jabâ, in arboribus magnitudine prunis similibus, sed ut fructa, ita foliorum diversitate discrepantibus. Flava sorbi profert folia. Nigra, seu Inda folijs est

est salicis. Bellerica folijs lauri, sed pallidioribus, & sub cineritijis. Chebula folia habet persicis similia.

Insuper quando simpliciter Myrobalani petuntur de omnibus intelligitur: aliquando etiam tres Myrobalani absolutè ab Autoribus petuntur, & sunt: Citrini, Chebuli, & Indi.

Vires: *Citrini bili flava educenda apti sunt: Chebuli pituita, ac postea bili: Indi bili atra: Bellerici, ac Emblici item pituita.*
Dosis ab ℥ss. ad ℥j.

FOLIUM INDUM, seu **MALABATHRUM**: Est folium figuram foliorum arboris citri æmulans, tribus donatum nervis per eius longitudinem excurrentibus, colore ex pallido virefcens, odore, & sapore caryophyllorum aromaticorum. Eligantur folia recentia, viridiuscula, non nigra.

Vires: *Cephalicum est, carminativum, diureticum, alitum horis commendat.*

SPICA NARDI: Est radix Indica *Spica* dicta, at tamen est radix teste Galeno primo de antidotis, qui ait: Spicam Nardi appellamus, licet radix existat, à similitudine quam cum spicatis obtinet: idem asserunt Garzias ab Horta, Schroderus, & alij. Eligenda est recens, levis, longam comam habens, colore flava, ad purpureum vergens, aliquantulum redolens cyperum, sapore amaro, ac linguam ficcante, quæ diu in sua odoris gratia permanet, non cariota, nec pulverulenta. Appellatur etiam *Nardus*, seu *Nardus aromatica*, *Nardus Indica*, *Spica Inda*, & *Spica aromatica*.

Vires: *Calescit in primo gradu, siccatur in secundo, attenuatur, astringit, nephritica est, & stomachica. Vsus præcipuè in urina, ac mensibus ciendis, in ventriculi rossione, inflatione, ictero, &c. Extrinsecus in lixivijis cephalicis, balneis uterinis, &c. Præterea Riberius spica ℥j. in aqua plantaginis tanquam remedium frequenti usu expertum in hæmorrhagijs cohibendis adhibet, non solum enim specifica vi, sed etiam hepar roborando sanguinis fluxum sistit.*

SPICA BELTICA: Est radix crescens in Liguria, Carinthia, Styria, Alpibus, Tyrolis, &c. Eligenda est radix recens, nodosa, iucundi odoris, radiculis numerosis cum adnatis cohærens, non fragilis, & plena, colore citrino. Appellatur etiam

Nardus Celtica. Spica Romana, Nardus Romana, Spica Gallica, & Nardus Gallica.

Vires : Calefacit, & siccat, virium earundem est cum Spica Indica, sed imbecilliorum; maiore tamen cum utilitate adhibetur in urina cienda, ventriculo corroborando, flatibus discutendis. Extrinsecus adhibetur malagmatis, & unguentis calefacientibus.

SCHOENANTHUM : Est iunci species, ex cuius radice albicante, parva, lenta, dura, & lignosa, culmi rotundi, nodis longe ab invicem distantibus distincti, & in summo graciles assurgunt: folijs est excedentibus, triticeis, robustis, crassis, ad radicem latis convolutis, & squamatim interstitis, quæ in tenuem rotunditatem, mucronatam, firmamque desinunt, colore ad radicem albidiore, vel subflavo, prope verticem viridi, aut purpurascente, quæ culmos ut in arundine multis veluti tunicis arcè cingunt, quibus culmis flores spicatum hærent. Eligendus est rufus, recens, floribus refertus, tenuis rubentibus fragmentis, qui manibus confricando rosæ odorem emittunt, igneæ mordacitatis ad linguam: floribus, culmis, radicibus que est Medicis utendum. Appellatur etiam *fœnum Camelorum*, *Schoenos* Græcè, Latinè iuncus rotundus odoratus significat: *Anthos* Græcè, flos Latinè appellatur, vnde *Schoenanthum*, idest flos iunci rotundi odorati, licet per *Schoenanthum* totam plantam intelligamus.

Anthos.

Vires : Calefacit, subastringit, tenuium est partium, discutit, usus præcipuè in obstructis mulierum mensibus, hepate, liene, in ventriculi inflatione, vomitu, ac singultu, in urina difficultate, renum, vesicæ, ac uteri dolore. Extrinsecus corrigit fetorem oris, roborat caput, (lotione) discutit vulvæ tumorem, roborat ventriculum.

DICTAMNUS CRETICUS : Est planta Cretensis tenella caulibus irsutis, nonnihil purpurascens, folia ferens circinata folijs majoranæ majoribus similia, exterius purpurascens, squamatim incumbens, compacta, substantia tomentosa, seu golyphina vndique obducta, odoris validi, saporis acris, quorum è sinu promuntur flores purpurascens. Eligantur folia crassiora, villosiora, alba, aromatica, & saporis acris.

Viresi

Vires : Folia, & flores sunt uterina, alexipharmaca, diuretica, cardiaca, menses movent, obstructa aperiunt, partum que accelerant.

COSTUS ARABICUS : Est radix Indica per transversum in taleolas secta, crassitudine plerumque manum complet, foris fusco, intus candicante colore, cortice crasso, substantia rara, & levi. Eligenda est crassa, succulenta, non cariota, odore aromatica, colore candicans, & ferè buxco, sapore acris, & amaricans.

Vires : Stomachicus, hepaticus, uterinus, ac nephriticus est: convenit etiam in colica, obstructis mensibus, & urina, hydropi, & paralyfi.

Augustani eius loco substituunt Zedoariam, vel Angelicam: Aliquando etiam corticem arboris cuiusdam Indicæ cineritij coloris, admodum aromaticum, sapore ad costum verum accedentem, quem canelam albam, quia cinnamomi formam refert, vocant.

ZEDOARIA : Est radix zingiberis radicem, & saporem æmulans, ex India nobis alata, quæ *Zurumbetb* Serapionis, & Avicennæ dicitur. Eligatur odorata, albida, amara, ponderosa, & non cariota.

Vires : Calfacit, & siccat in secundo gradu, incidit, flatus discutit, alexipharmaca est. Valet etiam in dolore colico, doloreque ventriculi; animalium venenatorum morsibus opitulatur, lienteriam sistit, vomitiones reprimit, menses ciet, suffocationi uteri succurrit, alvi tinea quascunque enecat.

ZINGIBER : Est radix Indica arundinacea, inæqualis, modicè plana, pollicis crassitudine, ac minor, foris albicans, vel subfusca, carne alba friabili, tenera, per cuius longitudinem venæ nervosæ feruntur, gustu pipetis modo, fervida, odore aromatico.

Vires : Aperit, incidit, attenuat, ventriculo, thoraci, aliisque visceribus confert: appetitum prostratum excitat, putredini, ac malignitati humorum resistit.

CALAMUS AROMATICUS Veterum : Est planta Ægyptiaca caliculis tenuibus, geniculatis, foris pallidè flavescens

ſentibus, intus candidis, medullam fungoſam, leuem, ſimilem aranearum telis in ſe collapſis, & convolutis includentibus, ſaporis acris, ſuauiſſimè amaricantis, odoris ſuavis, aromatici, fragrantiffimi. Conſtat particulis ſalinis, volatilibus, oleoſis, cum paucis fixis. Quia rarò apud nos invenitur eius loco utimur radice acori veri.

ACORUS VERUS, ſeu **CALAMUS AROMATICUS OFFICINARUM**: Eſt radix iridi noſtrati non diſſimilis, nodoſa, rubicunda exterius, interiùs verò albicans, odorata, ſapore acris, & amara, tractu contumax.

Vires: Partium eſt tenuium, calfacit, & ſiccatur in principio terciij gradus, ſtomachicus eſt, attenuat, aperit, uſus precipuus eſt in obſtructionibus menſum, lienis, ac hepatis, in dolore colico.

GALANGA: Duæ eius ſunt ſpecies, maior ſcilicet, & minor. Maior eſt radix plantæ Indicæ *Langas* dictæ, tuberoloſa, pollicem craſſa, nodoſa, in ſuperficie circulis quaſi geniculis notata, flaveſcens, ſaporis acris, amaricantis, & odoris fragrantis. Minor verò eſt radix plantæ Indicæ *Legendi* dictæ, tuberoloſa, nodoſa, in ſuperficie circulis, quaſi geniculis notata, flaveſcens, minimi digiti craſſitie, ſaporis, & odoris fragrantioris Galanga maiori. Eligenda gravis, rubra, ſapore acerrimo linguam velicans, & odorata.

Vires: Stomachica eſt, cephalica, ac uterina: calfacit, & ſiccatur in tertio gradu, incidit, & aperit. Uſus eſt in cruditate, ac inſtatione ventriculi, vertigine, uteri obſtuctione, aliſſque totius corporis affectibus à frigiditate, ac flatulentia oriundis. Extrinſecus commendatur ad roborandum caput.

CONTRAYERVA: Eſt radix iridis, vel cyperi radicibus non diſſimilis, ex Provincia Pervana aſportata. Eligatur denſa, non carioſa, quæ aromaticum quiddam ſapit cum acrimonia coniunctum. Appellatur etiam *Radix Bezoardica*, *Radix Alexipharmaca*, *Radix contra venena*; & Bauhinus vocat *Cyperum longum* odorum Pervanum. Alia cœpit aſportari paucis abhinc annis ex Provincia Julimes, figuram pyri, ſeu cordis imitans, extus nigro-rubra, intus radici chinæ haud abſimilis, ſapore acuto, odorem aliquantulum rutæ emulans.

Vires: Calida eſt in ſecundo gradu, alexipharmaca, & ſudoriferas;

fera: præstantissimumque remedium adversus omne venenum cuiuscumque sit generis (excepto Mercurio sublimato) vomitione id reiiciens, aut per sudorem evacuans. E ventre etiam animalia pellit. *Quin*, & in peste felix eius usus compertus est, ut & morbillis nigris, & variolis. Dosis ad ʒj.

P E R B I R A B R A B A: Est arbuscula viticosa Indica, cuius radix *Peretra braba*, & *Butua* dicta radici thymelæ assimilatur, prælonga, crassa, retorrída, anullata, nodosa, colore externo nigricante, interno verò cineritio, sapore subdulce, declinante ad amaritudinem, cum mordacitate.

Vires: Diuretica est, & liphthontriptica, obid. hydropicis auxiliatur. Dosis à ʒss. ad ʒʒ.

V I P E R I N A V I R G I N I A N A: Est radix tenuis, fibrosa, candidior, plures ex vno capite dependentes fibrillas emittens, saporis incidentis, aromatici, sub amaricantis. Nascitur in Virginea, seu Nova Anglia, planta eius *Aristolochiæ* assimilatur. Eligenda est radix benè nutrita, acris, resinosa, aromatica, odorem lavendulæ æmulans. Apellatur etiam *Contra herba Virginiana*, & *Serpentaria Virginiana*.

Vires: Alexipharmaca est, diaphoretica, diuretica, & verminifuga: febribus malignis, & morsibus venenatis confert.

S A S S A F R A S: Est arbor prægrandis nascens in Florida, folio ficulneo, cortice ex fulvo nigricante, aliquantulum acris sapore, sed aromatico, odore fœniculum redolente. Melior pars eius est radix, & melior pars radicis est cortex.

Vires: Cortex calefacit, & siccat ad gradum tertium: lignum ad secundum: attenuat, aperit, discutit, sudores movet: usus præcipuè est in omni morborum genere, præsertim in obstructionibus tollendis, partibus internis roborandis, in sterilitate emendanda, & venerea lue curanda. Instar *Panacæ* in catarrhis habetur.

L I G N U M A L O E S , A G A L L O C H U M: Est lignum ab arbore quadam oleam repræsentante desumptum in varijs Indiæ Orientalis regionibus, Lignum Aloes dictum à quadam coloris similitudine, quam cum Aloe habet: *Xyloaloes* etiam appellatur, quod idem sonat, quod Lignum Aloes, nam

Xylon Græcè, Latinè dicitur *Lignum*, unde *Xyloaloes Lignum Aloes*, *Xylocassa Cassia Lignea*, &c. Eligendum est nigro-purpureum, solidum, compactum, ponderosum, ex venis cinerei coloris intersectum, suavem si fricetur odorem spirans, sub amarum, & quod accensum non adeo promptè flagrat, & resinosi humoris plurimum exudat, suavem, ac acidulum fumum præbens, bululasque post se relinquens, haud ita facilè disparsans: his adde haud postremum bonitatis signum, si aqua coniectum subsideat. Improbatur leve, cariosum, albicans, quod flammam statim concipit, vel fractum pulverem demittit. Distinguitur inter alia, ab *Aspalatho*, in eo quod hic ignem coniectus flammam facilius concipiat, in que cineres habeat; *Agallochum* autem resinæ instar prunis impositum, primò lique scat, ante quam comburatur, & præterea colore ad fuscèdinem magis inclinet.

Vires: Calefacit, & siccatur in secundo gradu, confortatibum est omnium viscerum, ac præcipuè cerebri, cordis, ac uteri: spiritus vitales, ac animales recreat: hinc medetur *lypothermia*; & amaritudine sua *lumbricos* necat. Externè creber eius usus est in *cucuphis*, & *epithematibus cordialibus*.

CINNAMOMUM: Est cortex arboris cuiusdam exoticæ eiusdem nominis, roseum, sive excinereo vinosum colorem ex solis calore contrahit, cui cortex detractatus exponitur: non probè idem paratus candicans, sive cinerei coloris fit; nimis verò ardoribus solis combustus niger. Probatur *cinnamomum subrubrum*, odoris fragrantissimi, saporis sub astringentis, & acris. Ita selectum dicitur *Darsenum*, & vulgò *Canela*.

Vires: Calefacit, & siccatur, aperit, discutit, menses movet; & partum accelerat; omnia viscera, spiritusque singulos recreat, coctionem inuat. Usus eius frequentissimus est in virium imbecillitate, *lypothermia*, capitis, ventriculi, & uteri affectibus frigidis.

CASSIA, CASSIA LIGNEA, CASSIA ODORATA, & XYLOCASSIA: Est cortex *cinnamomo* haud absimilis: difert tamen à *Cinnamomo* in eo quod *Cassia* plerunque crassior est, substantia durior, solidior, & compactior, colore rubicundior, gustu magis glutinoso, commanducataque nihil in ore lignosum relinquit, sed tota in viscositatem lique scit:

odore quidem, & sapore cinnamomum refert, vt & virtutè, ob quam in eius defectu suplere potest Cinnamomum.

SANTALUM LIGNUM: Tria sunt eius genera, scilicet Citrinum, Album, & Rubrum, & sunt Ligna exotica ex India ad nos transportata. Præstantissimum est Citrinum, quod eligi debet solidum, nodosum, ponderosum, magnam habens medullam, pectinibus rectis, colore ex pallido rufescente, aut verius flavescente, ac nonnihil in citrinum vergente; sapore amaricante cum acrimonia totum os implente; odore aromatico suavi ad caput vsque penetrante, ad rosarum odorem nonnihil vergente, quod intelligitur per Santalum absolutè, quod etiam appellatur *Santalum Flavum*, vel *Pallidum*, seu *Odoriferum*, & *Machazir*. Machazir, idest odoriferum, vndè Santalum Machazir, Santalum Citrinum, quod odoratius, & laudabilius est cæteris.

*Santalum
absolutè
quid.*

Santalum Album parum colore differt à citrino, eadem substantia, eadem textura, sed magis pallefcit, & odore, & sapore inferius.

Santalum Rubrum ponderosius, & durius est prædictis, colore intensius rubente quam lignum Brasiliium, vt ferè nigricat; odorem nullum evidenter spirat, sapore ferè fatuo, cum levi adstrictione: discernitur à ligno Brasilio in eo quod Lignum Brasiliium dulcescit, Santalum autem Rubrum non.

Vires: Refrigerant in tertio, (alij in secundo) siccant in secundo, aperiunt, hepatica sunt, ac cardiaca. Vfus præcipuè est in lypothimia, palpitatione cordis, obstructione hepatis, &c. Extrinsecus in catarrhis, cephalalgia, vomitu, hepatis intemperie calida. Santalum Rubrum magis refrigerat, ac astringit, quam reliqua.

LIGNUM NEPHRITICUM: Frutex est magnus, stipitem ferens enodem, crassum; materia Pyri est India Occidentali crescens, folijs ciceris, minoribus tamen, rutaceis vè, sed maioribus; flore luteo, elanguescente, parvo, & longiusculo composito in spicas.

Vires: In iecoris, ac lienis obstructionibus, renam vitij, urine difficultatibus convenit. Lignum concisum immititur in aqua pura, & in ea relinquatur donec aqua cœrulea appareat: atque

hoc

Hoc toties repetendo donec lignum nullam amplius tincturam reddit.

LIGNUM RHODINUM : Est Lignum Santalo Citrino non multum ab simile, colore flavo, odore rosam spirans. Debet seligi recens, crassum, quinimo tortuosum, coloris subflavi palefcentis, benè odorum. Dicitur Rhodium, ac Cyprium, quia arbor vnde educitur crescit præcipuè in Insulis Rhodo, & Cypro. Vix hodie in vfu est.

CHINACHINA : Est cortex ex arbore peruviana, in Regno Quitensi prope Lozam pullulanti, ceralo nostrati mediocri baud ab simili, sed latè suos ramulos expandit, folijs pruno, floribus balustijs similibus, qui vel albicantes, vel cœrulei vtut. in villos fructus desinant. Cortex autem non ab similibus corticis junioris quercus est, friabilis, colore cinnamomi, sapore amara paululum ingrato, cum stypticitate quadam, odorem spirans suavem, & non nihil mucidum, sed absque molestia. Apellatur etiam *Gentiana Indica, Loxa, Cortex Peruvianus, Pulvis Americanus, Pulvis Peruvianus, Pulvis Iesuiticus, Pulvis de Lugo, Kinkina, Chinacanna, Antiquarticum Peruvianum, Pulvis contra rigorem, Cortex Febrilis, & Palo de Calenturas.*

Vires : Calida est, & sicca, vim habet aperiendi, discutien- di, attenuandi, resolvendi, putredinem arcendi, & totum roborandi. Vfus est in debellandis febribus intermitentibus. Dosis à ʒʒ. ad ʒij.

FABA SANCTI IGNATIJ : Est fructus ex India Orientali allatus, figuram variam habens, mox ovalem, mox amygdaloidem, mox triangularem, pleumque tamen corculi gallinarum formà, & nucis moschatæ minoris magnitudine præditus : coloris spadicei, & ex atro-fulsci, extus striatus, intus verò corneus, & vngulis haud ab similibus, qui instar rasuram magis, quam pulverem converti possit; tenui, gryseique coloris pelliculà cinctus, quæ in aquâ facilè secedit: odoris grati, saporis gratè amari, absinthium, aut centaurium minus exactè æmulantis, gummosi tamen simul, & mucilaginosi. Apellatur vulgò *Pepita de Cobadonga.*

Vires : Faba hæc est stomachica, diaphoretica, bezoardica, carmi-



*Pulvis
Febrifu-
gus.*

nativa, & nervina. Curat cruditates stomachi, & epilepsiam. In iliaca, & colica si per horam infundantur fabæ gr. vj. in ℥j. aquæ menthæ cum salis absynthij momento, & propinetur pro dosi, repetendo omni hora mirificè prodest. Pulvis Febrifugus ex prædicta Faba paratur modo sequenti: ℞. Faba Sancti Ignatii ℞. Floris salis ammoniaci gr. v. sacchari perlarum parum, fiat pulvis pro 3. aut 4. dosibus. Dosis fabæ in substantia est à gr. iij. ad gr. x. in infusione autem à ℞j. ad ℞. quæ ultra ℥j. non extendenda, cum excessivè sumpta convulsiones, quas aliàs curat, cum periculo vita excitet.

NUX MOSCHATA: Est nucleus ovatus ex arbore Malopersico simili, exterius rugosus, cuius pulpa interior est venis flavis rubentibus varia, & aromatica. Duplici cortice vestitur, altero exteriori, & crassissimo, per maturitatem deiscente, ut in juglandibus: altero tenuiore, nucleum proximè instar reticuli ambiente, eoque primum coloris rubentis, postmodum flavescens, & hæc officinarum *Macis* est, quæ probatur odore suavi, sapore subacri, colore flavo. Appellatur etiam *Macis*, *Macer*, *Machir*, & *Talsafar*. Nux Moschata eligenda est recens, gravis, pinguis, & quæ acu puncta succum oleosum emittit. Appellatur etiam *Nux Myristica*, seu *Unguentaria*, *Nucifera*, & *Nux Aromatica*. *Myristica*, idest *Aromatica*, seu odorifera.

Vires: Nux calefacit, & siccatur, substringit, stomachica est, cephalica, & uterina: status discutit, coctionem iuvat, halitum oris commendat, foetum recreat, lypothimia, ac palpitationi cordis succurrit, vomitum sistit.

Macis eadem vires adscribuntur, quia tamen partium tenuiorum existit, ideo, & operando efficacior, & magis penetrans habetur. Dosis ad ℥j.

CARYOPHYLLUS AROMATICUS: Est fructus, seu si *maivis* flos ex arbore Indica lauri forma, & magnitudine, folijs etiam laurinis, sed angustioribus, multis prædita ramis, copioso flore, primum candido, deinde virescente, postremum rufescente, qui induratus, & nigrescens est *Caryophyllus*, quem *clavum* vocant, quod capitatus sit in modum clavi,

clavi. Eligendi sunt Caryophylli nigri, solidi, ponderosi, fragrantes, gustu acres, oleosamque substantiam premendo exhibentes.

Vires: *Cardiacum, cephalicum, ac stomachicum insigne exhibent: calefaciunt, & siccant in tertio gradu, discutiunt: hinc profunt in lypothymia, odontalgia, cruditate ventriculi, vertigine: arcent quoque morbos malignos, uterinos, &c.*

CUBBÆ: Sunt fructus, seu grana racematim coherentia sicut vva vitium, forma, & magnitudine piperis, pediculo longo stili instar donata, cortice fulco, rugoso, interdum que extenso, nucleo subiecto exiguo, rotundo, foris nigricante, intus albo: colliguntur ex Arbore Indica malo vulgari simili, folijs verò piperis, sed angustioribus. Eligantur maiores, recentes, ponderosæ, saporeque amaricante, acri, & aromatico præditæ, & non cariosæ. A multis habentur per legitimum *Carpestum*.

Vires: *Calefaciunt in secundo, siccant in tertio, attenuant, discutiunt, viscera omnia roborant, atque in primis caput; adeoque plurimis inserviunt compositionibus.*

PIPER: Tria sunt eius genera, Album scilicet, Nigrum, & Longum: Album, & Nigrum nascuntur in Malabar, aliisque Indiæ Orientalis Insulis, in arbusculis viticosis, quæ convulvuli adinstar in vicinas arbores sese convolvendo scandent, piperque racematim ferunt, cum tam exigua inter arbusculas has differentia, ut à nemine quàm ab incolis dignosci possint, quemadmodum vites nostras vvas albas, & nigras ferentes non dignoscimus nisi quando vvas habent maturas. Piper Longum nascitur in Bengala, in plantis superioribus dissimilibus, quod semini plantaginis immaturo assimilatur. Candidum præferitur non rugosum, candidum, non cariosum, & grave, quod etiam appellatur *Leucopiper*. Nigrum eligi debet recens, gravissimum, & plenum, quod etiam appellatur *Melanopiper*. Longum optimum est, quod dum frangitur solidum intus conspicitur, & compactum, gustu acerimo, linguamque mordens, quod etiam appellatur *Macropiper*,

Vires: *Omnia piperis genera adversus venenum valent. Longum præcipue dolore colico medetur, eò quòd calefaciat, & cras-*

*Leucopi-
per.
Melanopi-
per.
Macropi-
per.*

fos humores incidat. Album magis astringit, & stomachum confirmat. Nigrum ad condimenta utilius: insuper grana quinque vel sex piperis integra deglutita, quinque horis ante prandium, ructum acidum tollunt, & appetentiam collapsam excitant: observ. 37. Anonymi Riberio comm.

CARDAMOMUM: Est semen in India Orientali leguminum modo nascens; eius duæ sunt species: Minus scilicet, & Maius. Minus est semen fragrans in siliquis triangularijs contextum, colore flavo, quod tractu temporis colorem ex puniceo atrum contrahit. Cardamomum maius non differt à minore nisi in sola magnitudine, tam siliquarum, quam seminis. Siliquæ maioris digitalem aliquando longitudinem habent, & communiter sine siliquis adfertur. Eligitur utrumque angulosum, frangenti contumax, plenum, mundum non pulverulentum, acri sapore linguam vellicans, sub amarum, & caput odore tentans, reiectis granis rugosis, & exuccis. Melegueta, & Grana Paradisi à nonnullis dicitur, sed improprie, ut Garcias, & Cordus tenent. Cardamomum absolute intelligitur Cardamomum Minus.

Vires: Utrumque calefacit, & siccit, (maius in secundo gradu, minus in tertio) partes principes rescreat, attenuat, flatus discutit, coctionem iuvat, proin conducibilis eorum usus est in affectibus capitis, ventriculi, & in primis uteri.

ANACARDIUM: Est fructus (ex arbore nucifera Malabarica) compressus, aviculæ cordis figuræ, nigricans, splendens inter externum corticem, & alterum nucleum immediatè ambientem clauditur liquor glutinosus, seu meligo nigricans.

Vires: Cephalicum est, ac memoriam, & sensum exacuens.

SANTONICUM: Est semen parvum, oblongum, amarum, & odoratum ex planta Persica admodum fruticosa, caulibus ex ramis numerosis referta, semenque prædictum racematim prodeunte. Appellatur etiam *Semen Sanctum, Sementina, Asynthium Seripbium, Semen Cina, Semen contra vermes, Semen contra, & Semen Alexandria.*

Vires: Valet contra vermes, & contra morsus animalium venenatorum: putredini præterea resistit, & nervos corroborat, stomachicum sanè medicamentum est insigne. Dosis ad ℥j.

SESELI, seu **SESELEOS**: Est semen oblongum foeniculatum, striatum, sapore acri, apicibus rubentibus, ex ferula Masiliense foeniculo simili, sed folijs maioribus, latioribusque.

Vires: Est incisivum, discussivum, aperiens, cephalicum; venenis præterea resistit, epilepsia, ac convulsionibus.

Eius loco suplere potest *Siler Montanum*, *Ligusticum* dictum; cuius semen est magnum cum fimbria foliacea, striatum, oblongum, sapore acri, & sub amaro, veluti corticis aurantij, tamen ad cimini saporem accedente; caule est tenui, cubitali in alas brachiato, quæ umbellam albam, parvam, sustinent, folijs paucis in segmenta angusta, oblonga, peucedani instar, sed longè breviora divisis: radix magna, coma infimum caulem ornat, rugosa, digitali crassitudine, albida, odora, in altum descendens.

AMMEOS, **AMMI**: Est semen parvum eiusdem originis Sefeli, ex planta folijs anetho æmulis, in Alexandria crescens. Eligendum est semen parvum, non cariosum, amarum, odore aromatico, ad odorem origani accedente. Appellatur etiam *Guminum Ethiopicum*.

Vires: Incidit, aperit, discutit: convenit in dolore colico, & uterino, in mensibus, & urina obstructis, in inflatione ventriculi. *Dosis ad ʒj.*

COCCUM BAPHICŪ: Est fructus arboris, seu fruticis, qui *Ilex* inscribitur, vulgò *Coscoxa*, ramos, ac folia parva spinosa, & dentata habentis. Eligenda sunt grana rubicundo-nigra, integra, & vermiculum in se continentia. Appellatur etiam *Granum Infectorium*, *Granum Tinctorium*, & ab Arabibus *Chermes*, seu *Kermes*.

Vires: Cardiacum est, calefacit, & siccatur, adstringit, vapores terrosos discutit, spiritus vitales reficit, parturientibus subvenit, & vulneratis nervis medetur, morbillos erumpere facit. *Dosis ad ʒj.*

COCHENILIA, seu **COCINELLA**, vulgò *Cochinilla* dicitur esse granum efformatum ex animalculo vivente, seu insecto cimici non absimili, aut ipsum insectum multis in locis *Novæ Hispaniæ*, super *abore Tana* dicta. Est autem acina:

magnitudine, figuræ modo compressioris, modo triangularis; sed semper superficiæ inæqualis, ac asperæ; extus coloris argentei, intus verò rubri, saporis subacri, & subamari. Eligatur Cocinella ponderosa, crassa, benè nutrita, seu plena, pura, sicca, extus coloris argentei splendidi, intus rubra, itaut si eius granum dentibus fuerit contritum, saliva inde saturatè rubro colore inficiatur: reiicienda autem venit quæ rugosior, levior, & impura.

Vires: Cardiaca est, sudorifica, alexipharmaca, febrifuga, & antiepileptica, Dosis ad ℥ij.

THEB: Est herba Chinenſis, seu Japonensis, cuius folia sunt oblonga, acuminata, & in ambitu crenata: radix fibrosa, ac in minimas particulas dispersa: Chinenſis folia sunt ex nigro viridia, Japonensis verò folia colore dilutiore, ac sapore gratiore.

Vires: Sumitur eius infusio tepida sub mane ieiuno stomacho; cui tres potissimum enumerantur vires, quod caput levet, & seruet à somno grave, vapores que reprimat; ventriculū roborat; renes que calculo, & arenis purget. Dolorem capitis tollit, gravedinem, lippitudinem, distillationem, lassitudinem; infunditur ℥j. in aque ferventis ℥ij. & sumitur tepidè cum saccharo dulzorata.

CAFFE, seu COFFE: Est fructus baccis lauri similis, qui excorticatus nucleus eius dividitur in duas partes instar fabarum, ex arbore prægrandi in Arabia Felici nascenti collectus; cyonimo, sivè ceraso simili, *Bon*, seu *Ban* appellata, quæ etiam Caffè, seu Coffi nomen retinet. Melior nucleus est citrinus, levis, boni odoris: albus verò, & gravis est malus.

Vires: Ex his nucleis torrefactis, & pulveratis accipiuntur drachmæ duæ, vel tres, & infunduntur in libra una aque ferventis, liquorque inde tinctus sorbillatur calidè ieiuno stomacho cum paucillo sacchari, & utilis est in catarrhis, distillationibus pectus occupantibus, suppressione mensium, & urina, debilitate virium, ad ventriculū frigidum roborandum, coctionem que iuvandam: nec non contra flatum, debilitatem hepatis, hydropem, bilis abundantiam, sanguinis corruptionem, cordis, cerebrique debilitatem.

CROCUS : Est flammea stamina instar anthera ex flore purpureo plantæ bulbosæ sativæ. Eligatur recens, flexilis, boni coloris, paulum candidi gerens in capræolo, oblongus, non fragilis, & qui madefactus manus inficit, subacris : reprobatur qui situm redolet, aut cariem sentit, & qui enici floribus, aut carnis bibulæ salitæ villis, aut alijs adulteratus est.

Vires : Cordialis est, ac pulmonicus, uterinus, & hinc cæteris visceribus familiaris. Calefacit in secundo, siccatur in tertio, aperit, digerit, emollit. Usus eius frequens est in syncope, apoplexia, hysteriis affectibus, ictero, peste, & alijs venenosis morbis, in asthma. Dosis ad ℥j. Usus eius immodicus (scilicet ad ℥ij. vel ℥iij.) lethalis censetur. Extrinsecus collyrijs, & emplastris emollientibus adhibetur.

SARSA PARRILLA : Nomen accepit à similitudine, quam cum Smilace Aspera, (apud nos Zarza parrilla) habet, unde etiam Smilax Aspera appellatur, & à nonnullis Sarmatum Indicum. Triplex est, prima quæ ex Nova Hispania adfertur, quæ est candidior, ad pallorem tendens, & gracilior : secunda ex Provincia Honduras, quæ cinerea nigrior, & crassior, priorique melior est : tertia ex Provincia Quito, locis ubi Guaiacilana dicitur, quæ ex cinereo nigricat, maior, & crassior adhuc est cæteris. Eligenda est radix lignosa, prælonga, fibrosa, uniformis, coloris aliquid nigri, recens, non cariota, gravis, flexilis, nec fragilis.

Vires : Calefacit, moderatè siccatur, partium est tenuium, sudoriferæque. Usus præcipuè est in lue venerea, quam specificè curat : in catarrhis, atque inde natis affectibus, arthritide, &c.

CHINA RADIX : Est planta baccifera, Smilax Aspera Chinesis, Lampaton que dicta, cuius radix est crassa, tuberosa, nodosa, ponderosa, lignosa ; recens saporis est aliquantulum acris, & sub pinguis, sicca verò terrestris, ac leviter adstringentis, odoris nullius. Eligatur radix quæ exterius est colore rubente, aut subnigro, interius candicante, aut subrubente, & hæc, quò nigrior eo melior. Ex India Occidentali etiam adfertur, quæ colore est interius magis ruffo, nec una, nec altera sit cariota.

Vires: Calefacit leniter, siccatur in secundo gradu, subastringit, diaforetica est, discutiens, aperiens, hepatica; hinc convenit in cachaxia, hydrope, paralyfi, arthritide, cephalæa, ictero, lue venerea, tumoribus scirrholis, & œdematosis. Dosis à ʒj. ad ʒij.

GUAIACUM: Est arbor exotica, procera, juglandis, vel ilicis magnitudine ex Indiæ Occidentalis Insula Jamaica ad nos transportata, cuius cortex colore extrinsecus cinericeo; intrinsecus verò subrubro, non admodum densus, sed immodicè durus, crassitudinis semi digitalis. Lignum in extremis concolor buxo, internè verò nigricanti, & medullium eius est maximum, totumque adeo lignum splendida quadam donatum duritie. Eligatur lignum recens, ponderosum, gummosum, quod carboni impositum gummi profluit odore non suavi, & sapore non ingrato, amaro statim, cum acrimonia palatum, ac fauces compungens. Nula eius quantum vis minima pars in aqua fluitat, sed mergitur continuo, & subsidit. Appellatur etiam *Lignum Sanctum, & Lignum Indicum.*

Vires: Calefacit, & siccatur, sudorem, ac urinam largiter promovet, adeoque sanguinem mundificat, putredini resistit. Usus præcipuè in arthritide, hydrope, catarrhis, aliisque morbis à phlegmate, tartarea vè mucilagine, aut flatibus oriundis: peculiariter, ac specificè curat lue veneream.

CAMPHORA: Est Lachryma resinosa ex arbore procera exotica eiusdem nominis in India Orientali crescenti. Eligaturque colore est albicans, instar nivis quasi nitida, pura, & limpida unà, ut pelluceat, & transpareat cum splendore, quæ substantia est oleaginea, & velut crystallina, syncera, homogenea, consistentia frangibilis; quæ odore est penetrantissima, & subtilissima, adeoque aromatica: sapore, & contactu subtiliori examinata: quæ masticata lentorem cedentem offert, & acris est, piperis saporem gerens, cum aliquantulo amarore; quæ accensa vix extingibilis, nihilque cineris relinquens. Discutitur à supposita, quòd hæc calido pani triticeo (uti ex clibano extrahitur) dissecto imposita torreatur, vera autem liquecat.

Vires: Resistit putredini, ac venenis, unde frequens est eius usus in peste, morbisque malignis, febribus, &c. Suffocationi

oterine subvenit, scilicet Aqua Melissa in qua Camphora extincta aliquoties fuerit, propinata: vel in momento eam Camphorando, scilicet pro unaquaque uncia aqua melissæ, addendo guttas quatuor Spiritus Vini Camphorati, qui paratur solvendo unciam unam Camphoræ in uncijs octo spiritus vini, cuius dosis est ad ℥℥. ante paroxysmum tertianæ, diaphoreticum est insigne in febribus malignis: anodynum est egregium, odontalgiam sedat præter vires assignatas. Vfus externus Camphoræ crebrior est, potissimum in epithematibus, seu frontalibus refrigerantibus, & paregoricis, quibus commiscetur. In oleo amygdalino dulci soluta inflammationes cum indecibili dolore coniunctas confestim tollit, ex Tachenio.

*Aqua Melissa
Camphorata.
Spiritus
Vini Camphoratus.*

ANIMÆ GUMMI: Est resina pellucida ex albo citrinescens, in Nova Hispania, seu America ex arboribus quibusdam proceris incisus extillans, thuri similima, quo tamen maiora grana refert. Eligenda est albida, seu flavescens, granulata, oleosa, si frangatur citrina, fragrantissima, ac gratissimi saporis, carboni impoſita facile liqueſcens, & consumens. Ex Orientali India etiam affertur, quæ ab Occidentali differt in eo quod candidior, lucidiorque est, & ex magnis fragmentis transparentibus constat.

Vires: Calefacit in secundo gradu, humectat in primo: attenuat, resolvit, adstringit, discutit, cephalica est. Vfus præcipuus est externus in capitis, ac nervorum affectibus frigidis, dolorificis, catarrhosis, flatulentis: in affectibus articularum, paralysis, contractura, luxationibus, contusionibus, &c.

RESINA COPAL: Est resina duriuscula Pancopal etiam dicta, admodum candida, vel ex albo flavescens, pellucida, benè odorata, in massam redacta, ex India Occidentali, sive Nova Hispania asportata, ubi ex vulnerata arbore guttatim stillat.

Vires: Calefacit in secundo, humectat in primo, emollit, resolvit, usus præcipue est in affectibus cephalicis.

BENZOIN: Est resina stillans ex arbore virginiana magnitudinis proceræ, citri, vel limonij folia æmulans. Probatur Benzoin durum, compactum, translucens, albis unguibus, vel

globulis distinctum, unde & Amygdaloides dicitur; quod quasi amygdalas delibratas in se contineat, citrinescens, vel flavum, odore fragranti, nec heterogeneis alijs inquinatum. Adulteratur resina, thure, ac styrace simul mistis, alit odor in spurio hoc longe est dissimilis, & color maculis non est variegatus. Appellatur etiam *Assa Dulcis*, *Benzoinum*, *Belzoinum*, & *Benjui*.

Vires: Calefacit, & siccatur in secundo gradu, incidit, attenuat, pulmonicum est. *Vsus* precipue est intrinsecus in affectibus pulmonum catarrhosis, tussi, asthma. *Extrinsecus* in cerebro per sternutationem expurgando, in odontalgia, (masticando) in tuberculis, ac rubore faciei abstergendo. Ob suavem insuper halitum creberrime suffumigijs commiscetur. Si suffitus ex solo Benzoino paratur, tussis exiccatur.

STYRAX CALAMITA: Est lachryma arboris Malo Persicæ similis, in Syria, Sicilia, & Pamphilia crescens, ex qua arbore succus cuiusdam gummeus, resinotus, concretus, aridus, odoris suavissimi stillat, Styrax, seu Storax Calamita dictus, à cannarum calamis, in quibus olim apportabatur. Præfertur pinguis, lentus, fragmentis albicantibus rufescens, vel flavus, odore perseverante, qui dum mollescit melleum liquorem reddit. Improbatur fufurosus, niger, & inodorus.

Vires: Calefacit, exiccatur, emollit, concoquit, cephalicus est in primis, & nervinus: medetur tussi, catarrhis, raucedini, gravedini, vulvæ præclusæ, duritiæ vè laboranti, extra, & intra datus convenit: immiscetur cardiacis, & letificantibus, alvum leniter mollit, si cum terebinthina in forma catapotij assumatur. *Extrinsecus* suffitu capiti adhibetur.

De Styrace Liquida magna est inter Authores controversia; ideoque utendum est eius vice calamita, in compositionibus, præsertim internis.

LIQUIDAMBRA: Est resina oleaginosa suavissimi, ac fortissimi odoris, efluens ex arbore quadam procera, ac venusta, cuius folia hederaceis folijs similia sunt, in India Occidentali, seu Nova Hispania, Oocol, sive Ocololt ab Indis dicta. Estque partim siccior, partim liquidior: Liquidior pars vel seorsim collecta, vel expressione, à sicciore separata, vel

ex arboris ramis comminutis, & coctis pinguedinem innatantem colligunt, & sigillatim venditur, dicta eodem nomine Liquidambra, seu Liquidambar, Oleum vè de Ambra, ob odoris suavitatem.

Vires : Calefacit in secundo, humectat in primo, resolvit, obstructions expedit, emollit, maturat. *Vsus* præcipuè in utero obstructo, ac indurato, tumoribus duris, in suffitibus, & similibus.

BALSAMUM VERUM : Est liquor balsamicus, flavus; instar terebinthinæ, odoris fragrantissimi, saporis subamari, & acris, emanans ex virgulis incisis arbusculæ viticolæ, quæ excrevit ad altitudinem elhanne, seu ligusti, vel cytisi, folia paucissima gerens lentisci folijs similia, colore scilicet viridi-subalbido, perpetuoque virentia. Rarissimè ad nos transportatur, obquam eius vice supplere potest Balsamum Tolutanum; seu Peruvianum. Appellatur etiam Balsamum Syriacum, Balsamum Ægyptiacum, Balsamum de Mecha, Balsamelæum, & Opopobalsamum.

BALSAMUM DE TOLU, seu **TOLUTANUM** : Est liquor balsamicus coloris rubei ad aureum tendentis, mediæ inter liquidum, & densum consistentiæ, valdè glutinosus; & ubicunque reponatur firmiter inhærens, saporis dulcis, & grati, non nauseabundi (secus, ac reliqua balsama) odoris excellentissimi, limoniorum que fragrantiam, vel jasmini quodammodo referentis, præsertim si paucillum in vola manus fuerit fricatum. Advehitur ex continenti quadam Provincia, inter Carthaginem, & Nomen Dei sita, Tolu ab Indis appellata, ubi colligitur ex arboribus pino pumilæ similibus, ipsque tum domesticis, tum sylvestribus, quæ vulnerato cortice præstantissimum hunc liquorem fundunt.

Vires : Calefacit, ac siccatur, attenuat, resolvit, vulnerarium est, pectus expurgat. *Vsus* præcipuus est in asthma, phthisi, in ventriculi eruditate, & dolore. Extrinsecus doloribus à causa frigida quibuscunque, & in primis capitis, artbriticis, & nephritico: in defluxionibus ad oculos cobibendis, in paralyti, in ventriculi imbecillitate, dolore, inflatione, in hydropo, in lienis imbecillitate, in tumoribus quibuscunque, ac cedematibus, in

contractura: paretides insuper, seu scrophulas oecae curat. In primis autem celebratur in vulneribus consolidandis, defendendis, praesertim si ossa quoque sint contracta (quippe fragmenta expellit) in vulneribus articulorum, sectionibus nerborum, puncturis, contusionibus, &c. Dosis à gt. iij. ad gt. viij.

BALSAMUM INDICUM seu PERUVIANUM: Est liquor fragrantissimus, albidus, substantia compacta, & tenaci, sed calefactus sequaci, & ductili, saporis acriusculi, & aliquantulum amari, qui affertur ex America, seu Nova Hispania Indiae Occidentalis, ex arbore siliquosa, folio exiguo instar myrti, cortice cinereo, crasso, tenui membranà minati coloris exterius cooperto; ex hac arbore revirescente circa Februarium, & Martium Luna plena, læssio cortice distillat liquor, seu balsamum dictum. Paratur etiam per coctionem ramulorum, & foliorum, quod vilius est, ponderosum, mellæ consistentiæ, densum, lentoris resinacei, colore ex rufo ad nigredinem vergens: odor fragrantissimus styracis, ad benzoini suavitatem nonnihil accedens, sua fragrantia totum adeò conclave perfundit, diuque perseverat: sapor sub acris, linguam mordicans: dentibus attritum, nec illico separabile adhærescit. Flammam faciliè concipit igni admotum, suaviterque olentem similiter fumum spargit. Aquæ iniectum mox fundum petit in qua existens si vel statim digitis atteratur albescit, nec ideo lentorem deponit, sed instar resinæ digitis etiam magis quam dentibus adhæret.

Vires: Calefacit, & siccatur in secundo gradu, discutit, emollit, subastringit. Usus præcipuè est in asthma, phthisi, dolore nephritico, mensibus obstructis, ventriculi debilitate, ac dolore, hepate obstructo, utero squalido, atque inde ad concipiendum inepto, suffocatione ex utero, &c. Extrinsecus lenit dolores ex humoribus frigidis ortos: discutit humores aqueos, roborat caput, ac nervosas partes, contractionesque sanat, ventriculi status discutit, cruditates tollit, lienem durum emollit, nephriticum dolorem mitigat, urinam remorata promovet, arthriticis doloribus summè confert: in vulneribus, recentibus tum consolidando, tum noxia discutiendo proficuum est remedium, inveteratisque, nec non, & nervorum prædest contusionibus: febricitantibus confert.

Fert, spinam ante paroxysmum inuigendo, atque cum vino guttulas aliquot exhibendo, idque iteratis vicibus. Dosis à gr. iij. ad gr. viij.

BALSAMUM COPAYBA: Est liquor balsamicus ex arbore latis procera in densis nemoribus mediterraneis in Insula Meranhou nascente, cuius lignum rubrum, durumque est: ex eius trunco vulnerato vsque ad medullam instillat oleum, seu Balsamum limpidissimum, consistencia, & odore olei terebinthinæ distillati, sapore amaro, acri, terebinthinaceo, admodum penetranti, & in ore durabili: & quamquam videatur esse quædam terebinthinæ pelucidæ species, vrinam tamen odore violaceo minimè inficit, illam verò sapore manifestè amaro imbuat, eiusque, & feri sanguinis, & salivæ mu-riaticam faldedinem mirè delet. Appellatur etiam *Oleum de Copalyra.*

Vires: Consolidat, mundificat, sanatque vulnera precipuè nervorum, morsusque serpentum curat, fluxus ventris sistit, fluxionesque muliebres, & gonorrhæam: sanguini balsamicum characterem imprimit, illiusque cachexiæ scorbuticæ, rancidæ, & putredinali medetur. Valet (non tantum externè applicatum, sed & internè etiam exhibitum) ad ulcera sananda: ad paralytim, arthritidem, dorsi debilitatem, doloremque. Vrinam cit, renes, vrteres, & vesicam arenulis, mucco, aut pure obstructos, relaxatos, aut ulcerosos, mirificè detergit, firmat, & sanat. Dosis ad ℥j.

BALSAMUM, seu OLEUM MARIÆ: Est substantia terebinthinacea balsamica ex arbore Americana pini ad instar per incisionem extracta, colore viridiusculo, odore aromatico, sapore glutinoso non ingrato. Eligatur recens, purum, liquidiusculam consistentiam habens: durum autem, inodorum, & friabile improbat.

Vires: Stomachicum est insigne, anodynum, vulnerarium, & nervinum: usus eius est tam externus, quam internus: valet etiam ad pectoris affectus, obstructiones aperiendas, & interna viscera roboranda. Dosis a gr. iij. ad gr. viij.

MASTICHE: Est Gummi Resina ex albo citrina, pellucida;

granulata, benè odorata, ex Lentisco arbore exudans. Optima cenfetur quæ ex India Chio provenit, odorata, candida infar ceræ albæ, splendens, adulta, retorrída, friabilis, syncera, fridens: reprobatur nigra bitumini fimilis, viridis, livida, impura. Adulteratur thure, & refina pini, fed odore fraus ftatim depræhenditur.

Vires: Calefacit, & fccat in fecundo gradu, fubastringit, emollit, ventriculum roborat. Vfus præcipuè in vomitu, naufea, ac fluxu alvi compefcendo; obtundit, ac corrigit purgantium acrimoniam, reprimit exhalationes ventriculi, quæ caput aliàs ferire folent, (grana aliquod poft pafsum deglutita:) roborat caput, nervofumque genus: expuicioni fanguinis, ac tuffi medetur: oris halitum emendat, pituitam è cerebro elicit (mafican-do.) Extrinfecus vfus eius creberrimus eft in dentifricijs, emplaftris, ac cataplafmatibus ftomachicis.

THUS: Est Refina per incifionem ex arbufcula lentifco haud difimilis in Arabia Felici crefcenti guttatim infillans. Duplex in officinis habetur, Thus Mafculinum fcilicet, quod propriè Olibanum dicitur, feu Melax; & Fœmininum. Præfertur Mafculinum, ex arboribus montanis collectum, quod fuapte natura rotundum eft, gutturam formam referens, candidum intus, & pingue, & quod ex albo flavefcit. Fœmininum refinofum magis eft, ac molle, citò ardens, & flavum. Pulvis, qui ex collisione Thuris, dum in facculis vehitur colligitur, dicitur Manna Thuris, Furfur Thuris, & Farina Thuris.

Vires: Calefacit in fecundo, fccat in tertio, fubastringit. Vfus præcipuè eft intrinfecus ad varios capitis, & pectoris affectus, ut, ad alvi, uterique profluvia, ad tuffim (deglutitur vespert fruftatim), vomitum, fanguinisque excretionem, diarrhæam, dyfenteriamque mitigandam. Extrinfecus infervit fuffitibus pro capite roborando: catarrhos difcutit, cava ulcera carne replet, & ad cicatricem perducit: cruenta vulnèra, cephalica in primis glutinat: perniones (cum adipe fuillo, aut anferino) fanat: ulcera cacoethæa, tum fedis, tum reliquarum partium demulcet, (tritum cum lacte in linimentum:) oculorum rubedini, ac lippitudini medetur, (fcilicet aqua rofarum multiplici extinc-tione

ione thuris impregnata, lactique muliebri postmodum commixta pro collyrio liquido.) Verrucas incipientes, & impetigines abigit, (cum pice, & aceto impositum.)

GUMMI JUNIPERI : Est Gummi Mastiches modo, Vernix sicca dicta : ab Arabibus *Sandaraca*, seu *Sandarax*, quæ à Sandaracha Græcorum longè est diversa.

Vires : *Sanguinem undequaque fluentem sistit, ulcera putria curat, cruditates ventriculi emendat, diarrhæas antiquas sistit, lumbricos necat. Usus præcipui in nervorum affectibus, resolutione, frigiditate, contractura, &c. Convenit etiam in capitis affectibus à frigiditate subortis. Ex ligno Juniperino elicitur distillatione per descensum liquor oleaginosus, Miera vulgò dictus, cuius usus est in scabie, & ulceribus pecorum.*

GUMMI ELEMI : Est Resina, (non Gummi) odoratissima; quæ ex India Orientali ad nos affertur in massas cylindricas duorum palmorum circiter longitudine, involutas pulchro folio, è cuius nervo medio parallelæ obliquæ creberrimè in margines feruntur venæ, quod cannæ indicæ videtur esse. Substantiâ est ferè uniformi, ceræ flavæ colore, & consistentia simili, facitè flammam concipiens, color aliàs intensior, substantia resinacea : sub dentibus facillimè tentescit, de albaturque, sapore non ingrato, nonnihil acri, & sub amaro, odore ferè fœniculi. Eligatur ex citrino pallescens, perquam odora, pura, pellucida, & à pulverum admixtione aliena. Damnatur colore nigricans, & resinâ adulterata, sed fraus odore fit manifesta.

Vires : *Calefacit temperatè, emollit, digerit, resolvit, maturat, dolorem sedat, capitis, ac nervorum affectibus, eorundemque vulneribus, ac in primis calvaria vulnerata specificè confert, contusionibus articulorum prodest, fracturis que: menses, ac orinam cit.*

TACAMAHACA : Est Resina ex Nova Hispania allata, ex vulnerata arbore instar Populi procera, ad modum odorata, cuius fructus ruber est, pœoniæ semen æmulans. Resina autem colore accedit ad Galbanum, vnguibz est albis vti amoniacum, odorem, ac saporem gravem refert, cutique tenaciter adhærescit.

Vires: Calefacit in principio tertij gradus, siccatur in secundo, valida astrictionis particeps: digerit, resoluit, maturat, tumores emollit, dolores, ac flatus discutit: uterina in primis est, nervina, ac cephalica. *Vsus* precipue extrinsecus est. Prunis iniecta, naribus que admota mulieres uteri suffocatione laborantes, illico liberat. Umbilico modo emplastri imposta uterum suo loco retinet. Temporibus adhibita (cerati modo) defluxiones in oculos, aut alias facies partes revellit.

CARANNA, sive *CARAGNA*: Est Resina duriuscula, pinguis, & oleaginosa, ideoque tenax, sine multa aglutinatione, & coliquatione: colore tacamahacæ, sed splendidiore, liquidiore, & densiore, odore ipsius tacamahacæ, sed graviore. Adfertur ex Cartagine Indiæ Occidentalis, seu Novæ Hispaniæ Provincia, ubi ex vulnerata arbore magna eiusdem nominis colligitur, quæ stipites fulvos, leves, nitidos, & odoros habet: folia oleaginea, in crucis formam composita, orbicularia.

Vires: Calefacit, & siccatur in tertio gradu: viribus que potest iisdem quibus tacamahaca, qua tamen operando citior, & efficacior est, precipue in tumoribus, omnibusque doloribus, maxime iuncturarum: tumores inveteratos dissolvit, defluxiones frigidas, aut mixtas sistit, nervorum, ac cerebri dolores sedat, vulnera recentia, præsertim nervorum, & iuncturarum sola sanat: defluxiones in oculos, & alias partes reprimit (pene auribus, vel temporibus imposta)

MYRRHA: Est Gummi resinofum arboris nascentis in Arabia, & Æthiopia, Ægyptiacæ spinæ similis, quæ incisa in substratas segetes distillat, pars verò circa caudicem concrevit. Laudatur siabilis, levis, vnde quaque concolor minutis glebis, amara, acris, odorata, & quæ contracta venas vnguium modo candidas, & leves ostendit. Omnibus autem antefertur, quæ à loco vnde convehitur Trogloditica nuncupatur, colore pallens, seu sub viridis, splendens, ac mordax: inutilis est ponderosa, & coloris piceæ, scilicet nigra, hæc Myrrha Animea Amati.

Vires: Calefacit, & siccatur in secundo gradu, aperit, subastrin-

git, attenuat, maturat, discutit, putredini resistit. Vfus præcipuè est in uteri obstructione, foetu expellendo, in pulmonum, & intestinorum mucilagine, ac inde nata raucedine, tussi, & angina, pleuritide, colica, lumbricis: comescit diarrhæam, dysenteriam, febrium rigorem, præcipuè quartanæ arcet. Extrinsecus prodest in igne sacro, gangrena, tumoribus, vulneribus inveteratis, ac recentibus, in primis capitis, unde in emplastris stypticis usus creberrimus est. Masticata, ac subinde deglutita halitus foetorem emendat, coryzamque curat, &c. Dosis à ℥j. ad ʒj.

ASSAFOETIDA: Est succus Laseris, sive Sylphij in Imperio Persico, inter Latam, & Gamaron civitates crescentis: est que hæc planta duorum generum: prima sarmentosa ferè, ut salix aquatica; ex eius folijs, & stolonibus incisiss. Assafoetida per torcular exprimitur, quæ ut reliqui succi, sole indurata in consistentiam evadit, qualis est aloes. Secunda species longè fœcundior exillit, est que succus expressus è radicibus huius plantæ, quæ crassissimos raphanos, folia autem folia tihymali referunt. Eligenda est syncera, alij odorem ferè æmulans, viscida. Reprobatur adulterata, quæ permixta est farina, surfure, aut sagapeno. Appellatur etiam *Liquor Cyrenæicus*, & *Succus Cyrenæicus*.

Vires: Calefacit in tertio, incidit, aperit; usus internus præcipuus est in suffocatione uteri, peripneumonia, ac vulneribus: aliàs raro adhibetur. Extrinsecus in tumido liene, uteri suffocatione, panaritio, (cum albumine ovi, ac alio suscepta) Si quis epilepsiæ obnoxius senserit suffitum ex assafoetida, ac cornu caprino, paroxysmo astuto corripitur. Solvitur super prunis coquendo in aqua, aceto, aut vino. Dosis à ℥b. ad ʒj.

OPOPANAX, seu **OPOPANACUM**: Est succus gummosus ex radice Panacis Heraclei vulnerata emanans, potissimum ætate, ad usus plurimos commendabilis, ut vocabulum plantæ, ex qua distillat, inuit: Panax enim, unde Panacea, idest omnem curat motbum, vel omnibus medellam subministrat. Signa bonitatis sunt: color extus flavus, intus albus, aut subflavus,

vus, sapor valdè amarus, odor gravis, consistentia pinguis, facile in aqua solubilis, & dum solvitur ad lacteum liquorem proprius accedens. Improbatur niger, ac mollis. Planta ex qua emanat habet folia lata pastinacæ similia, verum magis ramosa, flores lutei, radix gummifera, seu succifera.

Vires: Calefacit in tertio gradu, siccatur in secundo, emollit, digerit, flatu discutit, purgat pituitam crassam, & lentam à partibus remotis, cerebro, nervis sensorijs, iuncturis, thorace, velle delapsa, opitulatur suffitu (os immisso) confert tussi antiquæ: potum cum aceto hora una ante accessionem febrilem arceat rigorem, maxime si idem opopanax cum succo apij, ac oleo anethino spina illinatur. Corrigitur cum admisione spicæ, & mastiches. Dosis à ℞j. ad ℞j.

SAGAPENUM: Est lachryma, seu gummi arboris cuiusdam foerulacæ eiusdem cum succo nominis, ex qua sauciata educitur. Optimum censetur syncerum, transiacidum, foris colore fulvo, vel ruffo, intus albo, gustu acre, odore grave, porrumque æmulans. Appellatur etiam *Sacoponium*, & communiter *Serapinum*.

Vires: Calefacit in tertio gradu, siccatur in secundo, attenuat, aperit, substantia est tenuis: tanta extrahendi ut pollere dicitur, ut quoque spicula ex carne eliciat: purgat lentos, & crassos, imò serosos humores, ex ventriculo, intestinis, utero, renibus, cerebro, nervis, iuncturis, & pectore: hinc prodest in hydropo, tussi inveterata, asthma, cephalalgia, spasmo, epilepsia, paralyti, tremore artuum, in obstructione, & tumore splenis, febribus intermitentibus, dolore colico, menses ciet, (sed foetum enecat) urinam movet. Extrinsecus convenit in pleurisi, aliisque tumoribus, ac doloribus mitigatione, ac resolutione opus habentibus. Fumus excitat epilepticos, hordeola ciliarum sanat. Præterea notat *Hoffmannus* vim obtinere peculiarem quasi magneticam, quia intestina dislocata in illiaca passione ex hernia in pristinum reducit locum, unde primum est ingrediens Emplastri eius Magnetis, quo in dictis ipse utitur affectibus. Dosis à ℞j. ad ℞j.

SARCOCOLLA: Est lachryma gummea in granulis, inanna, sive pollini thuris similis, colore subrufa, vel flava, sapore amara, dulcedinemque (glyzyrrhyzæ æmulam) post se relinquens. Profluit ex arbore quadam exotica spinosa, ac nodosa, eiusdem cum lachryma nominis, quæ tum spontè, tum sauciata, lachrymam illam profundit. Eligenda est recens, coloris ad pallorem vergentis, (vetusta enim rubeſcit,) saporis amari, substantiæ porosæ, viscosæ, glutinosæ, & quasi spumosæ, facilisque in aqua solutionis.

Vires: Calefacit, & siccatur in primo gradu, astringit, consolidat, glutinat, coquit, & maturat. *Vsus præcipui sunt in ulceribus extergendis, consolidandis, cicatrice obducendis, unde, & nomen adepta est. Mirificè prodest in oculorum fluxionibus, albugine, nubeculis, (nutrita) postea cum aqua rosarum mixta, cilijs imponitur, (addito si libet, tantillo sacchari) in hæmorrhagia narium (anacollematis immiscetur) sunt, qui propinant illam purgandi gratia crassos, & viscidos humores, ex partibus distis, egregiè ab articulis, pulmonibus illa retrahi scriptitant. Dosis ad ʒj.*

AMMONIACUM GUMMI: Stillat ex ferula quadam, quam ad differentiam aliarum, Ammoniaciferam vocant: Alij Metopion. Dicitur autem Ammoniacum ab Ammonis Oraculo, iuxta cuius delubrum colligitur. Eligendum est syncerum, instar thuris in grumos condensatum, minimè arenosum, purum, odore castorium utcumque æmulans, sapore amarum, digitis tractatum cum lentore mollescens, repentinoque ictu propter densitatem aridiorem in plurimas splendidas, nitentesque micæ dissiliens, exterius flavum, interius candidum.

Vires: Calefacit in secundo gradu, siccatur in primo, emollit, resolvoit, digerit, maturat, atrahit valdè, ut quoque spinas carni infixas eliciat; alvum movet, spleneticum est. *Vsus præcipuè est in doloribus arthritidis, in resolvenda mucilagine tartarea viscosa, crassa, ac contumaci pulmonum, mesenterij, & hinc in obstructionibus lienis, hepatis, uteri, in calculo. Extrinsecus in scirrhis, pannis, topiisque iuncturarum, in scrophulis, aliisque tumoribus durioribus resolvendis. Dosis à ʒb. ad ʒb.*

GALBANUM: Est Gummi resinofum ex ferula Syriaãa de-
fluens, quam Metopium vocant. Optimum cenfetur cartilae-
ginofum, fyncerum, ad fimilitudinem gummi ammoniaci, in
quo nonnihil ex iplis ferulis adhuc admittum eſt, gravis
odoris.

Vires: Calefacit in ſecundo gradu, & ſiccatur completè, emollit,
reſolvit, extrahit. Uſus principuus intrinſecus in menſibus, ac
partu pellendis, in tuſſi inveterata, ac aſthmate, adverſatur
toxicis. Extrinſecus prodeſt in partu, ac menſibus, ſuffocatione
uteri, vertigine, in furunculis, ac lentiginibus: quin, & glandi
impoſitum emplaſtri vice urinam provocare dicitur.

GUMMI ARABICUM: Est gummi naturæ proſus aqueæ ex
arbuſcula quadam manans, quam Dioſcorides *Acaciam* vocat.
Eligendum eſt vitri modo pellucidum, ſyncerum, in vermicu-
lorum ſpeciem contractum, candidum, vel ad flavedinem in-
clinans. Reprobatur ſordidum, resinofum, adulteratum, quod
adulteratur cum admixtione gummi cereſi, pruni, & ſimi-
lium, vel ex resinarum quarundam, quod cognofcitur ſolu-
tione in aqua, quia ſyncerum liquidiffimè, ac limpidiffimè ſol-
vitur, adulteratum non. Per Gummi ſimpliciter dictum, Ara-
bicum intelligitur.

*Gummi
ſimplici-
ter quid.*

Vires: Calefacit, & humectat in primo gradu, inſpiſſat, poros
cutis obſtruit, acrimoniam medicamentorum obtundit, aſperita-
ti aſperæ arteriæ, ac tuſſi confert, ocularibus medicamentis, ac
arteriacis commodiffimè adhibetur. Inſuper illius pulveris ꝓ-
quovis die ſumpta urina ardorem, non venereum tamen, neque
à calculo veſicæ ortum egregiè demulcet: ex Boyle.

TRAGACANTHUM: Est gummi glutinofum, candidum, aut
flavum, aut ex ruſſo pallescens, contortum in vermiculorum
formam tanquam violentiore preſſa per delius colum tranſmiſ-
ſum, ſapore ſubdulci, & ferè fatuo: exudat ex frutice Traga-
cantha, ſeu Spina hirci etiam appellata. Eligatur pellucidum,
album, ſubdulce, leve, ac ſyncerum, in granis plerumque,
fragmentis vè contortis.

Vires: Valet ad tuſſim inveteratam, ad fauces in aſperatas, ve-
tuſas voces, cateraſque diſtillationes, (cum melle inde fit linctus,
ſubditur vè lingua, vt liqueſcat;) contra renum dolorem, & ve-
ſicæ

Siccæ rosiones, in dysenteria. Extrinsecus ad dysuriam (in clysteribus), ad rubedinem, & acres distillationes oculorum, (soluitur in aqua rosarum, vel lacte) ad palpebrarum scabritiem. Dosis ad ʒj.

BDELLIUM: Est lachryma arboris cuiusdam spinosæ, nascentis in Arabia, India, & Media. Probatur gustu amarum, translucentum cum frangitur, pingue cum fricatur, odoratum, subamarum, facillè mollescens, syncerum. Reprobatur sordidum, in offis convolutum, quod Adrobalon nuncupatur.

Vires: Calefacit, & siccat, digerit, discutit, sudorem movet, usus præcipuè est in tussi, ac pulmonum apostemate, calculo atterendo, vrina cienda, mensibus immodicè fluentibus, ut in furore uterino sistendo, foetu expellendo. Extrinsecus discutit hernias, mollit durities, ac nervorum nodos, adeoque creberrimi usus est in Emplastris stypticis.

LACCA GUMMI: Est concretio bacilis pertinaciter circumscripta adhærens, myrrhæ rubræ similis, superficie rugosa, inæqualis, & veluti granula, pellucida, colore ruffo, flavo, aut ex rubro nigricante, intus cavernosa: sputum colore rubro tingens: prunis imposita bullat primò, levem odorem resinosum spirans, tandemque flammescit. Garzias ab Horto ait esse succum quendam à formicis alatis exuctum, in India Orientali, eumque in Laccam elaborari, (ut apes mel conficiunt) ramisque arborum induci, vnde postmodum cum ramis ad nos transportatur. Alij liquorem esse ab ipsamet arbore sponte exudantem, atque circa ramos concreescere volunt.

Vires: Calefacit, (alijs temperatè, alijs in secundo) attenuat, aperit, sanguinem purificat, sudorem cit, diuretica est. Usus præcipuè est in obstructionibus lienis, vesicæ fellis, hepatis, ac pulmonum, & hinc in hydrope, ictero, asthmate, apostemate pulmonum: in expellendis variolis, atque pestilenti contagio, in cievdis mensibus, &c.

SANGUIS DRACONIS: Est Lachryma, seu succus arboris cuiusdam, quæ vocatur *Ezquabuitl*, instar sanguinis exiccati concretus, ex novi orbis insula, cui nomen est *Portus Sanctus alatus*, vbi partim sponte, partim vulnere caudici illato profluit. Arboris illius fructus *cerasi* similes sunt, detracta pelle dra-

cunculum exactissimè referunt, unde, & nomen lachrymæ succo huic impositum est. Nonnunquam advehitur in forma granorum pyramidalium, qui Sanguis Draconis in lachryma dicitur: aliquando in panes, seu massas majores. Eligatur purus; omnis saporis, & odoris expers, qui contritus in pulverem; colorem eleganter rubentem præbet instar cinnabaris.

Vires: Refrigerat, exiccat, astringit, repellit. Vfus eius est præcipuus intrinsecus in exiccandis catarrhis, in hæmorrhagia sistenda, vulneribus glutinandis, dentibus laxis stabilendis.

EUPHORBIIUM: Est succus concretus acerrimus, ex fauciatâ Lybica ferula eiusdem nominis extractus, ab Euphorbio Lubæ Regis Mauritanix Medico nomen obtinens. Eligendum est purum, translucens, candidum, aut flavum, & acre: recens improbat, seu virium violentia susceptum.

Vires: Insignem quidem vim obtinet serum, ac aquas ex toto corpore purgandi, verum enim verò non sine violentia, quam præter substantiæ proprietatem malignam, & vi inflammandi exerit.

GUMMI HEDERÆ: Est lachryma, seu gummi ex saturo virore ferè nigrescens, vitro nitore, sed non pellucido, durâ; satis compactaque consistentiâ, non tamen vniformi, rubiginosis inter cursantibus micis: haud difficulter in pollinem redigitur, saporem imprimens siccum haud jucundum, cum levi quadam amaritudine salivam colore croceo tingens. Candelæ admotum clarâ, & pertinacem edit flammam. In vsu non est nisi in Vnguento de Althæa.

OPIUM: Est lachryma stillans ex capitibus papaveris, dum maturescunt, leviter incisus: est triplex, Album scilicet, quod affertur ex Cairo, fortè est Thebaicum: Nigrum, & durum ex Adem: & flavescens magis, & mollius ex Cambaia, & Decam. Præstantissimum habetur Cabaisanum, quod ponderosum, densum, inflammabile, & ardens (non atra tamen flamma) odore soporiferum, ac grave olens, sapore amarum, & acre, colore ad aloem accedens, cum frangitur splendore quodam nitens cum parvis granis diversi coloris, facillè solutum. Dignoscitur ab adulterato, quòd hoc si diluatur, liquorem croceo colore tingat ob Glaucium admistum, quanvis ex Hofmanno hic color certum non pariat iudicium. Meconium est

succus ex iisdem capitibus papaveris expressus.

Vires: Vim possidet spiritus commotos, inquietos, sediciososque compefendi, facultatique animali peculiari quadam proprietate, torporem iaducendi, unde somnus, sensibilitatis imminutio, &c. media sanè maximi solaminis in vigilijs, doloribusque intensis. Verum enim verò, nec, & suis incommodis opium caret, nimirum, praterquamquod excretionès urine, & fœcum supprimat, malignitatemque exercere aptum est: hæc videlicet livorem artuum, frigidosque sudores, respirationem parvam, ac difficilem, mentis alienationem, &c. inducit. Narcosi ab opio inducæta per acida occurritur: hæc enim figendo sales volatiles acres oleosos opij, eius virulentiam corrigunt: id fit, si acetum cum spongia naribus applicetur: vel præcipuè, si assumatur acetum calidum, in quo oculi cancri cum unicornu soluti sint. Vide Etmulorum in Schrodero dilucidato.

LADANUM: Est crassities ex Cisti folijs exudans, & in aqua tepida extracta, quæ aqua frigefacta, colligitur supernatans, manu ceu massa formabilis, inflammabilis, accensaque gratum odorem halans. Laudatur Ladanum odoratum, subviride, leve, facillè mollescens, pingue, resinofum, arenulatum, aliarumque sordium expers. Appellatur etiam *Consita*.

Vires: Calefacit, siccant, emollit, digerit, maturat, attenuat, aperit, orificia venarum reserat, inspissat. *Vsus* præcipuè est in capite humido, ac catarrho, in dysenteria, &c. *Extrinsicus* eius *usus* est in emplastris emollientibus, anodynis, tussim sedantibus, in alopecia, (in vino coctum, & inunctum) in odontalgia, in cardialgia, doloreque ventriculi, (cum modico bdellij faciunt pilulas dandas, n. j. vel ij. hora una ante pastum) in suffocatione uteri (introrsum adhibitum:) cicatrices curat.

Cistus appellatur etiam Ledon, & Barba hircina Latine: Græcè Cistos: apud nos *Xara*. Succus foliorum, & florum Barbæ hircinæ inspissatus appellatur Heuphistidos, vel Henfistides; eius vice suplere potest Hypocistis.

HYPOCISTIS: Est alij cisti species, vulgò *Estepa*, iusta cuius radices, germen, seu plantula, dum cistus floreat, ceu viscum

ex quetcu profilit, floris punici similitudine. Ex hac plantula cum floribus succulenta sit, exprimitur succus, qui in sole, vel lento igne cinerum exiccatur, ac reponitur, & appellatur Hypocistis, seu succus Hypocistidis. Apud nos abundantior est.

Vires: Refrigerat in tertio gradu, siccat, potentissimè astrin- git, condensat. Vfus præcipuè est in quibuscunque fluxionibus sistendis, diarrhæa, lienteria, dysenteria, profluvio, vomitu, &c. in excretionè sanguinis ex lapsis, casu vè orta. Extrinsecus roborat viscera humida, ventriculùm, hepar, &c.

TARTARUS: Est concretum acidum à musto. Præstantior ille est, qui coagulatus continuè dolij lateribus in longitudinem protensus adhæret, ponderosus, durus, non porosus, aut siccis fœcibus refertus, sed qui ab illa parte, qua vinum tangit plurimis apicibus instar adamantis acuminatus splendet. *Vires: Vide Crystallus Tartari.*

DE MINERALIBUS.

Lapides Preciosi.

CHRYSOLITHOS ab auto nomen habens, idem sonat, quod *Lapis Aureus*, cum revera aureo fulgeat colore. Nonnulli *Pyropon* appellant, & est *Topatius* Modernorum. Duo sunt ipsius genera: Orientalis, & Europæus, ille colore, & durtie Europæum superat, qui in Æthiopia invenitur. Arabicus turbidus interpolati fulgoris est, nubilo macularum refertus. Reperitur, & in Bohemia, & iugis Misimiacis, ac conterminis locis, splendidiore tamen ad candidum languido, fragilis, & mollis, vt poliri non possit. Eligatur auri purissimi colorem, parva viriditate permixtum, maioremque in suo genere durtiem, ac translucidam substantiam habens.

Vires: Nature solaris ex signatura indicatur, pro inde creditur timores nocturnos, ac melancholiam minuere, intellectum confortare, molestisque insomnijs adversari, (sinistro scilicet brachio alligatus, aut collo suspensus, auroque inclusus.) Alij commendant eius assumptionem ad morbum comittialem.

SAPPHYRUS: Est Gemma pellucida, & diaphana, coloris cœrulei, dura, omni carens rubedine. Suntque Sapphiri Orientales,

tales, & Occidentales: Orientales optimi ex Æthiopia, & India afferuntur, qui præ cæteris commendantur, qui apud Medos, & loca Bibliæ vicina reperiuntur, quæ hodie Syrtis Barbariæ existunt: omnium præstantissimi ex Pegu veniunt. Eligantur vivido, & serenissimi Cœli colore, & aureis punctis collucentes. Occidentales passim Goldbergæ, Loobergæ, Boleslaviæ, Hisbergæ in torrentibus, & ribulis inveniuntur. Magni, & pulcherrimi in prato minore Ileræ in Silesia, qui expositi sæpè pro orientalibus veniunt; præstantiores tamen sunt Orientales.

Vires: Est frigidus, & siccus, astringens, consolidans, alexipharmacus, cordialis, ophthalmicus. Valet ad omnia alvi profusiva, dysenteriam, fluxum hepaticum, hæmorrhoidum, sanguinisque reiectiones. Pesti, veneno, febribusque malignis adversatur. Cardiacos, ac melancholicos affectus quosvis lenit, & tollit.

RUBINUS à rubro colore sic dictus: Est Gemma diaphana, rutilans, rubensque, ac limam respuens, ad sanguinis colorem proprius accedens. *Carbunculus* etiam dicitur, quia carbonis instar accensi rutilat, & micat. Invisus ab igne permanet, adeo, ut illius color igne etiam augeatur. Præstantissimi Rubini in Insula Zeilam reperiuntur. Eligendi sunt, qui duriores sunt, & in tenebris emicant, ac scintillant, simplicissimamque substantiam habentes, ignemque minimè sentientes, & purpureum colorem in violacœum disinentem tenentes.

Vires: Tradunt Rubinum ebibitum venenis resistere, ac à peste præservare, tristitiam arcere, libidinem coercere, malas cogitationes, & terrentia somnia avertere, animum exhilarare, corpus incolume conservare.

GRANATUS à pomo granato nomen habens: Est Gemma dura, rubra, pellucida, similis Balautij coloris, rosacei, obscurior carbunculo. Sunt autem Granati alij Orientales, alij Occidentales: Orientales præstantiores sunt Europæis, ob tenuitatem, & perspicuitatem, quorum eligendi sunt, qui magis granis maturis malipunci visu assimulantur, nimisque densam habentes substantiam, tincturamque suam in igne non remittentes.

Vires: Exiccac, corroborat, cordis palpitationi medetur, melan-
lan.

lanchole resistit, & veneno: spuitionem sanguinis sistit, tartarum in corpore resolvit.

HYACINTHUS à similitudine sui nominis floris sic vocatus: Est Gemma pellucida ex flavedine rubicunda ignis flammam æmulans. Sunt Hyacynthi alij Orientales, alij Occidentales: Orientales inveniuntur in India, Arabia, & Æthiopia. Occidentales inveniuntur ad Isarum fluvium in confinibus Silesiæ, & Bohemiæ, sunt que Orientalibus ignobiliores. Eligatur Hyacynthus, qui colorem sanguinis admodum biliosi refert: post hic, qui rubedine croci flavescit. Qui verò ostendit succini colorem vilior est: & ex omnibus, qui albi pellucidi succini colorem referunt vilissimi habentur.

Vires; Vim habet cor roborandi, & à peste tuendi: singulare quoque est specificum contra spasimum, & contracturas.

SMARAGDUS: Est Gemma pellucida, & diaphana, omnium gemmarum fragilima: duplex est, Orientalis, & Occidentalis: Orientalis est præstantissima, quia durissima, & viriditate oculos vberrius fatiat, Eligatur, quæ virentissima, lucidissima, ac purissima, & quæ absque vlla mistione existit, suoque virore oculos constanter explet, ac fatiat, suoque virente fulgore semper irradiat, & maiorem duritiem inter suæ speciei lapides habet. Occidentalis licet viriditate exceller, tamen vt orientalis non ita radiat, & nubeculis, vt plurimum fœdatur.

Vires: Omnem alvi, sanguinisque fluxum, & præcipue dysenteriam ebibita sistit; venenatis item moribus, pesti, febribus pestilentialibus, & epilepsia medetur. Dosis à gr. vj. ad gr. x.

SARDIUS sic dictus ab Insula Sardinia vnde olim optimus adferebatur, alij *Corneolus*, vel potius *Carneolus*, quod carnis colorem imitetur: Est lapis semiperspicuus, & obscurus quasi nubecula, sanguine subcitrino, aut bilioso, vel loturæ carnis colore similis. Reperitur in Sardinia, Armenia, Persia, Germania, Insulis Feroensibus, ob quam eius genera in colore variantur, nam inveniuntur alij rubri, alij exigua sanguinis rubedine tincti, alij subflavescentes ex rubedine. Laudatissimus est, qui in Sardinia invenitur; hinc qui in Epyro, sed Babylo-nius cæteris præferatur. Indici, & Arabici etiam non contemnendi, vt nec Europæi. Ex omnibus provatur, qui in superfic-

cie

tie eius meratius rubeat: fœculentior improbatur. Appellatur etiam *Sarda*, & potest inservire pro *Sardonica*, & *Cornerina*, ex *Franco Alexandro*.

Vires: Pulvis ad omnem sanguinis fluxum propinatur. Dosis à gr. v. ad gr. x.

Lapides minus Preciosi.

LAPIS LAZULI, seu **CYANUS**: Est lapis cœruleus aureis flammulis exornatus, Armenio durior, in aureis fodinis effusus, ex Oriente, Asia, aut Africa avectus: Cyanus dictus, quia exornatus est florum Cyani colore. Eligatur saturato colore cœruleo corruscans maculas quasdam aureas stellarum modo radiantibus habens, tractu contumax, & ab igne invictus, qui in aureis fodinis orientalibus effoditur.

Vires: Viribus convenit cum Lapide Armeno, sed imbecillius eas exercet: purgandi facultate præditus est, præcipuè contra melancholicos omnes affectus, quartanam, apoplexiam, morbum comitialem, lienis vitia, aliosque complures, à melancholico succo originem ducentes. Dosis ad ʒj.

LAPIS ARMENUS: Est lapis maculis viridibus, cœruleis, & subnigris relucens, sicuti Lapidis Lazuli punctis aureis, ideoque non differunt inter se, nisi sola maturitate. Armenius dicitur, quia ex Armenia sit allatus; tamen iam in varijs Germaniæ locis reperitur, ut in Comitatu Tyrolensis, alijsque argenti fodinis, unde de Luna participat, sicuti Lazuli de Sole, quia hic in aureis fodinis crebrius invenitur; ob hanc ergo cum Lapide Cyaneo cum ratione originis, tum virium affinitate cognationem pro Lapide Armeno in Confectione *Diasenna Cyaneum Augustani* substituunt.

Vires: Desiccatur mediocriter, extergit cum levicula acrimonia, & levissima astringitione. Internè propinatus purgat sine noxa humorem melancholicum: hinc conducit in mania, melancholia, epilepsia, & similibus. Dosis ad ʒij.

CORALLIUM: Est lapidea, seu saxea concretio, in fruticis speciem sub aqua marina generata, ex succo lapidescibili, semine petroso specifico imprægnato: crescit in fundo maris, vel rupibus, faxis, petris, lateribus, ossibus, tabulis, ligneis, fer-

Coralliu
absolute
quid.

ramentis, & similibus. Variæ sunt Corallij ratione colorum differentia, aliud enim est Rubrum, aliud Nigrum, viride, sub flavum, Album, cinereum, fuscum, alio vè mixto colore ornatum. Cæteris omnibus præfertur Rubrum, quod masculi nomen obtinet, & hoc recipiendum est quoties simpliciter Corallium præscribitur sine coloris mentione. Palescens fœminæ nomen habet: huic succedit Album. Ex omnibus autem differentijs coralliorum, principales sunt duæ: Rubrum scilicet, & Album. Rubrum quanto magis rubicundum sit, præstantius. Album solidum est, & cavitatibus caret, corticeque.

Vires: Exiccac, refrigerat, astringit, cor præcipuè, deinde ventriculum, & iecur roborat, sanguinem purificat, ac proinde pesti, venenis, febribusque malignis adversatur, bilarem hominem efficit, sistit fluxus quoscumque alvi, uteri, penis; gonorrhœam, epilepsiam infantum præcævet, (si recens nato ante omnem cibum in lacte materno gr. x. exhibeantur.) Extrinsecus commendatur ad ulcera, quæ carne explet, ad cicatrices, quæ extenuat: ad oculos, quorum etiam lacrymas sistit, visumque recreat in collyrijs. Dosis à ℥j. ad ℥j.

CRYSTALLUS: Est lapis transparentis, aquam in glaciem congelatam omnino referens. Invenitur apud nos, etiam in Gallia, Scythia, Novvergia, Anglia, India Orientali, & Occidentali. Eligatur Crystallus purissima, pellucidissima, ac eximie intensa.

Vires: Facultatis est astrictoria, adeoque confert dysenteria, diarrhœæ, cæliacæ, cholera, fluxui uterino: præbet lactis abundantiam, atterit calculum totius corporis, hinc prodest, & podagricis. Dosis ad ℥j.

LAPIS LYNCIS: Est lapis teres, & oblongus, in apicem obtusum desinens, colore modo albicante, modo aureo, sagittæ extremitatem adamsim referens, quandoque concavus, lineas obtinens longitudine. *Lyncurius* quibusdam dicitur, quod ex yrina Lyncis ortum trahere fabulantur. *Belemnites* etiam à sagitta, cuius formam exactè refert dicitur. Alijs *Dactylus Idæus*, quod in monte Idæa reperitur, & digitum repræsentet.

Vires: Adhibetur ad calculos frangendos, non aliter, quam lapis

Judaicus. Curat vulnera. Putatur etiam ad pleuritidem (quia macronem habet) valere.

LAPIS JUDAICUS, ita dicitur, quia in Palestina, & terra Judeorum reperitur: Variarum est figurarum, vnde diversam obtinuit nomina, & ex omnibus eius generibus duo sunt in usu: Unum quod nuclei olivæ formam repræsentat, strialque, & sulcos habet à radice in apicem excurrentes, *Pyrenes* appellatum: aliud, quod instar glandis, & balanis est *Phœnicites* dictum; hæc duo genera nascuntur etiam apud nos.

Vires: Medetur difficultati urinæ; calculos vesicæ, præcipuèque venum rumpit, tritus, & exhibitus. Dosis ad ʒʒ.

LAPIS NEPHRITICUS, sic dictus, quia in doloribus nephriticis eximie proficuum est: Est lapis, qui ut plurimum viridis est, polituræ acutaturæ incapax, & semper quasi pinguedine quadam obductus, & oleosus, maculis, seu nubeculis quibusdam obscurioribus tinctus. Coloris gradibus variat, quidam ex viriditate nigrescit, quidam flavedinem cum viriditate coniunctam habet. Sæpè ex viridi albo, flavo, nigro, cœruleo quasi mixtus apparet. Ex utraque India adfertur; apud nos etiam, & in Bohemia quidam reperiri ajunt.

Vires: Commendatur ad nephriticos dolores, calculumque, & arenulas expellendas. Dosis ad ʒij.

VNICORNU MINERALE, seu **FOSSILE**: Est substantia lapidosa, colore, lavore, & forma quandoque cornu referens; quandoque mollius, cortice exteriori duro, flavescente, nigro, aut sub cinereo; medulla mollis friabilis, absque potis compacta, adstringente, exiccante, linguæ firmiter adhærente, odore grato. Invenitur tam in India, quam varijs Germaniæ locis, in Moravia, Silësia, & Saxonia.

Vires: Vim habet exiccandi, adstringendique cum virtute bezoardica, quæ non solum alvi profluvia, & dysenteriam, sed & veteri hæmorrhagias, menstrua alba, hæmorrhoides, & gonorrhœam sistit. Dosis à ʒʒ. ad ʒʒ.

ÆTITES: Dicitur etiam *Lapis Aquila*, seu *Lapis Aquilinus*, quod in Aquilæ nido reperitur ad promovendum partum ab Aquila eo deportatus, & est lapis veluti prægnans cum quali-

titur, alio in vtero sonante, pierumque est exterius scabrum, colore vario, vt plurimum nigricante: continet in se lapidem *Collinum* dictum.

Vires: Partum promovere statuunt, si fœminibus alligetur, sine brarbio, eum retinere, observare autem expexit, statim à partu esse removendum, ne & uterum ad se trahat. Moderni aiunt virtutes Hæmatitis emulare.

HÆMATITES, sic dictus, vel quod colore cruorem æmuletur, vel quod sanguinem sistendi vim obtineat, est lapis colore sanguini concreto similis, durus, strijs antimonij instar exornatus, in varijs locis inter rubricas, & ferri fodinas reperiuntur. Præ reliquis noster præstat, qui eligatur friabilis, saturato colore niger, qui per se durus est, & æqualis, nulla sorde admixta, qui cinnabari similem colorem habet, sed saturiorem. *Hæma* sanguis interpretatur, vnde *Lapis Hæmatites*, *Lapis Sanguineus* dicitur.

Vires: Vim habet astringentem, & refrigerantem aliquantulum, extenuantemque: oculorum cicatrices, & scabriciem cum melle purgat: cum lacte autem muliebri lippitudini, fractis, & oculis cruore suffusis convenit: sanguinis exspuitioni medetur, profluvia, v.g. hæmorrhagiam uteri, alvi, &c. compescit. Dosis à ℥j. ad ℥iv.

MAGNES: Est lapis nigricans, durus, ferrugineus, nō admodum gravis, varijs in locis, & apud nos inventus; nomen deducit seu à Magnete Armamentario, primoque eius inventore, vt Plinius, seu vt Lucretio visum est à Magnesia regione, vbi crescit: seu à magnis viribus, vt modernorum nonnullis placuit: à Theophrasto *Heracleon* dicitur, quod circa Urbem Heracleam inveniretur: alijs *Lapis Herculeus*, quia ferro, quod omnia domat, imperat. *Sideritis* etiam dicitur, eò quod ferrum trahat. Eligatur qui magis ad ferri colorem assimilatur, & magis ferrum, aut aliam magnetem ad se trahens, vel reiiciens.

Vires: Vires habet hæmatitis Galeno teste, adeoque adstringit, sanguinemque sistit.

ALABASTRUM, *ALABASTRITES*: Est lapis candidus notus ex speciebus marmoris, cuius tres sunt species, prima candida, ex qua fiunt imagines, & sepulchra mortuorum Alaba-

trum dicta. Secunda species nigras habet maculas. Tertia in ruffo candicat, & hæc dicitur *Onyx*, quia vnguis humani coloris representat.

Vires: Ingreditur in Vnguentum Alabaſtri: in ſuper combuſtum, & reſina, aut pice exceptum durities diſcutit, ſtomachi dolores cum cerato leuat, gingibas comprimit.

PUMEX: Est lapis, & non est lapis, lapis propter duritiem, non lapis propter raritatem, & quia innatat aquis, vnde ænigma: Videns non videns, percusit non percusit, lapide non lapide, avem non avem, ſuper arbore non arbore: idest: Vn bizco, ò corto de viſta diò en vna ala con vna Piedra Pomex à vn murcielago que eſtaba ſobre vn ſauco. Estque Pumex lapis eroſus, poroſus, ſpongioſus, exiguiſque cabernulis, ſeu foraminibus plenus. Reperitur in maris littoribus, & in aquis innatans, vnde quidam ſibi perſuaſerunt, ſed falſò, ſpumam concretam maris eſſe. Probatuſ candidus, levis, ſpongioſus, aridus, tritu facilis, nec in fricando arenoſus.

Vires: Refrigerat, ſiccatur, extenuat, vlcera leuiter purgat, cicatrices explet, & emendat. Farina adhibetur ſæpè medicamentis oculorum, & verendorum. Immiſcetur item dentiſfricijs, & ſternutatorijs.

CORALLINA, ſeu MUSCUS MARINUS: Est excreſcentia, ſeu muſcus accreſcens rupibus marinis, corallijs, petris, & interdum etiam conchis, aut teſtis, colore nunc luteo, nunc cinereo, nunc rubicundo, herbaceoque, aut candido, ramulis numeroſiſſimis, pyxidatim geniculatis, gracilibus, pinulis interdum è latere excreſcentibus, odore naueoſo, piſculento, ſeu concharum marinarum ſimili; ſapore falſo, & ingrato: ſub dentibus lapillorum inſtar crepitat, & facilè in puluerem redigitur.

Vires: Refrigerat, & ſiccatur, astringit, incrassaſt, vi lumbricos necandi, & expellendi celeberrima eſt, intus, & extus adhibita. Doſis à ʒʒ. ad ʒj. in vino, aut lacte, aut aqua gramminis.

SPONGIA: Est fungus marinus, cuius ſubſtantia velut, & lana compacta fiſtulosa, ſeu foraminata, & vndique mucilagine quadam membranea veſtita. Reperiuntur Spongiæ in ſcopulis, teſtaceis, & arena à radice ſua affixæ, a vullæ à ſua

radice repullulant, & vt aliæ plantæ recrescunt: facillè constringunt compressæ, & hinc in pristinam amplitudinem dilatantæ humoris sunt siccundæ, quem facillè imbibunt, & compressæ remittunt.

Vires: Spongia vsta sunt deterfiva pro dentibus mundificandis, strumas curant si hic cinis in vino propinetur, vel alijs admistur sub forma pulueris exhibeatur.

De Terris.

TERRA SIGILLATA sic dicta à sigillo quo notata venditur, multæ eius sunt species, sed præstantissima omnium censetur Lemnia, rubri coloris, pura, non arenosa, quæ etiam appellatur *Terra Argillacea*, *Terra Sacra*, & à Galenò *Sphragis*, sed quia hodie deficit, & quia Terra Sigillata, Lemnia, Bolus Orientalis, & similes experientia patet non in viribus, sed in colore inter se differre, potest vti altera pro altera.

BOLUS ARMENA, seu **ORIENTALIS** à Medicis ita dicta, eo quod ex Armenia, finitimisque locis advehatur: Est terra ex pallido rubra, vaporibus martialibus in primis imprægnata. Eligatur pura, non arenosa, quæ lævorem calcis instar affuso humore, promptissimè solvitur, ac commanducata butyri modo liquefcere videatur.

BOLUS VULGARIS non differt ab Armenica, præcipuè si prædictis bonitatis signis prædita fuerit, quæ etiam apud nos eruitur præstantissima.

Vires: Facultatem habet admodum exsiccantem, & consolidantem: adstringit, roborat, fluxus sedat, humores tenues inspissat, putredinem arcet, venenum obtundit. Convenit etiam in omni alvi fluxu, vt diarrhæa, dysenteria, fluxu menstruo; &c. catarrhos falsos ad pulmones delabentes incrassat: in hæmorrhagiâ narium, & vulnere hagit aliquantisper precipitando, in vlceribus putridis oris, & pulmonum etiam commendatur, quo circa & phthisicis utilis est: commendatur etiam in peste, febribus malignis, & spuicione sanguinis. Externus eius vsus creber est in cataplasmatibus, pulueribus adstringentibus, &c.

CRETA ALBA, à Creta Insula sic dicta, vbi in copia invenitur

nitur licet Dania, Gallia, & aliæ regiones ea scatent, quæ etiam apud nos foditur, est terra dura, & candida. Eligatur pura, durior, & candida.

Vires: Siccat, abstergit; refrigerat, leviter emollit, cava explet, & sanguinolenta conglutinat.

TERRA JAPONICA, seu **CATECHU**, vulgò **Cato**: Est terra exotica colore purpurea, punctulis albis intertexta, ac si situm contraxisset, sapore austeriuscula, masticata liquefascens, & subdulcem post se reliquens saporem. Dicitur reperiri apud Dominum Langermanum in mundinis lipsiensibus. Alij dicunt esse succum è vegetabile extractum, & inspissatum, quæ sententia verosimilior videtur.

Vires: Si in lingua detenta mastigetur, vel globuli inde fiant, huius usum celebrem perhibent in exiccandis catarrhis salis, & sapite roborando: valet etiam in hernia varicosa, ac mictione involuntaria, alvi fluxionibus, & hamorrhagijs. Dosis à ℥j. ad ʒj.

Sulphurea.

AMBRA: Est bituminis quoddam genus ex fontibus, ad alveis maris ad littus eructatum. Optima Ambra censeatur grysea, seu coloris cinerei, à sordibus purgata, odorata, lævis, quæque acu perfossa succum pinguem resudat. Improbatur nigra, candida valdè, ut pote dubio procul adulterata. Facticia facilis cognitu est, odore scilicet, quo res ex quibus confecta est, prodit: tum quoque colore, quia plerumque nigra est, adde quod aqua imposita citius moleseat, quam naturalis.

Vires: Calefacit, resolvit, cor, cerebrumque roborat, spiritus vitales, ac animales sulphurea sua, ac suavi exhalatione suscitatur, reficitque: unde haud rarus illius usus est in globulis illis fragrantibus ad insectum aërem corrigendum, spiritusque ab infectione tuendos formati, quos globulos inde Poma Ambre vulgò appellant. Dosis grana pauca.

SUCCINUM: Est succus bituminosus, seu resina terræ optimè digesta, ex indeque in mare traducta, atque ibidem præcipuè concreta. Duo eius genera sunt vtilatissima, Album scilicet,

&

& flavum, seu Citrinum. Album eligeudum est candidum, syti-
cerum, suavè flagrans. Citrinum eligatur pellucidum, suavem-
que halans odorem. Præfertur Album, vt potè magis digestum:
Appellatur etiam *Electrum*, *Charabe*, *Ambra Citrina*, & vulgo
Ambar de quantas. His succedit Nigrum, *Ambra Nigra* à nona
nullis dictum, vulgò *Azabache*, & Latinè *Gagates* dictum, quod
vilius est, & in medicina rarò datur.

Vires: *Calefacit*, *exiccat*, *roborat*, *astringit leniter*: *capiti*,
ac utero in primis dicatum est, *hinc adhibetur utilitèr in ca-*
tarrhis, *epilepsia*, *apoplexia*, *lethargo*, *vertigine*, *suffocatione*,
ac inflatione matricis, *profluvio sanguinis*, *ac seminis*, quod
ad naturalem statum reducit, *in fluore albo mulierum*. *Dosis*
ad ʒj.

ASPHALTOS, BITUMEN JUDAICUM: Sic dictum, quia
in Judea ex mortuo mare colligitur, vel lacubus picis instar du-
rum, supernatare aquis conspicitur, hinc ad litora propulsum
concrefcit, densatur, tenacissimumque reddigitur. Eligatur ni-
gerimum cum magno splendore, ponderosum, citò ardens,
& quod validum vibrat odorem: nigrum autem opacum, &
fordidum vitiosum est. Adulteratur pice, quod color niger, &
picis odor indicat. A Græcis aliquando appellatur *Pissasphal-*
tum.

Vires: *Calefacit in tertio gradu*, *siccant in secundo*, *doloribus*
capitis, *alijsque eiusdem morbis à frigore abortis medetur*.

PETROLEUM, OLEUM TERRÆ, & NAPHTHA: Non
essentia, sed accidentibus tantum secundum magis, & minus
differunt, itaut pars spirituosior, quæ est colamen bituminis
Babylonij, consistentia liquidum, & ignis rapacissimum
Naphtha dicitur. *Petroleum*, seu *Oleum Petræ* est liquamen
piague, liquidum è petris, & saxis effluens, quod etiam in Sici-
lia fontibus Agrigentinenfis agri innatat. *Oleum terræ* est oleum
pellucidum, rubicundum, odoris fortis, petroleum æmulans, sed
gratioris odoris.

Vires: *Calefaciunt*, *siccant*, *resolvunt*; *arthritidi*, *cerebro*, *ac*
nervoso generi conferunt.

SULPHUR: Est Resina, sive pinguedo terræ, sive succus mi-
neralis ynctuosus pinguis, constans ex copia puris sulphuris in-
gen-

genti, modicâ salis acidi quantitate, & tantillò spiritus, aquæ, & terræ: Duplex censetur Vivum, & Commune: *Sulphur vivum* est, quod ex terra efoditur, sine igne ministerio, quod eligendum est inflat succini elegantissimum repræsentans colorem citrinum, seu colore virescens, purissimum, facile inflammabile, luculenter ardens, fumumque magis cœruleum halans. *Sulphur commune* est quod ex sulphure vivo impuriori, vel pyrite vi ignis educitur, vel ex aquis sulphureis excoquitur.

Vires: Calidum est, & siccum, pectori dicatum; aperit, incidit; putredini, veneno, venenatorumque animalium moribus resistit: sudorem provocat: prodest etiam catarrhis, phthisi, tussi, asthma-ti, pestilentialibus que morbis. Dosis ad ʒj.

ARSENICUM: Est fuligo, sive succus mineralis pinguis, & inflammabilis. Triplex est, Album scilicet, Citrinum, seu Flavum, & Rubrum. Album, quod in specie Arsenicum dicitur, eligendum est album, crystallinum, ponderosum, ad lacteum colorem tendens. Citrinum, seu Flavum *Auripigmentum* dicitur, vulgò *Rexalgar*: & Rubrum *Sandaracha* Græcorum dicitur cum aspiratione (à differentia *Sandarax*, sive abusive *Sandaraca* sine aspiratione, quod est *Sandaraca Arabum*, idest *Ver-nix*, hoc est Gummi Juniperi) non differuat inter se, nisi quod rubrum sit magis excoctum in terris, quàm citrinum.

Vires: Internè modò qua decet ratione præparatum confert in peste, venenis, scabie, cancro, &c. Extrinsecus depiliatorium est, & Cauterizans.

Salina.

SAL AMMONIACUS à majoribus descriptus sub arenis Lybicus concresebat. Verum nostratibus non nisi artificialis cognitus est, qui nihil aliud est quam sal amarus factitius, compositus ex quintuplo urinx humanæ, salis communis, seu gemmæ vna parte, & fuliginis dimidia parte, in massam que coctione redactis, hinc sublimatis. Eligatur candidus, ac purus, qui nisi satis nitidus fuerit, purificari oportet, in aqua dissolvendo, filtrando, & evaporatione crystallifando.

Vires: Vim habet diaphoreticam, febribus confert, putredi-

nem arcet, &c. Dosis ad ℥℥. Externe adhibetur commodè in gangræna carne putrida absumenda, in angina curanda (in gangarismis.)

BORRAX NATIVA, seu naturalis, veteribus *Chryfocolla* dicta: Est sal mineralis, salis gemmæ figuram æmulans, qui in pluribus Persiæ locis sub terræ visceribus invenitur, qui terra effusus aëri exponitur, vt crassiciem quandam rubescentem pinguedinis adinstar induat, quæ illum ab aëris injurijs vindicat: vel aqua solutus filtratur, & Crystallifatur. Est & alia Borractis species gryfei coloris, quæ à prima tantum differt in eo, quòd aëri diutius exposita crassitiem suam, seu pinguedinem requisitam deperdit. Eligatur pura, crystallina, alba, lapidibus non referta.

Vires: Menstrua, ac partum provocat, fœtum mortuum pellit, veneremque excitat. Dosis à gr. iv. ad gr. xx.

SAL GEMMÆ: Est salis communis genus: dicitur sal gemmæ quia in fodinis lapidum frangitur, & specie crystallorum splendens erigitur, & quia colorem gemmarum æmulatur. Dicitur aliàs Sal fossilis.

Vires: Easdem vires cum sale communi obtinet, nisi quod in solutionibus metallorum sali communi antecellat. Aliàs hic sal stimuli loco clysteribus adijcitur, vt suppositorijs.

SAL COMMUNIS: Est salugo aquæ marinæ, vel aquæ fontanæ salis post humiditatis evaporationem inspissata remansens.

Vires: Calefacit, exiccat, abstergit, dissolvit, purgat, leniter adstringit, superfluitates consumit, penetrat, digerit, aperit, incidit, putredini, venenisque resistit.

SAL CATHARTICUS NOSTER, seu **HISPANUS**: Est sal falso-amarus ex fonte tribus Matrilo leucis diisito collectus, seu ex ipsius aqua fontis per evaporationem crystallifatus, qui in igne sine crepitu, nec flagratione funditur.

Vires: Catharticus, diureticus, & emmenagogus est: valet etiam in febris intermittentibus, & hydrope. Dosis à ℥ij. ad ℥j.

NITRUM, seu **SAL PETRÆ**: Est sal sulphureus, falso-ama-

amarus ex terris desertis, ac pinguibus excoctus. Eligendum est Nitrum crystallinum, purum, & tanto purius censetur, quanto minus salis communis particeps fuerit, quod probatur in carbonem ignitum iniectum, & si omne deflagrat purum iudicatur, & è contra si aliquid remanserit, quantum remanserit, tantum de sale communi participare æstimatur. Purificatur in aqua communi id solvendo, filtrando, & crystallifando S. A.

Vires: Putredini resistit, sitim, ac æstum compefcit, tartaream saburram incidit, coagulatos sanguinis grumos resolvit, dolores mitigat: confert etiam febribus ardentibus putridis, in pleuresi, peripneumonia, in calculo renum, ac vesicæ, in obstructionibus hepatis, ac mesaræi. Externè communissimus eius usus est in inflammatione faucium, & angina, (in gargarismis) in topicis anodynis, ac refrigerantibus in liquore appropriato solutum, cum linteo applicatum; in combustionibus etiam simili modo applicatur. Dosis à ℥ss. ad ℥j.

ALUMEN RUPEUM: Est fassugo terræ, naturæ saturninæ, constans ex spiritu acido, & sale terrestri. Dicitur autem Rupeum, quia ex rupibus, seu saxis eruitur, & conficitur. Eligatur, quod glaciei conforme est, & crystallo montanæ asimilatur, ad rubedinem inclinans, cuius rubedo, si alumen in aqua solvatur, & filtretur, remanet in filtro.

Vires: Commendatur in dysenteria, aliisque affectibus ubi adstrictione opus est. Prodest etiam in excrescentia vulnerum carnosa, & in fontanellis promovet fluxum.

VITRIOLUM: Est sal mineralis ex spiritu sulphuris acido, corpore martiali, aut venere metallino, aqua elementari, & terra quadam minerali compositus. Varia sunt vitrioli genera, pro naturæ mineræ, quam in se continet, differentia; sed vtiliora sunt tria, scilicet vitriolum Commune, Cœruleum, & Album. *Vitriolum Commune*, quod accipiendum est quoties Vitriolum absolutè nominetur, eligendum est subviride, herbacei coloris, magis granulatum, grumosumque instar salis communis, paulum vinctuosum, manuique tangentis adherens, quod plus de venere, quam de marte participat, quod culto affricatum rubeo colore inficit: cavendo à vitriolo minu-

to subcœ oleo, pallidulo, & aquoso, manusque tangentis madefacienti. Appellatur etiam *Calcantum*, & *Atramentum sutorium*.

VITRIOLUM COERULEUM, seu **CYPRIMUM**, quod reperitur in Insula Maris Ægei Cypro, eligatur cœrulei coloris, compactum vt saccharum tantum, & tactu siccum. Appellatur etiam *Lapis Lapis Vitriolum Album* advehitur in formam parvulorum panum effictum, eligatur album, purum, siccum, gustu dulci, adstringenti, & acri.

Vires: Vitriolum Commune siccatur, adstringit vehementer, conspiciat, vomitum ciet, lumbricos fugat. Extrinsecus Errhinum exhibet naribus inditum. Vitriolum Cœruleum adstringit, mirificè proæst in carnosâ excrescentia vulnerum absumenda, in ulcusculis oris: nubeculis que oculorum, collyrijs adhibitum, prodest. Vitriolum Album convenit cum supradictis.

Metalla.

AURUM: Est metallorum cunctorum nobilissimum, solidissimum, colore fulvum, compactum, ex principijs summè digestis, adeoque fixis ex halitu Sulphureo-Mercuriali purgatissimo, intra purissimam appropriatæ terræ salinæ matricem generatum, & diuturno temporis tractu à modico calore excoctum. Eligatur splendidissimum, coloris citrini vividissimi, suave, asperitate carens, visumque magis lætificans, argento vivo ponderosius. Dicitur *Sol*, quia Soli sympathicè respondere creditur, & etiam cordi humano sympathicum, vnde dicitur etiam *Cor*.

Vires: Balsami, seu calidi nativi, cordisque summum corroborans est, vnde & in omnibus morbis in quibus vires reficiendæ sunt exhiberi poterit. Sanguinem mundificat, noxiorum scilicet humorum discussione, ac diaphoresi.

ARGENTUM: Est metallum nobilius, candidum, auro imperfectius, eligendum quod colore, pondere, splendoreque argento vivo magis correspondet, substantiam non frangibilem, sed lentam, duritiemque mediocrem habens. Dicitur *Luna*, eo quod Lunæ sympathicum sit, & etiam dicitur *Cerebrum*, quia cerebro humano sympathicum est.

Vires: Capitis corroborans perbibetur Specificum, spiritusque animales confortare, unde & in omnibus capitis affectibus peculiaris efficacia censetur, quales in primis epilepsia, apoplexia, & similibus.

FERRUM: Est metallum ignobilius, constans ex mercurio; & sulphure minus liquabile, crudius, seu si mayis ex sulphure, & sale. Dicitur *Mars*, quia cum Marte Cœlesti sympatiam obtinet. *Chalybs* est *Mars*, seu Ferrum optimè purgatum per calcinationem, quæ Gradatoria dicitur, fit que stratificando Ferrum cum carbonibus salicis, vel fagi pulveratis, & rasturis cornu bovis, hinc igne fortissimo calcinando per horas 4. aut 6. in vase clauso.

Vires: Vim habet adstringendi, & aperiendi: vis aperitiva in volatiliori potissimum residet parte, ac proinde in sale: vis adstrictoria in fixiori, adeoque in terra latitat; unde ad aperiendum præferri debet Ferrum; ad adstringendum autem Chalybs.

ÆS, seu **CUPRUM**: Est metallum ignobilius, durius plumbo, mollius ferro, constans portionibus sulphureis, mercurialibus, & salinis, in terra atramentosa impura, & variè contaminosa generatum per halitum sulphureum mercurialem. Dicitur *Venus*, quia cum venere Cœlesti sympatiam obtinere credatur.

Vires: Squama aris ophthalmicis medicaminibus mixta fluxionem oculorum cohibet, & asperitatem palpebrarum absunit. Flos aris, pro quo arugo hodie adhibetur adstringit, tenuat, ulcera sanat, callos absunit, sordes aurium exiccat, carnem ulceribus supercrescentem reprimit, & claritati oculorum confert. Æsustum exiccat, astringit, ulcera sanat.

STANNUM: Est metallum molle, album, splendens cum livore quodam, constans ex mercurio puriore (in genere ignobiliorum) molliore, fugaciore que quam metalla duriora, fixiore verò quam plumbum, ex sulphure minus maturo. Dicitur *Iupiter*, quia cum Iove Cœlesti sympatiam obtinere creditur.

Vires: Hepatitis, & uteri morbis peculiariter dicitur.

PLUMBUM: Est metallum vilissimum, constans ex sulphure indigesto, sale aluminoso, ac mercurio, naturam antimoniam æmulans: Dicitur *Saturnus*, quia cum Saturno Cœlesti sympathiam obtinere credatur.

Vires: *Refrigerat, adstringit, incrassat, libidinem reprimi, ulcera carnibus implet, cicatrices obducit, excrescentissque liberat, ulceribus malignis, cancrofis, & putridinosis; tum per se, tum quibusdam alijs permistum, convenit.*

Semimetalla.

MERCURIUS, seu **ARGENTUM VIVUM**: Est liquor mineralis, seu metallicus volatilis, metallis, & præ alijs soli avidè adherens. Dicitur Mercurius ob analogiam, quam habet cum Mercurio Planeta, tum ratione varietatis in colore, tum temperamenti, mutabilitatis, &c. Dicitur *Argentum vivum*, quod *Argentum fufum*, & liquefactum colore æmuletur: *vivum* verò, quòd loco sese movens, totum vivere quasi videatur. Dicitur etiam *Hydragyros*, nomine derivato ex aqua, & argento, quòd aquæ instar liquidus, argentum colore repræsentet. Mirabilis sanè substantia, mille se in formas fingit, ac refingit, quovis tractetur modo, inde, & *Protheus* dicitur. Item dicitur *Servus fugitivus*, quòd præter omnem spem sæpè aufugiat, adeo ut nullo modo possit fixari, ut ignis fortius sustineat examen; hinc arduum est Mercurium redere fixum, qui instar metalli in igne subsistat, & non abolet, quanvis Chymistæ contrariam vociferant, sine demonstratione. Plinius eum vomicam liquoris æterni vocat. Arabicè appellatur *Zaibar*, vel *Zibach*. Barbarè *Azoch*, & *Azoth*.

Omnium optimus est noster: huic succedit ungaricus. Bonus censetur, qui per retortam propulsus nihil recrementi relinquit: aut qui in cocleari argenteo evaporationi super prunas expositus maculam cocleari relinquit flavam, si participat de Sole, aut albicantem, si participat de Luna: non nigram, aut fuscam, sic enim participat de Saturno, & est adulteratus.

Mercurius antequam in usum veniat, eius purgatio est summè necessaria, alias variæ symptomatum tragediæ subsequuntur, non tam ab ipso Mercurio, quam à corpore arsenicali, antimoniali, saturnino, &c. quo conspurcatus est. Purgatur primò ex-
pressionem per corium, quòd fœcibus crassis in corio remanentibus

Bus Mercurius transit: secundò lotionè, quæ vel per acetum simpliciter, aut cum sale mixtum, vel per lixivium calcis vivæ, & cinerum clavellatorum, vel etiam per lixivium saponariorum, sæpius nimirum cum his agitando, & vicissim à sordibus eluendo, instituitur: vel forte agitatione cum spiritu vini in vitro obturato, sic enim nigredo ad latera separatur: tertio distillatione, nimirum distillatur in arena per retortam igne sat forti, vel per se, vel addito sale tartari, calce viva, & similibus. Sequestrari quoque potest Mercurius purissimus ex Mercurio Sublimato, aut ex Cinabari artificiali, addito sale tartari, calce viva, aut similibus, & distillando per retortam, in recipientem aquæ semiplenum.

Vires: Mercurius vim habet salium corrosivorum texturam immutandi, precipitandi, atque etiam edulcorandi, ut constat ex præparatione Mercurij Dulcis, qui ex Mercurio sublimato corrosivo, & Mercurio vivo emergit: adeoque internè adhibitus ab omni sale acris, & corrosivo mundificat sanguinem, & præcipuè ab inquinamento venereo. Difficilem promovet partum, & cum citissimè penetret, in iliaca passione utiliter etiam assumitur. Fugat, & necat lumbricos. Schroderus ait, quod cum certo quodam succo pulverisari, ac exhiberi possit: hanc verò succum reticet: hic succus saccharum est, cum quo si benè miscetur Mercurius in mortario lapideo, vel ligneo, utiliter in vermibus adhibetur: in ligneo tamen cocleari offeratur, non in metallico, & in specie aureo, vel argenteo, quia superficièi adheret, & metallum corrodit. Si vè autem crudus, si vè preparatus fuerit, convenientius in pilulis exhibetur, ne dentes, quibus noxius est, tangat. Externè inunctus salivationem excitat, verumque cesset luis venereæ rhizotomon. Sanat. scabiem, fugat pediculos, resolvit duros tumores, in plumbo coagulatus, & postmodum lamellatus adhibetur in ganglijs, & nodis. Cave tamen ne in unguentis nimium adhibeas, etenim cum salivatione oris prutredinem inducit, id quod de precipitato similiter observandum est: Hinc mulieres, quæ in juventute usæ sunt fucis mercurialibus, in senectute fiunt edentule, halitum foetidum habentes propter putredinem inductam gingivis, earumque dentibus, & vetulae fiunt

fiunt ante senectutem, cum facit Mercurij faciant subito apparere rugas. Inunctiones mercuriales non conveniunt debilioribus; angina, paralyfi, tremore, macie, vel hectica affectis, obnoxioris, ulceribus, scorbuticis, melancholicis, & biliosis. Intrinsecus etiam adhibita purgantia mercurialia melius naturis phlegmaticis, quam biliosis conveniunt, imò his potius nocent: contra, antimoniata medicamenta conveniunt cholericis, nocent verò humidis. Vnde non inconsideratè quis dixit: Ex Mercurio in biliosis, & Antimonio in pituitosis non succedere medicationes. Mercurius enim humiditates ad se allicit, unde bilis acrior redita, veluti freno privata magis ferocire, & effervesce incipit. Inunctione Mercuriali instituenda, eligenda est methodus Celebrissimi Thomæ Sydenhamij, qui in epistola responsoria ad Henricum Pamam inquit: Statim atque accesor, unguentum prescribo ex axungie porcine uncijs duabus, & Mercurij crudi uncijs una. Neque oleum aliquid è calidioribus, neque aliud admisceo, cum deterius fiat unguentum, siquidem adiecta ista frantum injiciant, & nihilo efficacius, si nihil prorsus agant, &c.

ANTIMONIUM: Est corpus minerale, naturæ metallinæ finitimum, constans ex sulphure minerali, & copioso mercurio metallico indigesto, fuliginoso, participante de natura saturnina, & ex subitancia quadam terrestris, & salina per pauca. Erigitur in varijs Regionibus, & apud nos. Erigitur quod strijs splendidioribus, & longioribus reperitur, & iuxta auri fodinas. Dicitur Antimonium eò quod ipsi advertetur solum, & sine aliorum metallorum consortio inveniri, & quod omnibus quasi adiaceat metallis. Appellatur etiam *Stimmi*, seu *Stribium*. Insuper varia habet synonyma: vocatur enim primò *Lupus*, quia instar Lupi devorat reliqua metalla præter Aurum, cum eius sulphur sit de natura solari, vnde à nonnullis Antimonium Solleproctus, seu imperfectus dicitur. *Protheus* appellatur, cum omnes colores vulcani beneficio induat, quod patet ex eius floribus, qui albi, rubri, flavi, &c. sublimantur. *Radix metallorum* dicitur, quod omnibus ut plurimum adiaceat metallis. *Saturnus Philosophorum* vocatur à devorando, tum quod Saturni naturam redoleat, tum quoque quod Lapidem Philosophorum inde

inde parare somnient: eadem ratione Magnesia Saturni appellatur.

Vires: Antimonium est quasi fons, & origo præstantissimorum medicamentorum: ex varijs enim præparationibus nunc purgat, nunc vomitum movet, nunc diaphoresim, nunc confortat. Excrescentias carnis absunit, cicatrices obducit, ulcera oculorum, & sordes mundificat, exiccat, &c. Mos est Recentioribus in decoctis anti-venereis Antimonium crudum addere: verum an inde virtus aliqua communicetur controvertitur. Borellus, Zuwelferus, & alij affirmant: Tacbenius negat inquit, quod nisi Antimonium cū pumice commisto sponziosum fiat, sulphurea eius anima, sivè Divinum, aquam, cum qua ebullit irradiare non possit.

CINNABARIS NATIVA: Est terra mineralis lapidescens, rubri coloris, constans ex sulphure, & mercurio vivo cum terrestri materia instar lapidis compacti, ex qua Mercurius elicitor. Dicitur terra, non quia sit vera terra, sed propter analogiam. Eligenda est quæ gravida, mercurio, & sulphure preciosioribus.

Vires: Commendatur in epilepsia, morbis convulsibus, in morbillis, & variolis. Externè adhibetur in suffimentis ad sanandam luem veneream, & scabiem.

Recrementa Metallica Naturalia.

MARCASITA, seu BISMUTHUM: Est recrementum metallicum, in generationem metalli ex portione aliqua ad generationem metalli inepta productum, idque corpus minerale albicans, durum, substantia stanno facie non multum dissimile, adinstar regulorum fragile, intus splendens, ac per strias dispositum. Differt à cadmia, quod illa ex parte magis volatiliori constat, quæ primo scilicet, dum metalla generantur, sequestrata fuit; hæc ex portione magis fixa, atque ultimo segregata.

Vires: Stocat, & refrigerat, adstringit, reprimat, occludit, cava explet, & extergit.

COBALTUM, CADMIA NATIVA, CADMIA FOSSILIS, seu CADMIA METALLICA: Est minerale terreum, colore
fere

ferè nigrum, antimonio non dissimile, æris, vel argenti particeps.

Vires: Vi caustica, & errodendi pollet tanta, ut fossorum manus, & pedes exulceret: adeoque inter venena recensetur, quippe intus haustum animalia quæque perimit.

LAPIS CALAMINARIS: Est lapis fossilis, in metallorum fodinis repertus, subflavus, non admodum durus, luteum dum accenditur fumum eructans, Cadmia Lapidosa, & Cadmia metalli expers dictus.

Vires: Siccat leniter, extergit, adstringit, ulcera carne replet, cicatricem inducit, adhibetur solum externè. Utuntur eo ærarij ad conficiendum aurichalcum, quia cuprum pallescere facit.

CHALCITIS: Est minerale simile æris, friabile, nec lapidosum, Sory tenuius, Misy verò crassius, tractu temporis ex Sory factum.

MISY: Est minerale colore aurum imitans, aureis que scintillis dum frangitur splendens, natum super chalcitim, & ex chalciti, non sæcus, ac ærugo nascitur super æs, & ex ære, unde Misy est efflorescentia chalcitis.

SORY: Est minerale lapidosius, & vehementius compactum, crassissimum, friatum, scintillas miseos emittens: unde Chalcitis, Misy, & Sory mineralia sunt inter se origine, & viribus coniunctissima, nam ut dictum est ex Sory fit Chalcitis, & ex Chalciti Misy. Eorum vice suplere potest Colchotar.

Recrementa Metallica Artificialia.

T*TUTIA, seu CADMIA FACTICIA, SPODIUM GRÆCORUM, & POMPHOLYX* specie inter se non differunt, itaque nec viribus, nam Tutia, seu Cadmia facticia est corpus densum, & ponderosum ex fuligine æris, dum in fornace conficitur concretum, adhærens lateribus fornacum. *Spodium Græcorum* est favilla eadem ob gravitatem in pavimentum decidens, Eligatur Tutia grysea, ponderosa, granulata, & densa. Appellatur etiam Nil, vel Nihil gryseum. *Pompholyx* est favilla tenuissima, & volatilis, quæ dum æs in fornacibus perficitur supernæ earum parti adhærescit, quæ appellatur etiam Bulla, Nil, vel Nihil album.

Vires: Tutia est prestantissima, (præcipue si lota fuerit) ad oculorum affectus, nam citra morsum desiccatur, abstergit, ad cicatricemque ducit eorum pustulas, & fluxiones: ad ulcera cancræsa idonea existit, ut & ad alia omnia maligna.

Notent Tyrones, quod Authores Græci sunt: Actuarius: Aecius: Dioscorides: Galenus: Nicolaus Myrepius: & Paulus Aegineta.

Authores autem Arabes sunt: Avicenna: Haly Abbas: Rhasis, qui etiam Filius Zacariæ, & Hamech dicitur: Serapio: Averroes: Mesue: & Bulchasis.

LITHARGYRIUM: Est spumofum excrementum, è purificatione argenti, quæ per plumbum fit, residuum: Duo eius genera statuuntur, videlicet Lithargyrium Argenti, quod coloris est albi, & Aureum, quod flavi: verum non nisi coctione differunt, Aureumque magis coctum est, quam Argenteum. Seligatur in parvula frustra dissectum, probe calcinatum, purum, coloris intensioris, ponderosum. Appellatur etiam *Spuma Argenti*.

Vires: Siccat, & refrigerat moderatissimè, adstringit, reprimat, occludit, cava explet, extergit, sarcoticum est. Corpus, ac consistentiam emplastris, ac unguentis nonnullis præbet.

*Authores
Græci.
Authores
Arabes.*

CAPUT V.

NONNULLA NOMINA GENERALIA, ABSOLUTA,
Equivoca, & Obscura, tam simplicium, quam Compositorum in capitibus precedentibus non explicata

Absynthium absolute, idest Absynthium amariu, quale est sylvestre.

Absynthium Dulce, idest Anisum.

Acantha Arabica, & Acantha Leuce, vide Angelica Carlina.

Acetosella, idest Trifolium acetosum.

Acetum absolute, idest ex vino paratum.

Acetum Radicatum est liquor acerrimus aceti, abstracto phlegmate.

Achilea, idest Millefolium.

Acini sunt granula minutiora, sivè per se crescant, vt bacca sambuci: sivè alijs inclusa, vt acini vvarum, &c.

Aconitum Salutiferum, idest Herba Paris.

Acoustica, sivè *Acustica* sunt medicamenta, quæ auditum roborant.

Acresta, sivè *Agresta*, vide *Omphacium*.

Actè, idest Sambucus.

Acuare, seu *Acuere*, idest rem fortiorem reddere, vel stimulum ei addere: vt quando acuitur acetum distillatum cum spiritu nitri pro Magisterijs parandis: etiam acuuntur piluæ cum granis aliquibus diagyrij, trochiscorum alhandal, gummi de gamandra, &c.

Adeps est pinguedo, generaliterque tam axungiam, quam sebum denotat, vsitatus tamen pro axungia vsurpatur, atque absolute pro adipe suilla.

Adiantum album, idest Capillus veneris.

Adiantum aureum, idest Polytricum.

Adiantum nigrum, idem: potest accipere alterum pro altero.

Adurens, *Pyroticum* est quod adurit, vt sunt *Vesicatoria*, *Escharotica*, & *Cautica*: & sunt medicamenta, quæ generaliter in carne adurendo agunt, & cicatricem, seu crustam inducunt: sed in specie vesicatoria sunt quæ vesicas, & pustulas excitant, extremamque cuticulam tantum attollendo: talia sunt cantharides, sinapi, fermentum, flammula, ranunculus, & similia.

Aloropus, idest Pilosella.

Ageratum, idest Eupatorium Mesues.

Agnus castus absolute, idest semen ipsius.

Aluga, idest Iva Arthetica, seu Chamæpitys.

Al, apud Arabes modo articulum, modo præpositionem *de*, vel *ex*, vel simile significat, vnde *Alchermes*, idest de Chermes, seu granis tinctorum: *Alhandal de Colocynthidis*, *Alasce de Thymo*, &c.

Alabastri sunt folia illa viridia herbacea, quæ flores sepiunt.

Alariel, idest Scarabæi vinctuosi, sic dicti quia manibus impositi pingui, subflavoque liquore inficiant. Aprili, Maio, & Iunio iuxta vias, & inter segetes obrepunt: viribus cantharides imitantur. Appellantur etiam *Cantarelli*, vulgo *Carralexas*, *Vinagreras*, *Azeyteras*, *Abadejos*, & *Cabillos*.

Alatbeca, *Anguria*, *Citri aqua*, *Citrulus*, *Melon aqua*, & *Melora*.

Ton Indus idem significat, vulgò *Sandias*.

Albotin Arabicè, *Schinos* Græcè, Latinè *Lentiscus* appellatur.

Album Græcum, idest *stercus album canis*.

Alcheil, idest *flos granati*.

Alchibil, idest *flos rosmarini*: appellatur etiam *Corona montis*,
Arbor Mariæ, & *Libanotis*.

Alchimilla, idest *Pes Leonis*.

Alephangina, idest *Aromatizatum*, seu *Aromatizans*: idem est
Sebelia, seu *Sebellina*. Species *Alephanginæ* sunt: *Cinnamo-*
mum, *Cardamomum maius*, *Caryophylli*, *Zingiber*, *Cro-*
cus, *Mastiche*, *Macis*, & *Lignum Aloes*: Earum enim cal-
culus est in hunc modum. *Cinnamomi*, & *Cardamomi ma-*
ioris anà *ʒiij*. *Caryophyllorum*, & *Croci* anà *ʒij*. *Zingibe-*
ris, *mastiche*, *ligni aloes*, & *macis* anà *ʒiʒ*.

Alexipharmacum, *Alexipharmaca* sunt *medicamenta generalia*
liter, quæ *venenis* sunt *adversa*, & *malignitati*.

Alexiterium, idest *venena animalium præcipuè respiciens*, &
fugans.

Alfeleniemiſch. idest *Ocymum Garyophyllatum*.

Algalli, idest *Nitrum*.

Alharif, idest *boni saporis*, seu *magna*, sivè *Regalis*:

Alimbath, idest *Therebinthina*,

Alipta, idest *Mixtura*.

AKæst est *precipue Deliquium nitri fixi secundum Glauber-*
rum: ab aliquibus *ignis gemmæ dictum*.

Alkali, nomen *Alkali* imponitur *salibus lixiviosis vegeta-*
bilium.

AlKelengi, seu *Alchelengi*, idest *multorum iubamentorum*, seu
Medicamentum Magnum.

AlKesnes, *Cheſnes*, vel *Kesnes*, idest *Passulæ*.

Alleluia, idest *Trifolium acetosum*.

Allium Montanum, seu *Alpinum*, vel *Anginum*, idest *Victorialis*:

Aloë absolutè, idest *Aloë Succotrina*.

Alphe, idest *Vipera*.

AlſeK, seu *AſeK*, idest *Tribulus*.

Altheil, idest *flos Rosmarini*.

Alumen absolutè, idest *Alumen Roche*, seu *Rupeum*:

Amalgama, *Amalgamare*, *Amalgamatio*, vide *Calcinatio Amala-*
gamatoria. Cap. II.

Ambubeia, idest *Cichorium*.

Amyanthus, idest Alumen Plumæ, seu Plumosum.

Anmi absolutè, idest semen ipsius.

Ammoniacum Thymianatis, idest Ammoniacum gutta, & purissimum.

Amuletum, Periamma, Periapton, Xenechton est medicamentum, quod collo suspensum creditur alleviare morbum.

Amurca denotat fœces olei, seu sedimenta expressorum.

Anacollema est medicamentum glutinosum, quod fronti applicatur, ut fluxum sanguinis ad nares, & oculos intercipiat.

Anagallis aquatica, idest Laver.

Anastomica dicuntur medicamenta ea, quæ caliditate, & acrimonia sua, vasorum ora aperiendi vim habent, qualia sunt allium, porrum, cyclamen, salvia, & similia.

Anatron, idest Nitrum.

Androsaces, idest Cuscuta.

Androsenum minus, idest Hypericum.

Angelica Carlina dicitur sic à Carolo, seu Carlo Magno Imperatore, cui tempore pestis pro salutare remedio ab Angelo Sancto ostenta fuit. Appellatur etiam *Bedegar, Suchaba, Acantha Leuce, Acantha Arabica, & Spina alba.*

Anguria, vide Albatheca.

Anisum absolutè, idest semen ipsius,

Anthelmintica vocantur medicamenta contra vermes, quæ interrimendo, suffocando, & liquando, destruendoque operantur.

Anthera sunt summitates, seu cacuminula in florum medietate capillamentis incumbentia.

Antifebrilia, idest Febrifuga.

Antiscorbutica dicuntur medicamenta, quæ cura scorbuti adhibentur.

Antophylli, idest Caryophylli aromatici maiores.

Apiastrum, idest Melissa.

Apices idem sunt quod Anthera.

Apium Domesticum, seu *Apium hortense*, & *Apium Selinum*, idest Petroselinum.

Apium Montanum, idest Petroselinum montanum.

Apozema est idem quod Decoctum.

Apophlegmatismus Græcè, vulgò Masticatorium, est medicamentum, quod ore retentum, & commanducatum, sive gargarisatum, per emissaria palati pituitam, & quæ capite con-

creverunt, humores noxios elicit, hæc sunt: calida, acria, vel à tota substantia agentia.

Aqua alicuius rei apud Antiquos semper intelligitur, aut succus, aut decoctio, vel saltem infusio. Solummodo apud Mesuem aliquando aqua rosacea, & aqua ablynthij distillata intelligitur.

Aquila Cœlestis, idest Sal Ammoniacus.

Arbor Maris, idest Rosmarinus.

Areotica, idem est quod Rarefacientia.

Argentina, idest Ceterach, sive Scolopendria, vel Scolopendrium, seu Asplenium.

Argiritis, idest Lithargyrium.

Arilli, idem est quod acini, seu lapilli in fructibus.

Aristolochia absolutè, idest Aristolochia tenuis, & rotunda.

Arnoglossa, vel *Arnaglossa* Græcè, Latinè lingua agni, & lingua ovis significat. *Arnon* Græcè, Latinè Agnum significat: *Arna* Græcè, Latinè lingua appellatur: unde Arnoglossa lingua agni, & Arnaglossa lingua ovis, & est Plantago.

Arthriticum, seu *Arthriticum* est quod nervoso generi, & articulis familiare est.

Ascyron, idest Hypericum.

Asclepias, idest Vincetoxicum.

AseK, seu *AlseK*, idest Tribulus, scilicet Terrestris.

Asperula, idest Rubia minor.

Asplenium, vide Argentina.

Astacus, idest Cancer.

Aster Atticus, idest Eryngium.

Astrutium, *Astrantium*, & *Astrantia*, idest Imperatoria.

Athanasia ab Athanatos Græcè, idem significat, quod Latinè Immortalis.

Athel, idest Tamarix.

Attrahens, idest humores, ac spiritus è corpore in superficiem elliciens: talia sunt calida in secundo, & tertio gradu, tenuis substantiæ.

Atriplex, idest Spinachia sylvestris.

Auricula muris, idest Pilosella.

Axungia est pinguedo sevo mollior, idemque cum adipe.

Bacta vocantur fructus quicumque parvi rotundi.

Balach, sive *Belach* sunt Dactyli immaturi.

Balani, idem sunt quod glandes, seu suppositoria.

Balneum, vide Distillare.

Balsamitha, idest Mentha aquatica.

Balsamitha minor, idest Ageratum,

Barba caprina, idest Vlmaria.

Bardana, idest Lappa.

Basilicon, idest Regale.

Basilicum, idest Ocimum Caryophyllatum, vulgò *Albaca*.

Baucia, Pastinaca sylvestris, & Carui agreste, seu sylvestre; idem est, & nisi speciatim scribatur radix, semper intelligitur semen.

Baurach, idest Nitrum.

Becabunga, idest Laver.

Bebica dicuntur à viscositate, sivè grossitie: vide *Pectoralia* Cap. I.

Bechium, idest Tusilago.

Bedegar, vide Angelica Carlina.

Been, seu *Behen*, vel *Beem* sunt radices albæ, & rubræ: verùm eis caremus, quare *Beem* vice radix pastinacæ sylvestris suplere potest. *Ben* verò per simplem e, & sine h, est fructus cuiusdam arboris similis myricæ, à quo *Balanus Myrepica*, idest glans vnguentaria, quæ est magnitudine parvæ avellanæ nucis, triangullata, similis carthamo, sed maior, traens aliquantulum ad formam pistaciorum, intus habens substantiam vinctissimam, quæ digitis compressa reddit oleum abundanter, oleum de *Ben*, seu oleum *Muscelinum* dictum.

Belchon, idest *Bdellium*.

Bellaria, *Tragea*, *Tragema* est pulvis cum saccharo ad saporem gratum commistus, granulorum figuram acquirens.

Bellis, idest *Primula veris*.

Bellon, idest ficus.

Betonica coronaria, idest *Caryophyllus hortensis*, *Tunica* dictus, vulgò *Claveles*.

Betula, idest Laver.

Bezoardicum idem est quod *Alexipharmacum*.

Bismalva, idest *Althæa*.

Bitumen generaliter denotat quodcumque minerale pingue.

Bochetum dicitur decoctum secundarium ex *guaiaco*, *imilace* aspera, china, & alijs sudoriferis pro potu ordinario paratum.

Boona, idest *Faba*.

Branca Leonis, idest *Planta Leonis*.

Bunias, idest *Napus hortensis*.

Cabalater, idest *Nitrum*.

Cacumen, *Cacumina* sunt idem quod *summitates*.

Cæmentum est pulvis, seu materia, cuius ope calcinatio cemen-
tatoria peragitur, estque vel farina laterum, sulphur, flores
æris, calchantum, ærugo, metalla quædam fugacia, varij sa-
les, & multa alia, quæ ab Authoribus in singulis operacioni-
bus describuntur.

Calamintha absolutè, idest *Calamintha montana*, hoc est *Nea-
petha*.

Calucecumenon, idest *Æs vstum*.

Calix, *Calices* sunt oculi, sivè gemmæ florum, ante quam aperti
sint, vt oculi populi arboris: vel folliculus; quo flos primum
clauditur.

Calx, propriè dicitur quod calcinando, vel in Alcohol conver-
sum paratur ex materia dura.

Campborata, idest *Abrotanum mas*.

Candelaria, *Candela Regis*, idest *Verbascum*.

Candifare, *Candifari* soli competit saccharo, quod in aqua so-
lutum, purificatum, & ad iustam consistentiam inspissatum
in crystallos concrescit, idque *candifari* vocant.

Capillamenta sunt filamenta illa tenuia in florum medietate
surgentia.

Capita sunt rotunda illa receptacula seminum, aut florum, vs
caput papaveris, &c.

Capnos, idest *fumaria*.

Capnos altera, idest *Aristolochia rotunda*.

Capparis absolutè, idest *cortices radice ipsius*.

Capraoli sunt ligamenta illa contorta, quibus plantæ nonnullæ
dotatæ sunt, vt illa *clavicula*, quæ se se vitis in proximas ar-
bores, & similia sustentantur.

Caprifolium, idest *Matrisylva*,

Caput Monachi, idest *Taraxacum*.

Caput mortuum est residua illa, quæ in distillationibus, vel sua
blimationibus remanent.

Carduus fulconum, idest *Dipsacus*.

Carduus Lencographus, idest *Carduus Mariæ*.

Carduus Panis, seu *Pacis*, idest *Carlina*.

Carduus Veneris, idest *Dipsacus*.

Carica, idest *figus*.

Carminativum, idest flatus discutiens.

Caro notat substantiam molliorem succulentorum fructuum; quam etiam pulpam vocamus. vt caro, seu pulpa prunorum, cassiæ fistulæ, &c.

Carota, idest Paskinaca sativa.

Castrangula, idest Scrophularia.

Casuta, vide Cuscuta.

Catagmantica est quod fracturis ossibus solidandis convenit.

Catapotia, seu *Cataputia* dicuntur Pilulæ more Græco, eo quod integræ deglutiantur, à Cataputia, quæ etiam appellatur *Cherva*, *Cicum*, *Granum regum*, & *Ricinum*: sed *Cherva* est solum Cataputia maior, sic dicta more Græco, quoniam semina ipsius ad alvum solvendam tanquam Pilulæ devorentur. *Ricinum* dicitur à similitudine quam habet semen ipsius cum Ricino animali, (vulgò Garrapata) quod in auribus animalium, canum maximè, boum, & leporum sanguinem suggens pendet.

Catharecticum est quod superfluum carnem absumit.

Catholicum, seu corruptè *Catholicum*, idest universale.

Caudex est idem in arboribus, & fructibus, quod caulis in herbis.

Caulis est truncus herbæ inter ramos, & radicem.

Cauterium, *Causiticum*, *Cauterizans*, idem est, quod Adurens.

Centaurium absolute, idest Centaurium minus florens.

Centum capita, idest Eryngium.

Centum morbia, idest Numularia.

Centum nodia, idest Polygonum.

Cepha, idest Caput; vnde medicamenta Cephalica, idest medicamenta Capitalia, seu pro capitis affectibus.

Cerberus Chymicus, idest Nitrum.

Ceterach, vide Argentina.

Chamaetites, idest Ebulus.

Chamacyffos, idest Hedera Terrestris.

Chamaelema, idem.

Chamedrys Græcè, idem significat quod Latine parva quercus.

Chamaeleon, idest Spina alba hortensis, seu Carduus Mariæ.

Chamaepytis Græcè, Latine parva pinus dicitur, & est Iva Arctica, seu Iva Muschata.

Charmeziith, idest Athel: Athel autem est Tamarix.

Chelidonium, idest Levisticum.

Chesmes, vide *Alkesmes*.

Chylon, vel *Chylum*, idest Succus, vel mucilago, vel simile: vñ de *Diachylon*, idest de succis, seu mucilaginitibus.

Chrysolectrum, idest Succinum.

Cyma, *Cymi* sunt teneri cauliculi.

Cyminum Carmenum, idest *Cyminum* ex Regione *Carmania*.

Cyminum Dulce, idest Anisum.

Cinis est ille pulvis gryseus ex combustionem rerum crematium remanens, constans ex sale, & terra mortua.

Cineres Clavellati, idest fœces vini calcinatæ.

Cynoglossa, idest *Canis* lingua, sive dictionibus inversis lingua canis.

Cynorrhodos, idest *Cynosbatos*.

Circularare est liquorem in digestionem, vel ighem colòcare, ut volatilior, ac spirituosior pars continuo elevari, ac recedi possit, adeoque quasi circulum transeat, maturiorque evadat: *Circulatio* requirit vas *Pellecanum* dictum, si desit potest artificiale formari imponendo capitellum cæcum, (sic dictum quia rostro caret) cucurbitæ, vel aliam cucurbitam, itaut os cucurbitæ superioris introducatur in ore cucurbitæ suppositæ materiam continentis, commissurisque probè lutatis. Vices circulationis, suplere potest iterata distillatione.

Cyteolithos, idest *Lapis Spongiæ*.

Cytini sunt Calices florum granatorum.

Citria aqua, *Citrulus*, vide *Albatheca*.

Claretum est vinum aromaticum infusum cum saccharo distillatum, aliàs *Hypocraticum* dictum. Communiter paratur modo sequenti: ℞. Vini albi electi amphoram vnam, idest ℞xxxij. civiles, cinnamomi crassiusculè triti ℥ij. caryophyllorum aromaticorum ℥ij. pomorum dulcium redolentium minutim incisorum ℞ij. Sacchari pulverati ℞vj. civiles: infundantur per dies tres, hinc per manicam hypocraticam transcola. Nonnulli addunt vini rubri q. s. ad colorem gratum. Alij addunt nucem moschatam, cardamomum, &c.

Clarificare potissimum de saccharo, decoctis, ac succis dicitur, quæ cum crassis scateant excrementis, clarificantur, ac purgantur: *Clarificationis* præcipui modi sunt: per albumen ovi, per digestionem, & per filtrationem. Per albumen hoc

modo peragitur: albumen ovi virgula agitatur cum tanto aquæ donec penitus in spumam veniat, spuma hæc funditur rebus clarificandis, coquantur simul vna, ac altera ebullitione, vt crassiora albumini adhærescant, hinc separantur despumando, colando, &c. *Per Digestionem* fit clarificatio fovendo blando calore, vt fœces, crassiora vè ad fundum paulatim secedant, vnde decantatione à liquore separari possint. *Per filtrationem* fit clarificatio beneficio chartæ bibulæ, vel panni lanei: ex charta fit pyramis, quæ tritorio inditur, ne concidat: hinc liquor pyramidi infunditur, vt paulatim per chartam in supposito vase defluat. *Per pannum* filtratio fit, vel colando, vel separando liquorem à pulveribus subsidentibus; huc etiam pertinet *Decantatio*, vide *Decantare*.

Clavis Metallorum, idest Sal Ammoniacus.

Climia, idest Cadmia.

Coagulare: Coagulatio est corporis fluidi ad consistentiam reductio; idque fit vel evaporando quod fluxionem faciebat: vel paulatim illum humorem in corporis substantiam assumendo, donec totum coaguletur, & figatur.

Coccognidium est semen mezereon, seu Thymelea.

Cocceum infectorium, idest Chermes.

Cochia, idest Capitales, à *Cocos*, quod est Caput.

Cohobare, idest liquorem distillatum materiæ in distillatorio residuæ, iterum affundere, ac denuo distillare, id que toties repetendo, quoties opus sit.

Colare, idest filtrare.

Colchicum album, idest Hermodactylus.

Colchotar est vitriolum ad rubedinem calcinatum.

Collecticum, idest glutinans, seu consolidans.

Collyrium est medicamentum, quod oculis applicatur: est duplex, liquidum scilicet, & aridum: liquidum collyrium privatum dicitur: aridum verò Arabicè dicitur *Sief*, & *Alcohol*.

Collutiones oris sunt medicamenta, quæ in ore detinentur, beneficioque linguæ hinc, inde agitantur.

Colophonia, idest Pix Græca, & Pix Hispanica, seu Pix sicca: dicitur sicca ad differentiam picis liquidæ, quæ & Navalis appellatur, quamquam verior pix navalis sit illa, quæ à vetustis deraditur navibus, quæ Græcè *Zopissa*, & *Aposbima* nominatur, & etiam *Palimpissa*.

Colubrina, idest Bistorta.

Coma, idest summitates.

Confecta vocantur materiae saccharo obductae, & ceu tectorio quodam vestitae; plus gulae, quam medicinae serviunt. Etiam Confectiones Cordiales dicuntur Confecta.

Confecta est foex styracis rubrae liquida.

Conquassare, Conquassari dicuntur (viridia maximè) quae pistilo grossè tunduntur.

Conservare, *Conservisare*, idest Conservam facere.

Constringens, idem est quod obstruens.

Contundere, Contusio est partium contundendo conquassatio.

Coquere in Diplomate, idest coquere, seu elixare in Balneo Mariae.

Coriandrum putei, idest Capillus Veneris.

Corymbi, idest Summitates.

Corona montis, idest Rosmarinus.

Corona terra, idest Hedera Terrestris.

Corrosivum, idem est quod Causticum, vel Cauterium.

Cosmetica dicuntur medicamenta ad corporis ornatum scientia.

Costus hortensis, seu *hortorum*, idest Mentha Sarracenicæ.

Costus niger, idest Angelica.

Crispula, idest Buphtalmum, seu oculus bovis.

Crystallizare, idest in crystallinas formas reducere: proprium est salium, quibus, & tartarum, saccharumque addere licet: videlicet hæc in liquore aqueo soluta, si in frigidum locum, ad pelliculam usque liquor exhalatus, reposita fuerint, concreverunt in crystallos, & repetuntur crystallisationes, donec amplius colligi ne queant crystalli.

Crocus in præparatis est calx ad croceum colorem vergens; præcipue paratur ex Antimonio, Marte, & Venere.

Cucupha est idem quod saculus repletus medicamentis cephalicis.

Cuminum absolutè, idest semen ipsius.

Cuminum dulce, idest Anisum.

Cuminum nigrum, idest Melanthium.

Cupressus absolutè, idest nuces ipsius in adstringentibus; in digestis tamen lignum, & folia.

Curt, idest Acacia.

Guscuta, seu *Casutba* est quæ per lini plantas circumbolitur;

quæ *Podagra lini*, seu *Linicida* etiam appellatur.

Dactyli Cheyron, idest *Dactyli* ex *Cheyri* Regione vbi præstantissimi enascuntur.

Daucus absolute, idest semen *Dauci* agrestis.

Daucus domesticus, idest *Pastinaca sativa*.

Decantare, idest liquorem alicui materiae supereminentem per inclinationem effundere.

Decrepitare, de sale communi, & similibus dicitur, quæ cum ad ignem sine fusione calcinantur, & strepitum, seu crepitum edunt.

Decapelare, idem est, quod *Decantare*.

Deliquium est spontanea concretorum salium solutio; vnde per *Deliquium* solvere idem est quod rem solvendam in locum frigidum, & humidum collocare, vt per se in liquorem vertatur.

Deliquium in cella, seu loco humido feliciter peragitur Mense Iunio, Iulio, & Augusto; quo tempore cellæ sunt frigidiores, materiam super marmore, vel vitro lato aspergendo, ita vt guttatim instillet in receptaculam infra locatum. Nonnunquam promovetur *deliquium* instillando guttas aliquot aquæ, ad opus accelerandum.

Dens cabalinus, idest *Hyoscyamus*.

Dens Leonis, idest *Taraxacum*.

Dephlegmare, idest phlegma separare, seu abstrahere, quod fit, si phlegma seorsim affectetur distillando, sin minus evaporando: competitque spiritibus mineralibus fixioribus, vt sunt spiritus vitrioli, nitri, salis communis, & similia.

Despumare, idest spumam demere, præcipue in clarificatione sacchari, despumatione mellis, & præparatione syruporum, & succorum vsus habet.

Detonare, *Detonari* dicitur quando cum flagratione, & strepitu calcinatur, vt *Crocus Metallorum*, *Antimonium Diaphoreticum*, &c.

Dia, idest *Compositio*, vnde *Diarrhodon* compositio de *Rosis*; *Diambra*, & similia. *Dia Ambra* rectius esset pronuntiandum, sed bonæ sonoritatis gratia expungitur vnum à medio.

Diacaryon, idest *Dianucum*.

Diachylon, vide *Chylon*.

Diacodion, & *Confectio de Iacur*, idest *Confectio*, seu *Compositio ex Papavere*,

- Diaclyma*, idem est quod Gargarismus.
- Diamanentatum*, vel *Diacerasum* est pulpa ceraforum ac idorum, cuius tres libræ cum sacchari libris duabus permiscuntur.
- Diapente*, idest de quinque medicinis.
- Diaphysalidon*, idest Compositio de Alchehengi.
- Diaspermation*, idest Compositio de Seminibus.
- Diateffaron*, idest Compositio ex quatuor rebus.
- Dictamnus* absolutè, idest flores, & folia ipsius simul.
- Dictamnus albus*, idest Fraxinella.
- Dispensare*, Dispensari dicitur compositum, dum simplicia, quæ compositum ingrediuntur seliguntur, & pro composito inde parando adaptantur, ponderantur, &c.
- Dissolvere* est corpus in naturam spiritus, vel liquidam formam reducere, vt. accedente aliquo humore solvuntur salinæ materiæ, saccharum, &c.
- Distillare* est liquorem, seu quod in corpore est separabile vi caloris attenuatum, & propulsam in recipientem apertum proletere.
- Distillatio* est triplex: per *Ascensum*, per *Latus*, & per *Descensum*.
- Distillatio per Ascensum* est, cum humor vrgente calore inferiore ascendere ex corpore cogitur specie aëria in alembicum, seu capitellum, vbi à frigido ambiente congelatur, per que rostrum distillat. Requirit cucurbitam, vel ampullam rectam ex materia rei operandæ melius inserviente cum suo pileo, seu capitello rostrato, (quod *Alembicum* vocant) apposito.
- Distillatio per Latus* est, quando vase in latus inclinato distillatio perficitur. Requirit cucurbitam, vel ampullam curbatam, *Retortam*, vel *Cornu Musarum* dictam.
- Distillatio per Descensum* est, quando vi ignis suppositi humor cogitur descendere. Requirit ollam, vel vitrum lati fundi, & angusti colli, cum cribro, & crate ferrea orificio apposito, ne caput mortuum descendat in receptaculum. His succedunt Fornaces, & Ignis.
- Fornaces* sunt loca materiam elaborandam, nec non ignem recipientia, quæ quatuor habent partes: *Ergastulum*, *Focum*, *Conisteriam*, & *Registra*.
- Ergastulum* est locus fornacum, qui recipit materiam elaborandam, cum suis vasis inservientibus.

Focus est pars fornacis, quæ recipit ignem.

Conistorium à foco, vel crate ferrea, vel alio idoneo fundo foraminibus perfuso, partim vt cineres descendant, qui alioquin ignis vim obtunderent, partim vt aer intrans per conistorij ostiolum ventilaret ignem.

Registra sunt foramina in suprema parte fornacis, per quæ ignis ventilatur, vel reprimitur, & quasi suffocatur imposito operculo, vt calor foveatur, regatur, & præservetur per omnes gradus.

Ignis apud Pharmacia[m] est *Motor extraneus*, seu *Instrumentum Chymicum*, quo vitur tanquam medio, vt ex fontibus ex quibus medicamenta desumuntur, idest materia circa quam Pharmacia versatur, vt sunt Animalia, Vegetabilia, & Mineralia, medicamenta eliciant; estque duplex: scilicet *Ignis Essentialis*, & *Ignis Materialis*.

Ignis Essentialis est, qui operatur pro vt ignis, cum tamen ignis non sit, quando acquisitio calore operatur, vt simus equinus, & similia: vel quando naturali essentia, & virtute propria tanquam ignis operatur, vt cauteria, aquæ fortes, & similia.

Ignis Materialis est, qui operatur per flammam, & ardorem: estque duplex: *Siccus*, & *Humidus*.

Ignis siccus est, qui agit in obiectum sine intermedio humore; estque duplex: nudus, & cum medio.

Ignis nudus siccus est, quando materia, vel in suo vase, vel abque eodem nudo igni apponitur: estque quatuor graduum: primus est is, qui sufficit redigere in actum operationem, qui metitur, vel gradatur, vbi manus calorem bene ferre potest: secundus est is, qui eum actum cum parvo augmento continuare, & finire potest, idest vbi eundem calorem manus diu ferre haud potest, & si adurit tertius: quartus est ignis reverberationis, summus nimirum omnium, qui non tantum omnem humiditatem è corpore pellit, verum etiam corpus in cinerem redigere potest. Reverberatorius dicitur à forma operationis, quia perficitur opus hoc in fornace ita fabricata, vt non tantum transeat, & ascendat ignis, sed potius flamma materiam præparandam verberet, & vndique ambiat: dicitur etiam ignis quarti gradus, qui comburit, & destruit planè, ac arena, & vas candent.

Ignis siccus cum medio est, quando materia præparanda in pri-

mo vase non apponitur nudo igni, sed imponitur in alio vase, idque impletur alia materia, vt cineribus, arenâ, vel scobe ferri, & ex his accipit varias appellationes, vt ignis cinerum, qui est mitis, ignis arenæ, qui ex fortior, & ignis scobis, vel limaturæ ferri, qui est fortissimus.

Ignis humidus est, qui agit in obiectum mediante aqua calefcente: estque duplex: *Balneum Immersionis*, & *Balneum Roris*, vel *Vaporis*.

Balneum Immersionis est, quando vas immergitur aquæ, & appellatur *Balneum Mariæ*, seu *Maris*, vel *Diploma*.

Balneum Roris, vel *Vaporis* est, quando vas tantum recipit vaporem aquæ calefcentis; cuius operatio etiam peragitur arenâ mediante, quando scilicet orificio vasis aquam continentis lamina ferrea, vel ænea foraminibus perforata apponitur in craticula ferrea sustenta, super quam linteum arenâ repletum stenditur, cui arenæ vas materiam distillationi dicatam continens sepelitur, & dicitur distillare per arenam humidam, vel *balneum arenæ humidæ*.

Dosis, idest *Datio*, seu *Tributio*: in medicina denotat illud, quod potest dari infirmo de illa medicina, cui adhæret, sine nocumento.

Drakena, idest *Contrayerva*.

Dropax est medicamentum compositum ex picis partibus octo, & olei partibus duabus, aliquoties aliquos pulveres miscendo: & est medicamentum emplasticum, fortiter, cuti adhærens, *Dropax* à pice dictum.

Dulcacidum, idest *Muzum*.

Dulcorare, seu *Edulcorare*, *Dulcorari* dicuntur calcinata sale grava, dum aqua abluuntur, quâ ablutione salibi contentus aquæ immiscetur. Dicuntur etiam dulcorati potiones addito saccharo, vel syrupo convenienti.

Escoproticum, *Eccoprotica* sunt medicamenta, quæ alvi excretionem promovent, sed mitius, scilicet stercus tantum, ac alia, quæ in spatijs intestinorum, primæque regionis vijs, continentur eijciendo.

Echinus est quicquid numerosa congerie aculeorum stipatur, sive tegumen, sive caput, sive cacumen fuerit. Etiam inter animalia significat animal terrestre echinatum, *Erinaceus*, seu *Caninus* scillus, vulgòque *Herizo* appellatum.

Ephragetica sunt medicamenta, quæ per poros cutis purgant.

ac cum Diaphoreticis propterea coincidunt: opponuntur enim
plastris, & idem sunt, quod Eccathartica.

Ecryfotica, seu *Erradicantia*, ac *Electiva* sunt medicamenta
purgantia, quorum vis, non tantum in intestinis, ac imo vone-
tre, sed etiam in alijs vijs, & visceribus, vnde humores gly-
stinosos edunt, exeritur.

Edulcorare, vide *Dulcorare*.

Effervescentia, à fervore sic dicta, est motus subitaneus ex aci-
di, & alkali coniunctione emergens.

Elaphoboscum, idest Pastinaca sativa.

Elatine, idest Hedera Terrestris.

Eleagnon, idest Agnus castus.

Eleaphoselinum, idest Petroselinum montanum.

Electiva, vide *Ecryfotica*,

Electualisare, idest Electuarium facere, seu conficere.

Elenium, idest Enula Campana.

Eleosaccharum est medicamentum compositum ex oleo distilla-
to, & saccharo pulverato: v. g. Communiter miscetur scru-
pulum vnum olei distillati, cum vncia vna sacchari pulve-
rati.

Eleoselinum, idest Apium.

Elixyr, vel *Elixyrum* est liquor spirituosus, facultatibus præcel-
lentibus imprægnatus, vel infusione, vel distillatione, vel
vtraque simul. Quando sola infusione paratur convenit cum
tinctura.

Elleborus absolutè, idest *Eleborus Niger*.

Embroma, vide *Epithema*.

Emmenagogum, idest menses ciens.

Empyractica sunt emplastica medicamenta, quæ poros suo leni-
tore obstruunt, & opplent, talia sunt humida tenacia, vt
sunt olea, & similia.

Emplasticum, idest glutinosum, est quod parti cuiquam illitum
tenaciter adhærescit, ac poros implet, hæc sunt sicca, ac ter-
rea citra acrimoniam.

Endivia, *Cicorium*, seu *Cichoria*, vel *Cicorea*, *Intibus*, sive *In-
tubus*, vel *Intuba*, *Seris*, *Pieris*, vel *Picrida*, *Scariola*, *Tara-
xacon*, *Condrilla*, & alia plura vnum, & idem significant:
differunt tamen aliqua ipsorum per sylvestre, sive erraticum,
& domesticum, sive sativum, vt v. g. per Scariolam semper
intelligitur Cichorium domesticum, & per Taraxacon sem-

per sylvestre, & ex omnibus endiviæ, tivè cichorij speciebus potest in servire altera pro altera.

Epicarpium, seu *Pericarpia* sunt medicamenta regioni pulsus in manuum carpis applicanda, qualia sunt emplastra, vel vnguenta antifebrilia: item confortantia pro pulsibus.

Ephemerum, idest Liliam convallium.

Epithema, *Malagma*, *Irrigatio*, *Perfusio*, & *Embrocha* idem, & quasi vnum significant, quibus etiam *Fomenta* adhærent. *Embrocha* Græcè, Latine *Perfusio*, & *Irrigatio* significat, & est ubi ex alto pluvie instar in partem aliquam fit distillatio: differt à fomento humido, quod hoc spongia, vel pannis densis in decoctione madefactis parti applicatur: illa verò pars ex alto irrigatur. *Fomenta* dicuntur à fovendo, quia suo calore partes corporis quibus applicantur foveant, quia ut plurimum calida applicantur. *Malagma* idem est quod *Cataplasma*.

Epuloticum, vel *Synoloticum*, est quod ulceri cicatricem inducit, idest Cicatrizans.

Equisetum, idest Cauda equina.

Eradicantia, vide Ecryfotica.

Erysimum, idest Verbena foemina, seu Irion.

Errhina Græcè, *Nasalia* vulgò, caput purgia appellantur, & sunt medicamenta, quæ naribus immituntur: adeoque *Præmica* comprehendunt.

Eruca absolutè, idest semen Erucæ sylvestris.

Escharotica, vide Adurens.

Evaporare, idest liquorem calori exponere, ut exhaletur humiditas. Evaporatio si salium fuerit, requirit vas vitreum humile, & lati orificij, si alterius materiæ non adeo penetrabilis, vas vitreatum fictile fortassis inserviet.

Eupatorium Avicenna, idest Agrimonia.

Eupatorium Mesues, idest Ageratum, seu Gratiola: vel ex eiusdem Mesues sententia loco Eupatorij Mesues Absynthij, & Asari ana p. æq. accipiantur; v. g. pro ℥j. Eupatorij accipe Absynthij, & Asari ana ℥ß.

Exacinare, idest acinos eximere.

Exhalare, idem ferè est quod evaporare, differens tantum in eo quod evaporatio fit communiter in humidis, exhalatio verò in ficcis.

Exaltare, idest rei potentiam alterando augere; vide fermenta

Excorticare, idest cortices detrahere.

Expectorans, idest Pectoralia.

Expressio est humidæ, & tenuis substantiæ separatio, à sicca, & crassa compressu facta; unde *Exprimere* est premendo, vel pressura elicere, sivè id sola manu fiat, sicut decocta exprimi solent, sivè prælo.

Extinctio est materiæ accensæ in aliquo humore suffocatio.

Extrahere, *Extractio* est beneficio debiti liquoris, (quem menstruum adsciitium vocant) proportionaliter affusi, præcipuæ partæ è corpore separatio, unde oritur tinctura, vel infusio, vel decoctum; & si postea separato menstruo evaporatione, corporis essentia infundo relinquitur extractum vocatur: si autem extractio fiat per connatum menstruum, ut ex recentibus vegetabilibus, quorum succus prælo expressus vna essentiam eorum secum defert, & postea depuretur, & evaporatione superfluous humor exhaletur ad spissitudinem iustam vocatur succus inspissatus.

Extrahere secundum artem, idest extractiones reiterare, affusis novis menstruis, idque toties, quoties menstruum adhuc imprægnari videtur.

Faba suilla, idest Hyoscyamus.

Farcire est radices, vel fructus excavati alijs medicamentis implere.

Farfara, idest Tusilago.

Fasolus maior, idest Faba.

Fel terra, idest Centaurium minus.

Fermentare, fermentari res præcipuè dicitur, quod evidenter in se resolvitur, rarefcit, & maturatur. Ratio fermentationis hæc est: contraria fermentabilia confusa, v.g. nondum red. & sub vno dominio, ac potestate, mixtioque exaltata, si adhuc vi caloris externi, (quem motum intestinum nonnulli vocant,) non resoluta fuerint, vi potentioris facultatis alterantur, atque inde in certam aliquam temperiem, naturamque spirituosiorem evehuntur, & exaltantur.

Ferraria, idest Scrophularia.

Fibra sunt filamenta, sivè villi: sunt veluti stamina rebus nonnullis intexta, v.g. arboribus, folijs, &c. etiam sunt capillamenta extrinsecus adnascensia, ut fibræ radicum, & similia.

Ficaria, idest Scrophularia.

Filius ante Patrem, idest Tulsilago: sic dicitur, quia repente
flore, folijs nondum egressis.

Filtrare, vide clarificare.

Fistici, Pistachia, sive *Phistacia* sunt fructus, seu nucleis similes
in forma, & virtute nucibus pinei, unde alterum pro altero
substitui potest.

Fixare, idest quod volatilis est fixum reddere: fit, vel per se, sci-
licet iteratis distillationibus, & sublimationibus: vel addita
alia aliqua re, cuius vi fixatio perficitur.

Flores in præparatis sunt partes subtiliores corporis per subli-
mationem separatæ sub forma sicca à crassioribus particulis;
in nativis vide Cap. I.

Flos Amoris, idest Amarantus.

Feniculum absolutè, idest semen ipsius: sed in collyrijs succus
foliorum.

Feniculum Porcinum, idest Peucedanum.

Folliculus est theca tenuis, quæ granum, vel semen continet
involutum.

Fomenta, vide Epithema.

Fornaces, vide Distillare.

Fragium primum, idest Dictamnus albus.

Fragula, idest Fragaria.

Fraxinella, idest Dictamnus albus.

Frontale denotat epithema fronti applicandum.

Fuga Dæmonum, idest Hypericum.

Fulfulmen est radix piperis, eius vice piper nigrum.

Fuligo alba Mercurialis, idest Sal Ammoniacus.

Fumare, vide Calcinatio fumigatoria.

Fumaria bulbosa, idest Aristolochia rotunda.

Fundere idem est in Chymia, quod liquare, seu ad ignem lique-
facere: proprièque de salibus, ac metallis dicitur, unde *Fusio*
est fluor corporum solidorum temporarius, igni forti induc-
tus: vide *Liquare*.

Gafet, idest Eupatorium.

Galega, idest Ruta capraria.

Galeopsis, idest Scrophularia: & etiam Urtica mortua dicitur
Galeopsis.

Gallia, sive *Algalia*, idest Medicina ex speciebus aromaticis
confecta.

Galreda, idem est quod Gelatina: vide Mucilago.

Gargarismus est liquor destinatus ad os, faucesque gargarizanda.

Geleniabin est nomen æquibocum, seu commune, & generale ad condituram, tam sacchari, quam mellis, ex aliquibus floribus: vnde *Geleniabin* de Rosis potest esse mel rosatum, & saccharum rosatum, &c. sed communiter significat Mel Rosatum colatum.

Gemma inter mineralia sunt Lapides Preciosi: inter vegetabilia idem sunt, quod oculi.

Geniculum est internodatio quarundam plantarum.

Geranium, idest Gratiola.

Gilla, idest Sal vitrioli vomitivus.

Glesum, idest Succinum.

Glutem Alchanach, sive *Alzanach*, idest Ictyocolla: dicitur etiam Colla piscium.

Glutem aquaticum, idest Sperma Ranarum.

Glutinans, *Glutinatorium* est quod agglutinatur, & coniungit solutas partes, vt faciunt siccantia, & adstringentia.

Glutinosum est idem quod emplasticum.

Grabadin idem significat, quod aggregatio antidotorum, seu medicinarum, & est idem quod Antidotarium.

Grana tria, idest semen Melonum, citruli, & cucumeris.

Granulare, *Granulatio* est in granula comminutio: estque propriè metallorum, fitque vel metalla fusa guttatim in aquam mittendo, cuius vi repercussa in granula disiliunt: vel nunquam scopæ è viminibus exilibus aquæ imponuntur, vel tabulla, aut colatorium angustissimè pertusum, per quem metallum fusum, aut liquefactum perfunditur.

Granum, Grana sunt semina minutiora plantarum.

Granum Scarlatum, idest Chermes.

Gummi in præparatis idem est quod extractum resinofum: in nativis vide Cap. I.

Gummi Aqanthinum, seu *Babylonicum*, vel *Sarracenicum*, seu *Thebaicum*, idest Gummi Arabicum.

Hemagogon, idest Sanguinem menstruum proliciens.

Hemonitis, idest Lingua cervina.

Hager, idest Lapis Lazuli.

Haticacabum, idest Alkekengi.

Harmel, idest semen rutæ sylvestris.

Harnet, idest Arsenicum.

Hasce, seu *Halasce*, idest Thymus.

Heyl, idest *Cardamomum maius*.

Heylbaugue, idest *Cardamomum minus*.

Helxine, idest *Parietaria*.

Hemazi, idest res acetosa: vnde semen *hemazi*, semen *acetosæ* significat.

Herba Benedicta, idest *Caryophyllata*.

Herba cancri maior, idest *Bursa Pastoris*.

Herba cancri minor, idest *Herniaria*.

Herba canicularis, idest *Hyoscyamus*.

Herba crasula, idest *Semper Vivum minus*.

Herba Equinalis, idest *Cauda Equina*.

Herba Gataria, idest *Nepetha*.

Herba Julia, idest *Ageratum*.

Herba muralis, idest *Parietaria*.

Herba Muschata, idest *Rostrum Ciconiæ*.

Herba Paralysis, idest *Primula veris*.

Herba Pedicularis, idest *Staphis agria*.

Herba Ruperti, idest *Gratia Dei*.

Herba Salivaris, idest *Pyrethrum*.

Herba Sanctæ Crucis, idest *Petum*.

Herba Sanctæ Mariæ, idest *Costus hortensis*.

Herba Tetrabit, idest *Herba Judaica*.

Herba Turca, idest *Herniaria*, seu *Polygonum minus*.

Herba Venerea, idest *Acotus*.

Herba Venti, idest *Anemone*.

Hermes, idest *Nitrum*.

Hermeticè claudere, vide *Sigillare*.

Herniaria, idest *Polygonum minus*.

Hydroleum est aqua cum oleo mixta.

Hydromel est liquor ex aqua, & melle confectus.

Hydropiper, idest *Pericaria*.

Hydrofaccharum, vide *Iuleb*.

Hyoscyamus absolute, idest semen *Hyoscyami albi*.

Hyoscyamus Peruvianus, idest *Petum*.

Hypnoticum est quod somnum conciliat, idest *somniferum*.

Hypocaustum est locus per furnum, vel alia instrumenta exal-
factus, vel pro frigore tantum intensiori arcendo, vel pro su-
dore etiam aliciendo.

Hypomarathram, idest *Foeniculum*.

Hyppuris, idest *Cauda equina*, seu *Equisetum*.

- Hirundinaria*, idest *Chelidonium maius*.
Hispidula, idest *Pilosella*.
Hyssopus absolutè, idest *Hyssopus montanus*.
Holippa sunt placentulæ ex infusione medicinali, farinæ
 que triticea, addito saccharo paratæ.
Hortense semen, idest *Petroselinum*, seu *Apium Domesticum*.
Iacea, idest *Herba Trinitatis*, seu *Viola tricolor*.
Ignis, vide *Distillare*.
Illecebra, idest *Vernicularis*.
Imbibere, seu *Nutrire*, idest rem humiditate per vices potare,
 seu liquore rem humectare, Infusio *Nutritiva* dicta.
Impastare, idest miscere, vt fiat instar massæ, seu pastæ.
Impragnare idem ferè est quod imbibere.
Incidens est idem quod attenuans.
Indurans est quod quasi congelat: talia sunt frigida in secundo,
 & tertio gradu.
Infundere est materiam liquori immergere.
Inguinalis, idest *Eryngium*.
Insolare, idest macerare, vel sole, vel alio calore tepido.
Interpassare, *Interpassari* dicitur de sacculis, seu fomentis sic-
 cis, idemque est quod intersuere; ne materia inclusa con-
 glomeretur, cuius rei gratia quoque gossypio pulveres sus-
 cipi possunt.
Intybum, *Intybus*, *Intubum*, seu *Intubus*, idest *Endivia*, seu *Ci-
 chorium*.
Iris absolutè, idest radices *Iridis Florentiæ*, seu *Nostratis*.
Irrigatio, vide *Epithema*.
Ischamon, idest sanguinem sistens.
Iuba est arundinacea coma effusa, qualis in milio est.
Iviscus, idest *Althæa*.
Iulepus, seu *Iulapium*, vel *Iuleb* apud Persas idem sonat quod
 potio dulcis: & est medicamentum fluidum ex liquore ido-
 neo, & syrupo, vel saccharo sine coctione paratum, quod
 componi solet ex aquis stillatitijs, vel ex herbarum decocto,
 in ea proportione, vt pro vnaquaque vncia syrupi, sint vn-
 ciæ sex, vel octo liquoris, & nonnunquam appellatur *Hydro-
 saccharum*. Arabici autem vocem *Iulepi* non distinguunt à
Syrapis.
Iulus, *Iuli* sunt folia primum erumpentia, præcipuèque norat
 Juglandis arboris flores longiusculos, cum folijs prioribus
 apparentes.

Tum de Bedust, idest Castorium.

Kefmes, vide Alkesmes.

Labrum veneris, idest Dipsacus.

Lactuca absolute, idest semen ipsius. *Lactuca* à lacte nomen accepit, tum quia lacte abundat, tum etiam quia mulieribus lactis exuberantiam affert.

Laminatio est corporis in parvas, & tenues laminas perductio; competit metallis.

Lanaria, idest *Verbascum*.

Lanugo sunt filamenta tenella in plantis, cuticulæ extimæ instar pilorum, seu lanæ adnascentia: v.g. in *Verbasco*.

Lapathum, idest *Acetosa*, seu *Oxalis*, quæ etiam *Lapathum acutum* appellatur.

Lapides quinque preciosi, vide *Fragmenta preciosa*. Cap. I.

Lapis, *Lapides* inter vegetabilia sunt cortices duriores nucleum includentes: inter mineralia vide. Cap. I. in preparatis nomen lapidis imponitur nonnullis medicamentis, quæ excocta sunt ad duritiem lapideam, vt *Lapis Anodynus*, *Lapis Infernalis*, *Lapis Medicamentosus*, &c. inter Animalia etiam *Lapides* inveniuntur, vt *Lapis Bezoar*, *Lapis Porcinus*, *Lapis Iguanus*, &c.

Lapis Cappadox, idest *Lapis spongiæ*, qui in spongijs reperitur.

Lapis Ceratites, idest *Vnicornu Fossile*.

Lapis Syriacus, idest *Lapis Judaicus*.

Lappa, idest *Bardana*.

Laser fetidum, & *Laser medium*, idest *Assa foetida*.

Laserpicium, idest *Levisticum*.

Lathyris, idest *Cataputia minor*.

Laudanum, dicitur de solo medicamento ex opio confectum; vt *Laudanum Opiatum*, quod nihil aliud est quam extractum opij admixtione alexipharmacorum, cordialium vè, & similitum correctum. Dicitur autem *Laudanum*, quasi *Laudatum* medicamentum, ob insignes vires suas, quibus in gravissimis infirmitatibus naturæ succurrit.

Laxans, idest materiam attenuans, & discutiens, hæc sunt modicè calefacientia, largius humectantia, & substantiæ tenuioris.

Lazerolus, vide *Mespilum tricoccum*.

Leontopodium, idest *Planta Leonis*.

Lepidium, idest *Seitaragi*, pro eo semen nasturtij.

Leucojum, idest Keyri, vel Cheiri.

Libanotis, idest Rosmarinus.

Lillium absolutè, idest flores Lillij albi.

Lingua avis, idest semèn fraxini.

Lingua canina, idest Cynoglossum, seu Cinoglossa:

Linicida, idest Culcuta.

Liquare, seu *Fundere* est vi caloris fluidum facere: competit metallis, salibus, pinguedinibus, cera, pice, & similibus, quæ à frigido concreverunt, & in liquidiozem, & fluxilem consistentiam, à calore factam resolvuntur: interdum etiam idem est quod per deliquium dissolvere. Liquatio, seu fusio differt à dissolutione in eo quod liquatio fit sine humore, solum vi ignis, dissolutio verò fit cum humore.

Lithargyrium absolutè, idest Lithargyrium Auri.

Lithosperma, idest Semen Apij.

Lithospermum, idest Millium Solis.

Lixivia sunt solutiones salinæ Alkalinæ diffusæ.

Loculamenta sunt seminum involucra, quæ veluti parvæ capsulæ ea occludunt.

Locustæ inter plantas idem est quod oculi: inter animalia autem certa animalcula repræsentant, aliæ marinæ, aliæ terrestres: terrestres locustæ dicuntur quasi *Loca vsta*, quia menses, & alia, quæ attingunt vrant.

Lotus orvana, idest Melilotus.

Ludus, idest calculus humanus.

Luiula, idest Trifolium acetosum.

Lutare, idest obliniri vasa luto, sive sit vulgare ex farina, & aqua, sive compositum, vt.

Lutum Sapientie: ℞. Capitis mortui vitrioli loti, & exiccati, & calcis vivæ anà p. æq. cum albuminibus ovorum fiat massa, qua claudantur recipientes in distillatione spirituum, imponens chartam cum amylo.

Alio modo: ℞. Cretæ optimæ ℥viij. cineris communis ℔j. stercoris equini, vel asini siccij ℔ij. farinæ laterum, vel limaturæ martis parum: fiat pulvis subtilis, cribrentur, miscantur, & superspergantur sensim lanæ tonæ de pannis ℔ij. fiat massa cum aqua optimè malaxando cum pala. Intervit pro furnis patandis, vasis lutandis, & iuncturis vasorum obturandis.

Lutum pro fornacibus: ℞. Terræ pinguis ℔ij. pulveris laterum

& scorix ferri lotæ anà ℥ij. lanæ tonsæ ℥ss. cum aqua fiat Lutum.

Alio modo : ℞. Arenæ, scorix ferri, & terræ pinguis anà ℥vj. fiat pulvis, & adde stercoris equi ℥ij. vitri pulverati, & salis communis anà ℥iv. fiat massa cum aqua.

Lutum pro furno portatile : ℞. Pulveris subtilis ollarum p. iij. terræ pinguis p. ij. cum aqua fiat massa.

Loricatio Retortarum : ℞. Vitri subtiliter pulverati, & fragmentorum crucibulorum, seu retortarum etiam subtiliter pulveratarum anà ℥ij. luti sigulini ℥ij. lanæ tonsæ de pannis ℥ij. cum aqua fiat massa.

Magistral, seu Magistralis, idest incerti Authoris.

Magistrantia, idest Imperatoria.

Mala aurea, idest Arantia, seu Narantia.

Malacticum, idest Emolliens.

Malagma, vide Epithema.

Malathran, idest Bdellium.

Malaxare, Malaxari dicuntur emplastra dum in massam subiguntur.

Maldacron, seu Madelcon, idest Bdellium.

Malicorium, idest cortex granatorum.

Malva Palustris, & Malvaviscus, idest Althæa.

Malus Asyria, & Malus Medica, idest Citria.

Malus Punica, idest Granata.

Marrubium absolutè, idest folia, & summitates Marrubij albi.

Masticatorium est medicamentum appophlegmatizans, quod in ore detentum, dentibusque masticatum pituitam liquat.

Mater herbarum, idest Artemisia.

Matrix inter plantas idem est quod medulla, aut cor.

Maturans, idest puris generationem iuvans : talia sunt temperatè calida, humida, & emplastica.

Medium granatum, seu Dulcacidum, idest Muzum granatum.

Medulla inter animalia adipem significat in ossium medietate contentam, vel molliorem illam substantiam, quæ in spina, ac sub craneo est. Medulla absolutè cervi, aut vitullæ intelligitur : inter plantas mediam cuiuslibet partem molliorem, ac præstantiorem significat, quam cor, matricem vè etiam appellant : inter mineralia denotat partem molliusculam, quæ in saxis nonnunquam reperitur.

Mel simpliciter intelligitur mel despumatum. Mellis nomen

pharmacopœis nonnunquam denotat succum, seu extractum, vel decoctum simplicem ad mellis consistentiam inspissatum, vt Mel Centaurij Guidonis, quod nihil aliud est quam extractum centaurij: aut mel sapore æmulantem, vt mel passulatum, Juniperinum, &c. Nonnunquam refert Syrupum cum melle paratum, vt Mel Rosatum, &c.

Mel Tabarzet, idest Mel bonum.

Melissophyllum, idest Melissa.

Mellicratum est Syrupus ex melle, & vino paratus.

Melon aque, seu *Melon Indus*, vide Albatheca.

Mensis Chymicus, vt & *Philosophicus*, & *Medicus*, est 40. dies.

Menstruum est liquor, quo tincturas extrahemus, & plura solida liquamus: dicitur etiam *Vehiculum* eo quod secum aufert, & auerit à corpore quod extrahendum est. Dicitur etiam vehiculum aqua, vel species quibus medicina ægrotis subministratur.

Mentha absolutè, idest flores, & folia simul menthæ hortensis.

Mentha Cataria, idest Nepetha.

Mentha Corymbifera minor, idest Ageratum.

Mentha Romana, *Mentha Sanctæ Mariæ*, & *Mentha Sarraceniæ*, idest *Costus hortensis*, seu hortorum.

Mentha Selina, idest Nepetha.

Mentha Sicca, non virens aliquoties ab Authoribus petitur, quia *Mentha* virens est ventosa, & stomachi conturbativa, cum autem siccatur amittit ventositatem, & restat ei pars confortativa: vnde notandum quod herba, aut flos, vel simile, cum siccatur tripliciter operatur: aut amittit virtutem, vt borrago, buglossum, violaria, malva, & similia multa: aut acquirit virtutem, vt mentha, hyssopus, & similia: aut transit de virtute, in virtutem, vt viola, rosa, & similia.

Mespilum tricoccum, *Lazerolus*, *Zazor*, *Zazur*, &c. quasi vnius generis sunt, & sumi potest alterum pro altero: *Tricoccum*, idest ex tribus ossibus: etiam in eius defectu sumi possunt sorba, sic à sorbendo dicta, quia caro ipsorum post maturitatem efficitur sorbilis.

Mille grana, idest *Herniaria*.

Mille morbia, idest *Scrophularia*.

Myrica, idest *Tamarix*.

Myrta cantha, idest *Bruscus*, seu *Ruscus*.

Miva significat syrupum confectum ex succo cydoniorum, &

Vino, vel aceto, & melle, vel saccharo: differt à Gelatina in eo quod Gelatina inspissiore consistentiam habet.

Momordica, idest Balsamina.

Mora celsi sunt fructus mori arboris. *Mora Rubi*, seu *Sentis*; vel *Idei*, seu *Batos* Græcè, vnde Latinè *Batus*, idem significat; vulgò *Zarzamoras*.

Moschocaryon, seu *Moschocarydion*, idest Nucysta.

Mucilago, seu *Muccago* est liquor glutinosus, seu viscosus ingelatinam quasi coactus, ex seminibus, vel radicibus gummosis, & gummatibus ipsis paratus. *Muccago* dicitur quasi mucum ago, vnde nomen obtinuit ob consistentiam mucosam non ablimilem. *Mucilago* differt à Gelatina in eo quod Gelatina spissior esse solet, & paratur ex succis fructuum, & purioribus ossium, aliisque animalium partibus cartilagineosis coctis, & cum saccharo inspissatis: *Mucilago* verò paratur ex vegetabilium partibus viscosis, seu mucilaginosis, vt ex semine lini, fœnugræci, malvæ, cydoniorum, psyllij, gummi tragacanthi, & Arabici, radice althææ, Symphyti, &c. Gelatina verò nomen obtinuit quod aquam congelatam referat; quæ autem paratur ex animalium partibus dicitur *Galreda*: quæ verò ex cydoniorum succo nonnullis *Marmelata* vocatur, & vulgò *Falea*, cui si addantur purgantia aliqua, à Recentioribus dicitur *Diacydonium Lucidum*, seu *Pelucidum Laxativum*.

Mucharus, idest Infusio.

Muscus est excrementum herbaceum instar lanuginis, corticibus arborum, vel ossibus aëri expositis adnascens, quod appellatur etiam *Vsnea*.

Muscus capillaris, idest Polytrichum.

Muzum dicitur omne illud, quod est medium inter acerbum, & maturum, & inter dulce, & acidum: vnde acidum, idest immaturum: dulce maturum: dulcacidum medium, sic de cydonijs, plerisque fructuum generibus: tamen non sic de granatis, quia ex ijs inveniuntur acida, dulcia, & dulcacidia; etiam cerasa inveniuntur dulcia, & acida, vt etiam inveniuntur poma acida, & dulcia.

Nabet, idest Zuccharum, seu Saccharum candum.

Naphe Arabicè, idest flos Mali Syriæ, vulgò *Azahar*.

Nasale, idem est quod Er rhinum.

Nenuphar, idest Nymphæa.

Nepetha, vide Calamintha.

Nicotiana, idest Petum.

Nymphaea absolute, idest flores Nymphææ, seu Nenupharis albi.

Nucleus est semen nucibus, vel fructuum osibus inclusum.

Nutrire, vide Imbibere.

Nux à nucleo dicitur, & denotat fructus quosdam cortice ligneo nucleum occultantes.

Nux Pontica, idest Avellana.

Nux Regia, idest Juglans, seu Nux vsualior.

Obstruens, idest oscula vasorum occultans: hæc sunt frigida, & adstringentia, substantiæ crassæ, aultera, & acerba.

Ocymastrum, idest Scrophularia.

Ocymum, seu *Ocymum Garyophyllatum*, idest Basilicum, vulgò *Albaca*.

Oculi sunt florum tegumenta antequam explicentur.

Oenanthe, idest Philipendula.

Oenomeli, idest Mellicratum, seu Vinum Mulsam, vel Vinum Hypocraticum.

Oesypum Græcè, Latinè sordem lanarum significat.

Oleum de Ben; Simon Ianuensis Oleum Muscelinum appellat. Dioscorides autem Oleum Balaninum, & dicit, quod Oleum Carynum, scilicet de Nuce Juglandæ, hoc est de nuce vsuali, valet sicut Oleum Balaninum, idest de Ben.

Omphactum plurimis immaturis rebus competit, at tamen absolute, & per antonomasiam dicitur de succo vvarum immaturarum, *Acresta* dictus, ab acredine, vnde elegantius *Acresta*, quam *Agresta* appellatur.

Ophioscoridon, idest Victorialis.

Opiata sunt præstantiora quædam Antidota narcotica, seu stupefactiva, ab opio, quod ingreditur compositionem earum dicta. Hoc nomen *Opiatum* imponitur etiam nonnullis Electuarijs, quanquam opium non contineant, quia habent consistentiam opiatarum.

Orchis, idest Satyrium.

Oreoselinum, idest Petroselinum.

Osmundi, seu *Osmunda*, idest Filix.

Ossa inter animalia potissima sunt, inter plantas sunt cortices lapidei, qui nucleos circundant,

Ostrucium, idest Imperatoria.

Oticum est quod auribus familiare est.

Oxalis, idest Acetosa.

Oxyacantha, idest Berberis apud Arabes. *Oxyacantha* autem apud Græcos est fructus Spinæ Acutæ, seu Panis Vrsi, vulgò *Majuelas*.

Oxycratum est mixtura ex aceto, & aqua; quæ etiam dicitur *Posca*.

Oxyrrhodium est medicamentum compositum ex partibus tribus olei rosati, & parte vna aceti.

Oxythriphyllon, idest Trifolium acetosum.

Oxos Græcè, Latine acetum significat, unde *Oxymel* significat idem quod mel, & acetum syrupifatum, & *Oxyfaccharum* idem quod saccharum, & acetum.

Pancratium, idest Scylla.

Papaver absolutè, idest Papaver album.

Parthenium, idest Matricaria, seu Artemisia tenui folia.

Passer absolutè, idest Troglotites: est illa avis vulgaris salacissima, quæ vulgò appellatur *Gorrion*.

Pediculus est petiolus, quo folium, fructus, aut flos dependet.

Perdicium, idest Parietaria.

Perforata, idest Hypericum.

Perfusio, vide Epithema.

Periamma, *Periapton*, vide Amuletum.

Periclimenon, idest Matrifylva.

Persica sunt mala illa quorum nuclei osseus cortex est durus, asper, & non planus, vulgò *Melocotones*: etiam eiusdem generis sunt, quæ vulgò *Albaricoques*, & *Duraznos* appellantur.

Persilium, idest Petroselinum.

Petroselinum absolutè, idest semen ipsius.

Personata, idest Bardana.

Pes cati, idest Pilosella.

Phyllitis, idest Lingua Cervina.

Phlegma est liquor distillatus aquosus.

Phu, idest Valeriana.

Picea, idest Abies.

Picris, vel *Picrida*, idest Cichorium.

Pinguedo, idem est quod adeps: interdum tamen generalius omnia pingua comprehendit.

Piper Emuichorum, idest Agnus castus.

Piper simpliciter, idest Piper album.

Pyritis, idest Silex.

Pyroticum, vide *Adurens*.

Pistachia, vide *fistici*.

Pistolochia, idest *Aristolochia rotundā*:

Pix absolute, idest *Pix nigra*.

Plantago absolute, idest *Plantago maior*:

Plurisarcoticon, idest *Completa medicina*.

Pneumaticon, idem est quod *Pulmonicum*, vel *Asthmaticum*:

Podagra lini, vide *Cuscuta*.

Pœonia absolute, idest *Pœonia mas*, sive *radix*, sive *semen*.

Polenta à *polinē* derivatur: *Polinem* est *farinæ pulvis subtilis*, unde *Polenta* quasi *farina subtilis*, ad *polinis similitudinem*; sed *Polenta* ad *usum medicum* intelligitur *cataplasma instar pulvis confectum*.

Polychrestum dicitur quod multis viribus poller.

Polypodium absolute, idest *radices Polypodij quercini*:

Polium absolute, idest *Polium montanum*.

Pomum Hierosolimitanum, idest *Balsamina*, quæ etiam *Pomum*

Mirabile dicitur.

Poroticum, idest *Callum generans*:

Portucula, idest *Vermicularis*.

Posca, vide *Oxycratum*.

Potio à *potū* nomen obtinens dicitur communiter quicumque liquor potulentus, sed præcipuè intelligitur de *potione purgante*, vel *alterante*.

Præcipitare, *præcipitari* dicitur, quod in *liquore solutum*, in *crassatumque* ad *fundum secedit*. Nonnunquam denotat *totum actum calcinationis*, per *liquores corrosivos*, sive *calx* per se *subsudet*, sive *exhalatione humiditatis*, sive *instillatione alicuius rei repercuentis*.

Præparare absolute est *rem tenuissimè lævigare supra porphyrium*, imbuendo cum *aqua aliqua cordiali*. Dicitur etiam de *radicibus nonnullis*, *seminibus*, &c. quæ in *aliquo liquore maceratæ exiccantur*. *Præparata* præcipuè vocamus *materias duras supra porphyrium lapidem in pulverem impalpabilem redactas*.

Præstium absolute, idest *Marrubium album vulgare*, quod *viride*, idest *recens est accipiendum*, nam in *Præstio recenti*, & *viridi quædam substantia lenta reperitur apta*, & *accommodata thoracis affectibus*, quæ per *exiccationem* *perditur*.

Primula Pratenfis, idest *Primula veris*.

Princeps Vegetabilium, idest *Vinum*.

Pruna absolute, idest *Damascena*, seu *Hispana*.

Psiadium, idest *Planta Leonis*.

Psidia, idest *Cortex Granatorum*.

Psilothrum, idest *Depelatorium*.

Psoricum, idest *Scabiem sanans*.

Ptarmicum, idest *Sternutatorium*.

Pripsana dicitur decoctum diffusum ex hordeo, vel radicibus,
& herbis paratum pro potu ordinario.

Pulicaria, idest *Coniza*.

Pulpa est caro, seu substantia fructuum succulentorum, inter corticem, ac nucleum comprehensa, v.g. *pulpa*, seu *caro prunorum*, *cassiae fistulae*, & similia.

Purificare, idest à sordibus, seu inquinamentis (crasioribus) separare: fitque lavando, filtrando, digerendo, decantando, &c.

Pus generans, vide *Maturans*.

Putrefaciens est quod acrimonia, &c. calori nativo infensissimum, cumque vel fugat, vel eius symmetriam destruit: talia sunt mordicantia, acria, arsenicalia, & similia.

Quatuor semina, seu *Quatuor grana*, vel *Semina communia*, idest *Semina frigida maiora*.

Quercula minor, idest *Chamædryd*.

Quinta Essentia, præcipue denotat spiritum distillatum ex succis fermentatione exaltatis: Etiam olea distillata præcipue ex aromaticis vocamus essentias.

Radix simpliciter est *Raphanus*.

Radix salibaris, idest *Pyrethrum*.

Ramich, idest *res styptica*.

Ramus est velut brachium plantæ.

Rectificare, idest denuo blando calore distillare, vt pars magis spirituosa, ac volatilis eliciatur, relicto phlegmate, seu parte aquosa in fundo: sic rectificantur spiritus inflammabiles, aquæ distillatæ, &c. Etiam rectificantur spiritus acidi, vt spiritus vitrioli, nitri, &c. sed contrario modo, scilicet abstrahendo phlegma per distillationem, quia in ijs magis spirituosum, seu volatile est, quam spiritus. Nonnunquam etiam reiterare operationem, vt perfectum reddatur opus, rectificare dicitur, vt quando dissolvimus nitrum, & sales, filtramus, & crystallifamus, &c.

Regina prati, idest *Vlmaria*.

Repellens est quod humores in membra irruentes, vel nondum planè impactos repercutit: talia sunt, vel frigida humida, quæ meatus contrahunt, vel frigida sicca terrestria, aut astringentia, &c.

Reserans, idest infarctum liberans.

Resina absolutè, *Resina pini* intelligitur, non quia cæteris melior, sed quia copiosior habetur, & sic Authores probos intelligunt, igitur quando resinam ex *Terebintho*, aut *mastiche* (quæ in genere resinarum sunt præstantiores) semper speciali nomine, non generali deferribunt.

Resta bovis, *Remora aratri*, idest *Ononis*, seu *Anonis*.

Reverberare, idest rem aliquam vi flammæ cremare, quæ infra, ac supra illam ambiat.

Rhodostoma, idest *Aqua Rosata*.

Rhus absolutè, idest cortices fructus ipsius.

Rob, seu *Robub*, vel *Sapa* est cuiuslibet succus ad mellis spissitudinem per se inspissatus: & absolutè, seu per antonomasiam intelligitur *Rob* ex musto vvæ ad tertias coctum.

Rosa absolutè, idest *Rosa Rubra*, quæ etiam appellatur *Rosa Nostra*, vulgò *Rosa Castellana*.

Rosa canina, seu *Rosa Sylvestris*, idest *Cynosbatos*.

Rosmarinus absolutè, idest summitates ipsius florescentes.

Ruta absolutè, idest folia rutæ domesticæ: *Ruta* vtenda est mediocriter sicca in Antidotis, nam recens abundat humiditate excrementitia, quæ absumenda est, & nimis sicca acrius redditur.

Sabac, idest *Iasmin*.

Sabic Arabicè, *Polenta* Latinè appellatur.

Saccharum Tabarzet, sive *Tabarzeth* est *Saccharum bonum*, idest purius, & albus.

Sacculus est genus medicamentosum constans ex convenientibus medicamentis siccis in sacculo insutus.

Sal Anderona, *Sal Infernalis*, & *Sal Sulphuris*, idest *Nitrum*.

Sal Mercurialis, *Sal Mirabilis*, seu *Philosophorum*, & *Sal Solaris*, idest, *Sal Ammoniacus*.

Salificare, idest *Sal conficere*.

Salix Amerina, idest *Agnus castus*.

Sambacus: idest *Iasmin*.

Sampsuchus, idest *Maiorana*.

Sanamunda, idest Caryophyllata.

Sana Sancta, seu *Sana Sancta Indorum*, idest *Petum*.

Sanguis terræ, idest *Vinum*.

Sapa, vide *Rob*.

Sarbotheng, idest *Lætificans*.

Sarcoticum, idest carnem generans: talia sunt quæ extra mörsum sordes vulnerum detergunt, ne consolidationem impediant.

Saxifraga rubra, idest *Alkekengi*: etiam *Philipendula* hoc nomine insignitur.

Scatum Cæli, idest *Vmbilicum Veneris*.

Scebram, *Esula*, *Pityusa*, sive *Pituyfa* idem est.

Scedenigi, idest *Lapis Hæmatites*.

Schybala sunt stercora rotunda dura, & caprinæ absolutè.

Scleara, idest *Horminum*, quod etiam *Gallitrichum* appellatur.

Scolopendria, vide *Argentina*.

Sebellia, seu *Sebellina*, vide *Alephangina*.

Secaniabin, idest *Oxymel simplex*.

Sedum minus, idest *Vermicularis*.

Sedenagi, vel *Sedenegi*, idest *Acini granati sylvestris*.

Selini Spermatis, idest *Semen Apij*.

Semen Rosarum est illud semen pilosum, quod invenitur in rosarum calices inclusum, postquam calices in planta manentes, defluxis iam florum folijs, crescunt ad formam pyri parvuli, atque maturantur, & rubescunt: in cuius defectu suplere potest semen *Cynosbatos*, vulgò *Escaramujos*.

Semina communia, idest Quatuor semina frigida maiora.

Sempervivum minimum, idest *Vermicularis*.

Senti: canis, idest *Cynosbatos*.

Separare est res heterogeneas mistas, & confusas segregare, quemadmodum separatur oleum ab aqua, aut per tritorium angusti orificij in fundo, quod orificium aqueo liquori, ut potè graviori prius fluenti aperitur, postmodumque obturatur, oleumque restans sigillatim colligitur: modo etiam per chartam bibulam separantur, olea, præcipuè graviora, nimirum transit aqua, restatque oleum: nonnunquam etiam apponitur vitrum humilius, gossypiumque, seu lana utriusque imponitur, ut vno termino oleum tangat, alteroque in vase appposito dependeat, & delabitur oleum per gossypium in appposito vasculo humili.

Septicum, idest putrefaciens.

Seris, idest Cichorium.

Serpens terrenum, idest Nitrum.

Serpentaria foemina, idest Bistorta.

Serpentinum, idest Victorialis.

Sevum est pinguedo duriuscula : sumiturque à solis quadrupedibus cornutis.

Siccans, idest quod siccitatem inducit.

Sief, idest Collyrium siccum.

Sigillare Hermeticè, hoc est vitrum fusione claudere : fitque postquam materia intromissa fuit in vase, fundendoque vas os cum prunis accensis, & tunc cum forcipe accensa claudendo id.

Sigillum Salomonis, idest Polygonatum.

Siliqua Indica, seu *Purgatrix*, idest Calsiasistula.

Sinapisinus est cataplasma, aut emplastrum ex sinapi cum ficibus contusis confecta, qualia Rubificantia vocant, quia vim habent cuti ruborem, seu ardorem, vel vesicas inducendi, cuius apparatus talis est : Ficus sicca in aqua tepida pridie macerantur, sequenti die expressæ lævigantur ; deinde prout vnaquaque parte ficuum adduntur partes duæ sinapis acris contusi, vt fiat massa.

Sinon, idest Laver.

Syricum, idest Cerussa vsta.

Sium aquaticum, idest Laver.

Solanum Halicacabum, & *Solanum Vesicarium*, idest Alkekengi.

Solsequium, idest Cichorium.

Solutio est res duræ, & sicca in quandam liquidam substantiam reductio.

Sorica, idest Juiubæ.

Sparadrapus est linteam emplastro immersum, quod etiam appellatur *Tella emplastica*.

Spica, Spicæ sunt summitates in longum deductæ, vt *spica lævendulæ*, tritici, &c.

Spica absolute, idest *Spica Nardi*.

Spina acida, idest Berberis.

Spina alba, vide *Angelica Carlina*.

Spina Hirci, idest *Tragacantha*.

Spondylium, idest *Branca vrsina*.

Staphylinus, idest *Pastinaca*.

Stella terra, idest *Falcum*.

Stellaria, idest *Planta Leonis*.

Sternutatorium, seu *Ptarmicum*, est quod sternutationem movet, ac excrementa capitis, tum ea, quæ in cerebro, tum etiam quæ circa meninges hærent expellit.

Stimma est spissamentum, seu crassamentum; quod remanet, dum res nonnullæ in oleis maceratae exprimuntur.

Stipes est pars plantæ inter radicem, & ramos, idemque quod caulis.

Stipule sunt folia culmum ambientia.

Styrax absolutè, idest *Styrax Calamita*.

Stæchas absolutè, idest *Flores ipsius*.

Stomaticum est quod ori convenit.

Stratificare, idest stratum super stratum facere; idemque est; quod metallum laminatum, & pulveres stratificando alteratum struere. Nimirum primo struendum est stratum pulveris, mox imponenda est lamina metallica, iterum pulvis, & sic deinceps, donec pulvis stratum claudat: nonnumquam loco laminæ, pulvis metallicus sumitur.

Struthium, idest *Imperatoria*.

Stupefaciens, idem est quod *Narcoticum*.

Sublimare, idest rem volatilem siccam halitus specie vi ignis in sublime elevare, ibique ab ambiente frigido congelata subsistit, & res illa elebata, vel sublimati nomine effertur, vel florum nomen adsciscit. Sublimatio requirit vas rectum angusti, & longi colli, Matratium dictum, nonnumquam cum suo capitello cæco; vel rostrato quando humorem excipere volumus in recipientem appositum.

Succus herbarum, idest succus *endiviæ*, *apij*, *lupuli*, *borraginis*, *buglosi*, & *foeniculi*.

Such, idest *Gallia*.

Suchaba, idest *Angelica Carlina*.

Suffitas, seu *Suffumigium* est vapor suavè olens ex re fragrante accensa, vel ex alia materia olente, vt *lana*, *pluma*, &c.

Sulphur absolutè, idest *Sulphur vivum*.

Summitates sunt cacuminula herbarum: dicunturque de herbis foliorum minutorum, vt *absynthij*, *rutæ*, &c. Appellantur etiam *Coma*, & *Corymbi*.

Surculus est quod ex ramis simplex oritur, estque velut germen quoddam ex ipso trunco, vel caudice productum.

Tabarzet, sive *Tabarzetb*, idest bonum, vnde *Saccharum*, seu

Zuccarum Tabarzet, seu Mel Tabarzet est Saccharum, ~~Tes~~
Mel bonum.

Tabulare, idest Tabellæ, seu Morfulos conficere.

Tapsus barbatus, idest Verbascum.

Tarathbit, idest Hypocistis.

Taraxacon, idest Cichorium sylvestre.

Tecolithos, idest Lapis Judaicus.

Terere, *Conterere*, idest pila contundere.

Terra Melitea, idest Terra Sancti Pauli, ex Insula Maltha:

Terra mortua est terra ex elixiviatione residua, omnibus facultatibus efficacibus destituta.

Testa appellatur cortex externus ovorum.

Testiculus Vulpis, idest radix satyrij.

Thylypteris, idest filix.

Thymus absolute, idest summitates ipsius florentes:

Thyrus, idest Vipera.

Tblaspi, idest Nasturtium agreste.

Thus Judeorum, *Constita rubra*, *Thymiama*, *Almea*, & *Styrax rubra* idem est, & est fœx styracis calamitæ. Nonnulli etiam Ammoniacum electum Thymiama nominant. Alij etiam corticem thuris: sed per styracem rubram in compositionibus semper intelligatur Styrax Calamita electa, & granulata.

Torna bona, idest Petum.

Torrere, idest in patella, vel sartagine ferrea, igni exposita, medicamenta continuo agitate, vt humiditas absumatur: sic fit Rhabarbarum tostum, Myrobalani, &c.

Tortelle de Seni, idest panis vis coctus.

Tragea, *Tragea*, vide Bellaria.

Tragium primum, idest Fraxinella.

Tragoselinum, idest Pimpinella.

Trichomanes, idest Polytrichum, seu Adiantum rubrum:

Triphera, vel *Trifera*, idest delicata, seu plena delicijs, vel delicijs affueta, seu iuvenilis, quia hominem iuvenilem reddit.

Trixago, seu *Trifago*, idest Chamædryd.

Trochiscare, idest Trochiscos facere.

Tunica, vide Betonica coronaria.

Turio, *Turiones* sicut teneritates summitatum ipsarum arborum; quæ singulis annis crescunt.

Vehiculum, vide Menstruum.

Vena sunt quæ in plantarum folijs apparent, fibræ in ramulos divisæ.

Veneræa, seu *Veneria*, idest Mater Perlarum.

Verbasculum odoratum, idest Primula veris.

Vesicans, *Vesicatorium*, vide *Adurens*.

Vesicaria, idest Alkekengi.

Villi, vide *Fibræ*.

Vinum Hippocraticum, vide *Claretum*:

Viola lutea, idest *Cheyri*.

Virga Pastoris, idest *Dipsacus*.

Vitex, idest *Agnus castus*, qui appellatur etiam *Viticis*:

Vitis Idæa, idest *Myrtillus*.

Vitraria, idest *Parietaria*.

Vitrificare, idest in vitrum redigere, vt ex Antimonio paratur.

Vitriola, idest *Parietaria*.

Umbellæ sunt summitates plantarum sinuosæ, instar nidi avis formatae.

Umbilicus terræ, idest *Cyclamen*.

Ungues sunt extremitates corneæ digitorum: in plantis verò idem sunt quod *alabastris*: sed in floribus est callus ille albus cans calice adhærens, vt in folijs rosarum, &c.

Ungula, *Ungula* sunt cornea tegumenta, quibus pedes nonnullorum animalium conteguntur.

Ungula caballina, idest *Tus-silago*.

Volatilizare, idest volatilem reddere:

Volubilis, idest *Lupulus*.

Volucrum maius, idest *Matrifylva*:

Vreolaris, idest *Parietaria*.

Vreticum, idem est quod *Diureticum*:

Vrina est veluti colamen chylli, & sanguinis, constans ex sale, viscosaque terrea, humiditati phlegmaticæ immista.

Vsnea, vide *Muscus*.

Vva versa, idest *Herba Paris*.

Vulnerarium est quod intus assumptum vulnere consolidacionem iubat.

Xeneſton, vide *Amuletum*.

Zainar, idest *Prellum*, seu *Torcular*.

Zarnich, idest *Arsenicum*.

Zyma Græcè, Latinè fermentum dicitur:

Zymbalaria, idest Umbilicum veneris.

Zinjar, idest Ærugo æris.

Zizipha, *Sorica*, & *Iuiuba* idem est.

CAPUT VI.

DE SUCCEDANEIS, SEU QUID PRO QUO,
vel Substituta, (idest Medicamenta, quæ aliorum
penuria vsurpantur.)

CUM desint enim nostra tempestate multa simplicia me-
dicamenta, quæ vel non inveniuntur, vel vera, & vt de-
cet, ad nos non convehuntur, ob hanc penuriam præstantius
multo est in eorum defectu, ijs vti, quibus sunt eadem fa-
cultates, quam falsa, vitiata, & damnanda iniicere in compo-
sitiones; ac proinde quæ natura, vsuque veris respondent, à
celeberrimis Authoribus tam antiquis, quam modernis ac-
ceptis, sunt quæ sequuntur.

Absynthij Pontici vice, nostrum vulgare.

Acacie vice, succus pruneleorum sylvestrium inspissatus, seu
sumach, vel hypocistis.

Acantbi vice, Malvæ.

Acori vice, Calamus Aromaticus.

Adipis Cervi vice, adeps capræ.

Adipis Vulpis vice, adeps Taxi, vel Vrsi.

Alleluia vice, Oxalix.

Amaraci vice, Maiorana.

Ameos, & *Anmi* vice, Anisum.

Amomi vice, Calamus Aromaticus.

Aqua Marina vice, aqua falsa, itaut ovum in ea supernatet;

Aqua Pluvia vice, aqua fontana pura.

Aristolochia tenuis vice, vna ex tribus, & contra.

Antharitia vice, radix cucumeris sylvestris.

Aspalathi vice, Lignum Aloes, seu cum Augustanis Santalum
Citrinum.

Asphaltos vice, Bitumen Judaicum.

Axungia Anatis vice, axungia gallinæ.

Balsami Veri vice, Balsamum Tolutanum, seu Peruvianum.

Been vice, radix pastinacæ sylvestris.

- Burungi* vice, Cubebæ.
Calamenthi sylvestris vice, Mentha.
Calaminthæ vice, Calamentum, seu Mentastrum, vel Pulc-
 gium.
Camædrys vice, Camæpytis.
Cardamomi minoris vice, Cardamomum maius, & contra;
Carpobalsami vice, Cubebæ,
Cymini Carmenii vice, Cyminum sativum electum.
Citri succi vice, succus Limonum.
Cochleariæ vice, Sytymbrium aquaticum.
Colophoniæ vice, Pix Græca.
Condisi vice, Veratrum nigrum.
Cornerinæ vice, Sardius, vel Sarda.
Costi vice, radix Angelicæ, seu Zedoariæ.
Dauci seminis vice, semen Pastinacæ.
Doronici vice, Caryophyllus aromaticus.
Ebuli vice, Sambucus, & contra.
Eupatorii Mesues vice, Absynthium; vel Absynthij, & Asari
 ana p. æq.
Faufel vice, Santalum Rubrum.
Folij vice, Spica Nardi.
Fulfulmen vice, Piper Nigrum.
Harmel vice, semen rutæ domesticæ.
Herbæ Paris vice, Umbilicus Veneris.
Heuphifstidos, vel Henfiftides vice, succus foliorum, & florum
 Ledon.
Hormini vice, Ben.
Iridis Illyricæ vice, radix Iridis Nostratis.
Lapidis Armeni vice, Lapis Lazuli.
Lycij vice, grana Rhamni in purgantibus: in adstringentibus
 succus Rhois: in alijs Oxyacantha.
Malobatri vice, Spica Nardi.
Mandragoræ vice, Hyoschyamus, vel Solatrum.
Marathri vice, quod Fœniculum est sylvestre, Fœniculum
 commune.
Mari vice, Maiorana sylvestris.
Marmacur vice, Melissa.
Meu vice, Angelica.
Molybdena, seu Plumbago vice, Lithargyrium.
Ocyimi citrati vice, Melissa.

Olei de Ben vice, Oleum de Nuce communi.

Opobalsami vice, Balsamum ex Nova Hispania alatum, seu oleum Nucifæ, vel oleum Caryophyllorum aromaticorum.

Ofsis de Corde Cervi vice, Cornu Cervi crudum.

Picis Navalis vice, Pix nigra.

Palegij Cervini vice, Diſtamnum Creticum.

Pbapontici vice, Rhabarbarum.

Ribes, vel Ribesi vice, Acetosa, seu succus citri, vel acrestæ, seu granatorum.

Salis Indi vice, Sal Gemma.

Sanguinis humani vice, Sanguis porcintus.

Sardonice vice, Sardius, vel Sarda.

Sebesten vice, Pruna passa, seu Iuiubæ.

Secacul vice, radix Eryngij, seu Pastinacæ sylvestris.

Sigilli Lemni vice, Bolus Armena.

Sileris montani vice, Seseleos, & contra.

Spodij Arabum vice, Spodium Nostrum.

Terebinthinae vice, in Electuarijs Maltiche, in Emplastris Colophononia.

Tribuli Marini vice, Tribulus Terrestris, vel radix Ari.

Turpethi vice, Jalappa, vel Mechoacanna, sed Mechoacanna sit pondus duplum.

Vini Malvatici vice, Vinum Moschatelinum.

Xylobalsami vice, Lignum Aloes.

Zurumbet vice, Zedoaria.

Characteres in presenti opere occurrentes : Ponderumque, ac Mensurarum explicatio.

ʒ. — Semis ; inservit pro omnibus ponderibus, ac mensuris, gutta excepta.

℥. — Libra : Libra Vna Medicinalis, seu Pondus continet uncias duodecim.

ʒ. — Vncia : continet Drachmas octo.

ʒ. — Drachma, vel Dinarius, seu Nux Pontica : singula continent scrupulos tres.

ʒ. — Scrupulus, vel Scriptulum, seu Grammatarius : singula continent grana viginti, & quatuor.

- G.** — Granum.
G. — Gutta.
P. — Pugillus: idest quod manu digitis simul in extremitatibus compræsis sumitur.
M. — Manipulus: idest quod manualis herbarum fasciculus; quem manu quis apprehendit metendo: sed communiter sumitur vncia vna, pro manipulo vno.
N. — Numerus: vtuntur eo Medici quando numerant aliquas res, vt solent fructus, panes auri, vel argenti, &c. numerare.
ana. — idest singulorum tantundem, vel partes æquales: v. g. vbi sunt duæ, vel plures res in vno ana, intelligatur, quod quantum de vna re accipitur in illo ana, tantum de singulis sit accipiendum.
p. æq. — idest partes æquales omnium sumendas.
pp. — idest præparatum.
S. A. — idest secundum artem.)
q. f. — idest quod sufficiat.) cum Pharmacopæo modus componendi, aut ponderandi, vel mensurandi iusta Pharmaceuticas regulas committitur.
q. v. — idest quantum vis: cum Pharmacopæi arbitrio pondus, vel mensura relinquitur.
B. M. — idest Balneum Mariæ, seu vas duplex, vel Diploma;
B. V. — idest Balneum Vaporis, seu Roris.
Aureus, Solidus, Exagium, seu Dorximi, singula continent scrupulos quatuor.
Obulus, idest Scrupulus semis.
Siliqua, Ceraneum, vel Kirat, singula continent grana quatuor;
Danic, seu Onolofar, singula continent grana octo.
Lupulus continet grana septem.
Libra Medicinalis mensuralis capit vncias decem ponderales olei.
Vncia Mensuralis capit drachmas sex, & scrupulos duos.
Chus, Choa, Chocus, seu Congius, singula capiunt Sextarios sex.
Sextarius, seu Kis, singula capiunt Heminas duas.
Hemina, Cotyla, seu Trybillion, singula capiunt vncias novem;
seu Cyatus sex.

Cyatus capit vnciam vnam, & semisem, seu Coclearia decem;
Coclearium mensurarum minimum est, & capit drachmam
vnam, & ferè grana quatuor decim, & semisem.

Sesquilibra, idest libra vna, & semis.

Sesquivncia, idest vncia vna, & semis.

Sescuncia, idest vncia vna, & semis.

Semiuncia, seu semuncia, idest vncia semis, & sic de cæteris.

Nota: In Compositionibus Mynsichtianis, libra intelligitur
civilis, idest vnciarum sexdecim; in reliquis verò Medica,
idest vnciarum duodecim, ut dictum est.

Finis Libri Primi.





TYROCINIUM PHARMACEUTICUM;

LIBER II.

ANTIDOTARIUM, SEU DISPENSATORIUM, vel Antidotorum tractatus.

CAPUT I.

DE ELECTUARIIS LIQUIDIS, SEU CONFECTIO-
nibus, Lohoch, & Bolis.

Electuarium, seu Confectio Alchermes Mesues:

℞. Serici crudi succo granorum tinctoriorum recentè tincti
℞j. succi pomorum dulcium recentè extracti, & depura-
rati, & aquæ rosarum ana ℞i℞. macerentur in loco tepido
per 24. horas: deinde coquantur paulisper, vel donec liquo-
res illi rubeant, continenter sericum agitando: mox fortiter
exprimatur, & cum colatura decantata, & sacchari optimi
℞i℞. fiat Syrupus crassus. Deinde accipe Ambraë gissæ opti-
mæ ℞℞. pulverisa, & dissolve cum tantillo Syrupi prædicti
tepefacti, cum cæteroque misce: Moschi electi ℞j. dissolve
cum guttis aliquot aquæ rosatæ, & misce cum prædictis.
Postea adde in subtilissimum pulverem redacta sequentia:
Ligni aloes, & cinnamomi ana ℞vj. Lapidis Lazuli loti, &
pp. & Margaritarum albarum pp. ana ℞ij. misce omnia pro-

bè, & adde panorum auri N. CC. vsuique Confectionem aſſerva

Vel: ℞. Serici crudi à bombicibus viventibus, & pelliculis albis internis purgati, & optimè carminati ℥iv. succi pomorum dulcium recenter extracti, & depurati, & aquæ rosatæ ana ℥iſſ. miſce, ac digere igne leni cinerum per 24. horas in vaſe vitreo ritè clauſo: hinc fortiter exprime, & liquorem expreſſam iterum digere, vt antea cum granorum chermes recentium integrorum, & probè tritorum ℥viiij. deinde coquantur in eodem vaſe igne lento per horas tres: mox cum colatura: & ſacchari optimi ℥iſſ. fiat Syrupus craſſus, cui adde reliqua ſupra dicta.

Vires: Cor, ac vitales vires roborat, ſyncopem, & cordis palpitationem pellit, cerebro quoque, ac animali facultati languidæ eximie ſuccurrit, necnon ab apoplexia præſeruat. Datur melancholicis, meſtis, tedio, & ſqualore confectis, ſpontè illacrimantibus, meticuloſis, ac triſtibus. Doſis à ℥ß. ad ℥ij.

Aſſervatur etiam hæc Confectio in officinis ſine Ambra, & ſine Moſcho, quam accipimus, quando à Medicis præſcribitur Confectio Alchermes ſine odore, ſeu ſimplex, vel incompleta, quia Aromata, vt ſunt Ambra, Moſchus, & Zibethum in medicinis mulieribus ſubminiſtrandis debent omitti, propter ſuffocationem matricis.

Sunt, qui ſericum in hoc electuarium omittunt, inquiens; quod Meſues tantum in ſericum virtutem chermes quærebat, ſed advertendum eſt, quòd ipſe in Syrupo de Pomis inquit: *Quidam huic ſucco nondum per reſidentiam purgato immergunt ſericum (nota) crudum, cocco baphicà recenti tinctum, donec is rubefcat, & cocci, (nota) ac ſerici facultatem receperit, iſque eſt præſtantior.*

Sylvius autem de hoc Syrupò agens inquit: *Ne autem accipe ſericum pannum ab infectioribus tinctum in chermes cum alumine, & alijs quod illud chermes à ſucco baphicæ cocci ſit diuerſiſſimum.* Idem in Syrupo de Corticibus citri ait: *Ne autem accipe pannum ſericum tinctum in chermes, rem à noſtra natura, & cocci alienam, non ſolum per ſe, ſed ob aluminis, & aliorum tinctura panni huius neceſſariorum miſtam malignitatem.*

Confectio Hyacinthorum ex Neapolitana Scheda.

℞. Hyacinthor. pp. ℥iſſ. ſamaragdor. ſapphiror. & rubinor. ana

℥ij.

℞ij. corallij vniufque, ſpodij, rafuræ eboris, & ligni aloes ana ꝑ℞. margaritar. ℞ij. croci gr. xv. ofſium de corde cervi N. x. cornu cervi crudi, ſeminis portulacæ, coriandri, & acetofæ ana ℞j. radicis bugloſi ℞x. dictamni cretici, tormentillæ, terræ ſigillatæ, boli armenæ, & roſar. ana ℞v. ſeminis citri ℞vj. folior. auri N. xxx. ambriæ, & moſchi ana ℞℞. Syrupi Limonum q. ſ. ideſt pro vnaquaque vncia puluerum libra ſemis Syrupi. Crocus ab oleo inter chartas exiccatus, & ſubtiliter pulueratus miſceatur cum Syrupo: ambra, & moſchus etiam miſceantur, vt in Confectione Alchermes eſt notatum: deinde cætera ſubtiliter puluerata probè miſceantur, & detineantur in vaſe vitreo, ſeu vitreato per dies 15. ſæpè in diem cum ſpatula lignea agitando: deinde adde panes auri, & ad uſum aſſerua.

Vires: Valet in febris acutis, & malignis, vires deperditas reſtaurat, cor roborat, putredinem arcet, coctionem iuvat. Doſis. à ꝑ℞. ad ℞ij.

Confectio Hyacinthorum Alia.

℞. Hyacinthor. ꝑꝑ. corallij rub. terræ ſigillatæ, & boli armenæ ana ꝑ℞. ſaphiror. margaritar. rubinor. topatior. corallij albi, & ſerici crudi ana ℞j. granor. chermes, tormentillæ, trium ſantalor. ſeminis citri, dictamni cretici, roſar. rub. myrrhæ, croci, rafuræ cornu cervi, ofſis de corde cervi, ſeminis acetofæ, & portulacæ, rafuræ eboris, ligni aloes, & radicis bugloſi ana ℞vj. panor. auri, & argenti ana N. L. ambriæ, & moſchi ana gr. xv. Paretur, vt ſupradicta cum Syrupo ſorum tunicæ, loco Syrupi Limonum.

Confectio Cordialis Gentilis contra melancholiam ex Fulgino.

℞. Pineorum aqua tepida per noctem infuſorum, & exiccatorum ℞j. amygdalar. dulcium, & quatuor ſeminum frigidor. maior, mundator. ana ℞j. piſta, & tranſmitte per ſetaceum equinum, & detine: interim accipe ſacchari canti violati, & ſacchari canti roſati ana ꝑ℞. penidiortum ℞ij. Sacchari in aqua roſarum, & bugloſi ſoluti, & ad conſiſtentiam craſſiorem cocti ℞ij. in quibus diſſolve tria ſupradicta, & adde pulueres ſequentes: ſorum borraginis, & bugloſi, ſeminis endiviæ, & portulacæ, & liquiritiæ rafæ ana ℞ij. ſpodij ꝑꝑ. ſantali citrini, ligni aloes, tragacanthi, gummi arabici, cin-

namomi, croci, seminis ocymi, corticum citri, & margaritar. pp. ana ℥j. santali albi, & rubri, rosarum, macis, cardamomi, sapphiror. & rubinor. pp. ana ℥ss. caryophyllor. spicæ, & mastiches ana ℥j. misce probè, & frigesactis misce femina asservata, & ultimo adde panor. auri, & argenti ana N. C. vsuique asserva.

Vires: Flatus discutit melancholicos, obid exhilarat, coctionem iuvat, spiritusque auget. Dosis à ℥ss. ad ℥ij. Potest dari etiam febre presenti, quia modicè calida est.

Electuarium è Sassafras.

℞. Ligni Sassafras odoratissimi ℥ij. cinnamomi acuti ℥ss. aquæ fontanæ ℔ss. infunde per 24. horas loco tepido in cucurbita vitrea, cum suo capitello, & recipiente, commissuris probè lutatis: hinc distilla igne arenæ circiter ℔ss. liquoris: ex residuo in cucurbita relicto fiat expressio, & colatura, cui adde sacchari albi ℔ss. coque in syrupum crassioris consistentiæ, & adde liquorem distillatum: deinde misce pulveres sequentes: Ligni Sassafras odoratissimi ℥ij. cinnamomi ℥ij. nucis moschatae ℔ss. moschi gr. iij. ambre griseæ gr. xxij. folior. auri N. x. fiat Electuarium.

Vires: Stomachum roborat, spiritus auget, cor confortat, exhilarat, coctionem iuvat, sanguinem purificat. Dosis à ℥ij. ad ℥ij.

Electuarium Baccarum Juniperi.

℞. Baccar. Juniperi succulentium contussar. ℔j. aquæ tepidæ ℔ij. infunde per 24. horas: cola, & colaturæ adde sacchari ℔j. coque ad syrupi crassioris consistentiam: deinde adde Electuarij è Sassafras ℥jv. dissolve exactè, & misce subtiliter pulverata: calami aromatici ℥ss. macis ℥j. croci ℥ij. fiat Electuarium.

Vires: Diureticum, stomachicum, cordiale, & alexipharmacum est insigne: status discutit, digestionem iuvat, sudores cit, &c. Dosis à ℥j. ad ℥ss.

Theriaca Smaragdorum ex Ferdinando de Sepulveda.

℞. Smaragdor. pp. & visci quercini ana ℥ss. hyacinthor. pp. croci & rasuræ eboris ana ℥j. seminis, & radicis pœoniæ ana ℥ss. cinnamomi ℥j. seminis citri, & dictamni cretici ana ℥vj. seminis acetolæ, granor. chermes, & corallij rub. pp. ana

ana ℥iij. galangæ ℥ij. Syrupi Limonum cum melle loco sacchari parati ℥vj. Semina pœoniae, & citri excorticata extrahantur per setaceum, & misceantur cum tantillo syrupi frige facti: crocus exiccatus, & pulveratus dissolvatur, seu misceatur in syrupo: cæteraque addantur subtiliter pulverata, quibus frige factis misce semina asservata, vsuique asserva.

Vires: Valet contra epilepsiam, & spasnum, & præterea prodest etiam in omnibus, in quibus Confectio Hyacinthorum. Dosis à ℥o. ad ℥ij. in adultis à ℥j. ad ℥o.

Theriaca de Citro ex Valentina.

R. Seminis citri recentis excorticati, & per setaceum equintina traiecti ℥vj. seminis acetosæ ℥ix. radice dictamoi, seminis cydoniorum, sem. bombacis, & rasuræ cornu cervi ana ℥vj. croci ℥ix. medullæ nucum per setaceum equinum traiectæ ad pondus omnium; syrupi acetositatis citri ℥vj. Crocus exiccatus, & pulveratus misceatur cum syrupo, quibus addantur pulveranda pulverata; vltimò misceantur semen citri, & medulla nucum, vsuique asserva.

Vires: Prodest in morbillis, & variolis, etiam in affectibus cordis, & febribus punicularibus. Dosis à ℥j. ad ℥iij. & ultra.

Tryphera Sarracenicæ Magna ex Mesue.

R. Myrobalanor. omnium, amygdalar. dulc. & amarar. ana ℥v. cinnamomi, trium piperum, secacul, folij, spicæ, cardamomi vtriusque, cassiæ, scitaragi, cyperi, apij, linguæ avis, caryophyllor. been vtriusque, zingiberis, ligni aloes, rhabbarbari, seminis foeniculi, & mastiches ana ℥ij. nucis moschatae, macis, & sesami excorticati ana ℥iij. Alfeleniemisch, menthæ, origani ana ℥o. Myrobalani triti fricentur cum butyro vaccino recente: aliæ verò species cum oleo amygdalar. dulc. & fiat confectio cum triplo mellis despumati, & cocti, vsuique asservetur.

Vires: Concoctionem ventriculi, & hepatis suo calore iuvat, obid status dissipat, humores in ventriculo, & alijs visceribus absorbit: oris, & corporis odorem, & colorem commendat, lassitudinem tollit, sanitatem presentem tuetur, & morborum generationem prohibet, venerem auget, hamorrhoidas sanat. Dosis à ℥j. ad ℥iij.

Confectio Anacardina ex Mesue.

℞. Piperis nigri, & longi, myrobalanor. chebulor. emblicor, bellericor. & indor. & castorij ana ℥ij. costi, anacardij ꝑꝑ. sacchari albi, seminis nigellæ, & baccar. lauri ana ℥vj. cyperei ℥ß. Anacardia infundantur per noctem in aceto, exciencentur, ponderentur, & per se terantur, quibus admisce reliqua trita, & omnia excipiantur cum butyri recentis non saliti, & mellis despumati, & cocti ana ℥vß. vt fiat Electuarium.

Confectio Anacardina reformata.

℞. Anacardij ℥iß. myrobalanor. indar. ℥j. radicis costi, cyperei longi, baccar. lauri, & seminis ocymi ana ℥vj. piperis longi ℥ß. castorij ℥ij. sacchari albi, & mellis despumati ana ℥ix. Saccharum, & mel Syrupifentur cum aqua maioranæ, vel alia aqua caphalica, quibus excipiantur reliqua subtiliter pulverata, vt fiat Electuarium in opiæ consistentia.

Vires : Valet ad ventris totius inferioris, & cerebri affectus frigidos, sanguinem purificat, ac inde spiritu animali purgatior, & tenuiore reddito, sensus omnes, apprehensionem, intellectum, & memoriæ iuvat : vnde eam Mesues Confectionem sapientum esse dixit ; totum nervosum genus calfacit : necnon corpori vividum colorem præstat. Cautè tamen, & non ante semestrem tempus, post perfectam fermentationem, hoc medicamento est utendum, & ab eius assumptione à labore, ira, coitu, & ebrietate cavendum. Dosis à ℥ß. ad ℥iß.

Theriaca Diatesaron ex Mesue.

℞. Gentianæ, baccar. lauri, myrthæ, & aristolochiæ rotundæ ana ℥ij. pulverata subtiliter confice cum mellis despumati, & cocti ℥ij. vsuique asserva.

Vires : Ictibus scorpionum, & potioni veneni confert : in affectibus frigidis, epilepsia, paralyti, spasmo, tum in inflatione ventriculi, & eius dolore, coctionem iuvat ; etiam hydropi, cachexiæ, & obstructioni prodest. Dosis à ℥ij. ad ℥jv.

Theriaca Magna Andromachi Senioris ex Galeno.

B. Trochiscorum Scylliticorum ℥vj. Trochiscorum Vipera-
rum, Trochiscor. Magmatis Hedychroi, piperis longi, &
opij ana ℥ij. rosar. rub. iridis Iliricæ, succi glyzyrrhizæ, se-
minis buniadis dulcis, opobalsami, seordij, cinnamomi, aga-
rici trochiscati, myrrhæ, costi, croci, cassiæ lignæ, spicæ
nardi, floris junci odorati, thuris, piperis nigri, dictamni cre-
tici, summitatum marrubij, rhei pontici, stœcadis, seminis
petroselini, calaminthæ, terebinthinæ chiæ, zingiberis, &
radicis pentaphylli ana ℥vj. polij montani, chamæpytis, sty-
racis calamitæ, amomi, nardi celticæ, sigilli lemnij, phu, semi-
nis chamædryos, malobatri, chalcitidis ad albedinem calci-
natæ, gentianæ, anisi, succi hypocistidis, carpobalsami, gum-
mi arabici, seminis fœniculi, seselli, acaciæ, seminis thlaspi,
hyperici, sagapeni, mei athamantici, ameos, & cardamomi
minoris ana ℥ss. castorij, radicis aristolochiæ clematidis, se-
minis dauci, asphaltos, opopanax, centaurij minoris, &
galbani ana ℥ij. Mellis optimi q. s. vini albi antiqui quod sa-
tis sit ad succos, & gummata dissolvenda, & mel despu-
mandum.

Modus parandi: Accipe ℔x. mellis optimi, (quale est
quod ex Budia nobis asportatur) cum vino optimo despumati,
& ad iustam consistentiam cocti: crocus exiccatus, & subtili-
ter pulveratus cum pauculo mellis supradicti misceatur: styrax
optimè pistata cum terebinthina (si ad manum sit) & pauculo
mellis assignati misceatur, calorigue B. M. liquefiant, & trans-
colentur per setaceum sericum, eisq; misceatur balsamum:
chalcitis, & castorium seorsim cum vino dissolvantur: opium,
succus glyzyrrhizæ, & hypocistidis, gummi arabicum, sagape-
num, opopanax, myrrha, & galbanum cautè cum vino dissol-
vantur, & transcolentur per setaceum sericum: hinc hæc omnia
soluta cum reliquo melle misceantur: cæteraque cum suavita-
te, magnaque curia in subtilissimum pulverem reducantur, &
in vase vitreato capacissimo iniiciantur, eisq; affundatur seb-
sim, & semper agitando mel cum solutis, vt dictum est mis-
tum, & cum spatula lignea diu agitentur, donec vniversa vni-
ta, & in vnâ substantiam redacta sint, & sic detineantur soli,
vel loco calido per quadraginta dies, singulis diebus diu agi-
tando: mox Theriaca asseruetur, & post annum eâ vtentur
Medici, vsque ad annos quadraginta.

Vires: Valet ad gravissimas passiones totius corporis humani. Contra omnia venena serpentum, & reptilium. Epilepticis, hemi-
cranicis, apoplecticis, cephalalgicis, & stomachicis affectibus pro-
dest, & etiam nephriticis, calculosis, illiosis, arteriacis, asthmati-
cis, & ictericis. Menstrua educit, & foetum mortuum expellit,
Lepram, variolas, frigus, & ceteras passiones inveteratas emen-
dat. Omnem defectionem sensuum relevat. Cor, cerebrum, hepar,
stomachumque confortat. Totum corpus incorruptum ducit, &
custodit. Dosis à ℥b. ad ℥ij.

Theriaca dicitur omne medicamentum, quod ferarum morfi-
bus medetur: in specie autem Theriaca vocatur Antidotus
praesens, quia efficacissima est ad venena omnia coagulantia, &
contagiosa, in primis verò ad morsus viperarum, à quibus no-
men accepit.

Mitridatium Damocratis ex Galeno.

℞. Myrrhae electae, agarici, croci, zingiberis, cinnamomi, spicae;
thuris, & seminis thlaspi an ℥x. seseli, opobalsami, schœ-
nanthi, stoechadis, costi, galbani, terebinthinæ, piperis lon-
gi, castorij, succi hypocistidis, styracis, opopanacis, malo-
batri, casia lignæ, polij, piperis albi, scordij, seminis dauci
cretici, carpobalsami, Trochisci Cyphi, bdellij, nardi celti-
cæ, gummi arabici, seminis petroselini, opij, cardamomi, se-
minis foeniculi, gentianæ, rosarum, & dictamni cretici ana
℥v. anisi, asari, radicis ari, acori, phu, & sagapeni ana ℥iij.
mei athamantici, acaciæ, ventris scinci, & summitatum hy-
perici ana ℥iij. vini albi optimi q. s. pro succis, & gummatis
dissolvendis, mellis optimi despumati, & ad iustam consis-
tentiam costi ℞jx. Paratur eodem modo, quo Theriaca, &
valet ad eadem. Dosis à ℥b. ad ℥ij. Nomen accepit à Mitri-
datio Ponti Rege.

Orvietanum.

℞. Radicis vincetoxi, zedoariae, carlinae, angelicae, petasitidis,
valerianæ, dictamni albi, enulae, & chelidonij ana ℥iij. fol.
dictamni cretici, scordij, & ruta ana M. iij. myrrhae electae
℥j. galbani ℥iij. croci ℥xv. cinnamomi, & caryophyllor. ana
℥b. opij correcti ℥iij. olei distillati citri, & succini ana ℥iij.
sulphuris electi, & terræ sigillatae ana ℥j. salis volatilis vipe-
rarum ℥vj. pulveris viperarum ℥ij. Pulveranda pulverentur
subtiliter, galbanum, & opium dissolvantur cum vino, &

Omnia excipiantur cum melle Juniperino, itavt fiat electuarium molle, addendo sub finem olea distillata, & in vase clauso fermentetur per aliquot menses. Orvietanum est Cognomen Agyrtæ.

Vires: Hanc Orvietani descriptionem pro vera, ac genuina à quodam Italo communicatam accepisse dicit Hoffmannus, eamque non exigua virtutis, tum in febribus malignis, tum in sumptis venenis, in convulsiones & que ferocientibus compefcendis expertum fuisse. Dosis à ℥℔. ad ℥i℔.

Opiata Salomonis Juberti Renodei.

℞. Conservæ rosar. recentis, & conservæ acetosæ ana ℥i℔. conservæ anthos ℥℔. Mitridatij, conservar. helenij, & buglosi ana ℥vj. seminis contra vermes, & citri mundati ana ℥iij. cinnamomi ℥ij. caryophyllor. & ligni aloes ana ℥j. dictamni albi, cardui benedicti, & corticis citri sicci ana ℥j. & gr. xv. cardamomi, & macis ana ℥ij. & gr. xv. radìcis gentianæ ℥℔. ossium de corde cervi N. jv. granor. Juniperi in aceto cylitico per noctem infusor. N. xxv. corticis citri conditæ, & sacchari solidi ana ℔℔. Syrupi acetositis citri q. s. ad Mitridatium, conservas, & saccharum in liquidiuscalam formam reducenda, quibus misceatur cætera pulverata, vt fiat opiata.

Vires: Moribus pestilentialibus, & contagiosis medetur, partes, quæ principatum tenent roborat, putredinem arcet, vermes necat, vomitionibus confert, & quavis ex causa languentibus, & imbecillis auxiliatur. Dosis à ℥ij. ad ℥i℔.

Electuarium Diphoreticum, sive Bezoardicum Ludovici.

℞. Radicum carlinæ, & Angelicæ ana ℥iij. myrrhæ ℥ij. pulveris viperarum, & floris sulphuris ana ℥x. terræ sigillatæ ℥i℔. croci orientalis, opij selecti, & cinnamomi ana ℥vj. caryophyllor. ℥℔. extracti baccar. Juniperi, & mellis optimi despumati ana ℥xxxj. Pulveranda pulverentur subtiliter, & fiat Electuarium S. A. Convenit cum Theriaca, Mitridatio, & Orvietano. Dosis à ℥j. ad ℥jv.

Diascordium Hyeronimi Fracastorij.

℞. Scordij ℥j. opij, & seminis acetosæ ana ℥i℔. cinnamomi, cast

ſia lignæ, terræ lemnæ, dictamni cretici, tormentillæ, biſſi tortæ, galbani, gummi arabici, & gentianæ ana ℥ſſ. ſtyracis calamitæ ℥iſſ. boli armenæ ℥iſſ. piperis longi, & zingiberis ana ℥ij. mellis deſpumati, & cocti ℔iſſ. conſervæ roſarum ℔j. Galbanum, & opium diſſolvantur cum vino optimo, colentur, & ad mellis conſiſtentiam inſpiſſentur: ſtyrax, & conſerva ſeorſim diſſolvantur cum melle adhuc calente, & omnia hæc ſoluta cum reliquo melle probè miſceantur, quibus addantur reliqua ſubtiliter pulverata, vt fiat Electuarium, uſu affervandum.

Vires: Valet in febris epidemicis, & contagioſis: in colica, & ſimilibus: putredinem reſiſtit, lumbricos necat. Utuntur eo Medici in ijs, in quibus Theriaca locum non habet, vt pueris, & gravidis. Doſis à ℔j. ad ℥j. & ultra.

Requies Magna Nicolai.

℞. Roſar. rub. & violar. ana ℥iij. opij, ſeminis hyoſcyami, paveris albi, & nigri, ſcariolæ, lactucæ, portulacæ, pſyllij, cortic. radicis mandragoræ, aucis moſchatae, cinnamomi, & ſacchari ana ℥iſſ. trium ſantalor. & tragacanthi ana ℔ij. & gr. v. Opium, & tragacanthum in vino diſſolvantur; cætera ſubtiliter pulverentur, & cum triplo mellis deſpumati, & cocti excipiantur, quibus addantur ſoluta, vt fiat Electuarium.

Vires: Requies appellatur ab effectu, quod dolorem obtundat, & mitiget, caloremque febrium mitiorem reddat, & ijs, qui hanc ſumunt, requiem afferat. Eſt etiam utilis temporibus, & pulſibus manibus inuncta, cordis dolorem lenit, ſomnumque conciliat. Doſis à ℔j. ad ℥j.

Philonium Magnum, ſeu Romanum ex Nicolao Myreſſio.

℞. Piperis albi, & ſeminis hyoſcyami ana ℥v. opij ℥iſſ. caſſiæ lignæ ℥ij. ſeminis apij, myrrhæ, & caſtorij ana ℥j. ſeminis petroſelini, fœniculi, & dauci cretici ana ℔ij. & gr. v. croci ℔j. ſpicæ, pyrethri, & zedoariæ ana gr. xv. Opium in vino diſſolvatur, cæteraque ſubtiliter pulverentur, & cum triplo mellis deſpumati, & cocti electualifentur.

Vires: Colicos affectus, lethales dolores ventris, hypochondri-

rum, ventriculi, uteri, hepatis, lienis, renum, cæterarumque partium ab intemperie frigida, flatibus crassis, aut crudis humoribus ex citatos sedat: tusses intensissimas suffocationis periculam minantes, ex cordis, aut pulmonis incendio, singultum etiam vehementem, necnon urinx difficultatem liberat: sanguinis educationibus, tabidis, suspiriosis, & pleuriticis confert: hæmorrhagiam sistit, insomnia levat, & somni conciliatione vires reficit, ac recreat, doloresque omnes abigit. Dosis ℥j.

Philonium idem significat, quod Confectio Philonis, ab ipsius inventore Philone, qui fuit primus inventor istiusmodi antidoti.

Philonium Persicum ex Mesue.

℞. Piperis albi, & hyoscyami albi ana ℥x. opij, & terræ lemnix ana ℥v. lapidis hæmatites, & croci ana ℥iij. castorij, spicæ, euphorbij, pyrethri, margaritar. charabe, zedoariæ, trochiscor. Rhamich, & doronici ana ℥ss. camphoræ ℥ss. mellis despumati, & cocti triplum: fiat Electuarium S. A.

Vires: Valet ad uteri hæmorrhagiam, & procidentiam: hæmorrhoidas, & cruentas excretiones per inferna: sanguinis sputum, ac menstruorum nimium profluvium compescit, & foetum in utero retinet. Dosis à ℥j. ad ℥j.

Micleta ex Nicolao Myrepsio.

℞. Myrobalanor. citrinor. chebulor. & indor. ana ℥iij. belle-ricor. & emblicor. ana ℥ij. omnes assentur ante quam ponderentur: hinc accipe seminis nasturtij, cymini, anisi, fœniculi, & carui ana ℥ij. omnia macerentur in aceto per diem, & noctem: deinde assentur (sine abstracto aceto) in vase terreo; deinde pulverentur cum spodij, balauztij, mastiches, corticis seminis lumach, & gummi arabici ana ℥j. & gr. xv. fricentur omnia cum oleo rosato: postea pro vnaquaque vncia pulverum accipe vncias tres syrupi myrtilorum, & fac Confectionem, vsuique asserva. *Micleta*, idest experta.

Vires: Vtilis est dysenteria intestinorum levitate laborantibus; inflationibus intestinorum: ad omnes insuper celiacos affectus, atque hæmorrhoidas fluentes efficax. Dosis à ℥j. ad ℥iij.

Electuarium Baccarum Lauri ex Augustana:

R. Folior. rutæ domesticæ ℥x. seminis ameos, cumini, nigellæ, ligustici, dauci, carui, calami aromatici, origani, piperis nigri, & longi, menthastri, baccar. lauri, castorij, & amygdalar. amarar. per setaceum equinum traiectat. ana ℥ij. sagapeni ℥ss. opopanacis ℥iij. mellis despumati, & cocti ℥xvj. & ℥vj. fiat electuarium S. A.

Vires: Prodest in colica ventosa, in supressione urinae, hysteriis affectibus, ad menstrua excitanda. Dosis à ℥j. ad ℥j. etiam in Clysteribus à ℥ij. ad ℥vj.

Electuarium de Artemisia Nicolai Gervasij.

R. Artemisiae ℥ss. sabinae, aristolochiae vtriusque, orobi, & lã pinor. ana ℥iij. pulegij, anisi, & foeniculi ana ℥x. Pulverata excipe cum mellis despumati, & cocti triplo, vt fiat Electuarium.

Vires: Menstrua, & lochia supressa provocat, partum accelerat, foetum mortuum expellit, morbisque omnibus, qui ab utero suos natales agnoscunt conducit. Dosis à ℥j. ad ℥ij.

Antidotum Hemagogum Nicolai.

R. Asari, acori, amomi, seminis atriplicis, & foeniculi ana ℥j. & gr. vj. aristolochiae longæ, artemisiae, cassiae lignæ, myrrhae, pyrethri, pulegij, spicae, seminis rutæ, & petroselini ana ℥ij. & gr. xvj. centaury minoris, & maioris, dauci cretici, anisi, nigellæ, aluminis, & caryophyllor. ana ℥ij. ellebori nigri, orobi, & cyperi ana ℥j. folior. lauri ℥j. & gr. xvj. liquiritiae ℥jv. lupinorum ℥ij. piperis nigri ℥v. & gr. vij. pœoniae ℥j. & gr. vij. flor. iunci odorati ℥ss. sabinae, & seminis apij ana ℥iij. radice capparis, & cymini ana ℥j. xylobalsami ℥j. & gr. xvj. subtiliter pulverentur, & cum quadruplo mellis despumati, & cocti confice, vsuique asserva.

Vires: Menses potenter provocat: diureticum est insigne, lapidem in vesica rumpit, & purgat, urinam movet, stranguriam sanat, colicis affectibus prodest, & stomachi indigestioni: foetum mortuum, secundinas, & post partum, quæ non sunt purgata extrahit. Dosis à ℥ss. ad ℥ij.

Confectio Lithonriptica Eiusdem.

R. Spicæ, zingiberis, xylobalsami, acori, cinnamomi, peucedani, meu, melanopiperis, leucopiperis, macropiperis, & saxifragiæ ana ℥iſſ. opobalsami, caryophyllor. costi, thapontici, liquiritiæ, cyperi, tragacanthi, seminis alexandriæ, chamædryos, seminum apij, aspartagi, basilici, vrticæ, & citri ana ℥j. & gr. xv. folij, croci, schœnanthi, euphorbij, lapidis lycis, olei nardini, & moschelini ana ℥j. & gr. jv. Pulveranda pulverentur subtiliter, & cum triplo mellis despumati, & costi fiat Confectio. S. A.

Vires: Vriam provocat, lapides tam ex renibus, quam ex vesica frangit, & expellit. Dosis à ℥j. ad ℥iij.

Electuarium Chalybeatum, seu Martiale.

R. Croci martis aperitivi ℥iij. tartari martialis solubilis, & extracti martis aperitivi ana ℥ij. cinnamomi, nucistæ, & corticum exteriorum arantior. ana ℥ij. rhabbari ℥℔. Pulveranda pulverentur, & excipiantur cum ℥xviij. syrupi capillorum veneris, quibus adde tartarum, & extractum in infusione artemisiæ soluta, vsuique asserva.

Vires: Obstructiones aperit, cachexias curat, menses provocat, chlorosis, & ictero medetur. Dosis à ℥j. ad ℥ij.

Electuarium Antivenereum.

R. Flor. stœchadis summitatum salviæ, & granor. maturor. ebulor. ana ℔℔. radicis iridis, helenij, & granor. sambuci ana ℥jv. contusa infunde in ℔vj. vini albi optimi supra cineres calidos per dies quatuor, in vase vitreo probè obturato; deinde cola, & detine: interim residuum infunde, vt antea in ℔vj. vini: cola, & colaturæ adde mellis optimi ℔vj. & coque in syrupum crassioris consistentiæ, cui adde colaturam supra asservatam, & iterum coque ad mellis crassitiem igne lenissimo, cola, & in eo dissolve extracti baccar. Juniperi, & Confectionis Hamech compositæ ana ℥jv. Theriacæ Magnæ ℥ij. ultimoque miscè in subtilissimum pulverem reducta sequentia: ligni guaiaci resinosi, & smilacis asperæ ana ℥jv. folior. fennæ ℥ij. corticum radicum ellebori nigri, & Panacæ Mercurialis ana ℥j. fiat Electuarium.

Vires: Non solum ad humores venereos, sed etiam podagram, &

chirogram, serophulas, & similes infirmitates, ex humoribus viscidis, tartareis, & similibus provenientes eradicandos mirifice prodest. Dosis à ℥ij, ad ℥℥. aegroto antea preparato, sub mane, per aliquos dies continuando.

Diaphœnison ex Mesue, quod scripsit Hamech.

℞. Dactylorum immaturor. in aceto albo per triduum maceratur. & per setaceum equinum traiector. ℥iiss. mellis depumati, & cocti ℥iiss. & ℥vj. penidij ℥ss. & ℥ij. Peniditum in aqua solutum, & syrupifatum misce cum melle, quibus adde dactylos traiectos: deinde misce sequentia pulverata: turbith ℥jv. & ℥iij. zingiberis, piperis longi, folior. ruta, cinnamomi, macis, ligni aloes, anisi, fœniculi, dauci, & galangæ ana ℥iiss. mixta, & frigesacta adde amygdalar. dulc. per setaceum traiector. ℥iij. & ℥vj. scammonij pulverati ℥iiss. vt fiat Electuarium.

Vires: Purgat humorem crudum, & biliosum; colicis cruttibus confert, dolori ventriculi, & alijs ex crudo humore ortis. Dosis à ℥ij. ad ℥vj.

Confectio Hamech Eiusdem.

℞. Myrobalanor. citrinor. ℥jv. chebulor. indor. rhabbari, & epithymi ana ℥j. violar. ℥ss. agarici, colocynthidis, & polypodij ana ℥xviij. absynthij, thymi, sennæ, anisi, rosarum, & fœniculi ana ℥vj. succi fumarie ℥ss. prunor. sine ossibus N. LX. passularum sine acinis ℥ss. Infundantur per dies quinque in sufficienti quantitate seri lactis recenter parati, in vase vitreo, seu vitreato angusti oris, & probe obturato: hinc exprime, & expressioni adde mannæ ℥ij. pulpæ castiæ fistulæ ℥jv. pulpæ tamarindor. ℥vj. frica manibus, & cola; colaturæ adde sacchari ℥iiss. & coque ad mellis crassitiem, & adde, & optimè misce pulveres sequentes: scammonij ℥iiss. myrobalanor. citrinor. chebulor. & indor. ana ℥ss. bellericor. emblicor. rhabbari, & seminis fumarie ana ℥iij. anisi, & spicæ ana ℥ij. fiat Electuarium, seu Confectio, vsuique asservetur.

Vires: Vtramque bilem, & pituitam salsam purgat, obid morbis inde natis, impetigini, scabiei, elephantia, cancro exedenti;

*Et similibus morbis mirificè confert, unde omni feeditati à bilio-
sis, & adustis humoribus procreata quam maximè conduct: in
quartanis feliciter datur cum ellebori decocto, seu infusione.
Dosis à ℥j. ad ℥℔.*

Asservatur etiam hæc Confectio in officinis sine Scama-
monio, & Colocynthide, & tunc appellatur Confectio Ha-
mech minor, seu simplex.

Confectio, seu Electuarium Hamech reformatum.

℞. Passular. exacinar. ℥vj. corticum myrobalanor. citrinorū
℥iv. chebulor. indor. rhabarbari electi, sennæ, agarici, co-
locynthidis, polypodij, epithymi, & seminis violar. ana ℥ij.
salis fumaricæ, & absynthij ana ℥iij. seu in eorum defectu
salis tartari ℥vj. contundenda contundantur, omniaque in
fundantur in aquæ fumaricæ distillatæ ℔ij. seri lactis caprini
distillati ℔x. detineantur per 24. horas loco tepido in vase
vitreato: postea bulliant leviter per quadrantem horæ, & in
fine adde folior. absynthij, & thymi ana ℥j. seminis anisi,
foeniculi, & fol. rosar. rub. ana ℥vj. bulliant paulisper: hinc
colaturæ adde mellis, & sacchari albi ana ℔i℔. coquantur
ad mellis crassitiem, cola, & in colatura dissolve pulpæ cas-
siæ ℥viiij. pulpæ prunorum ℔℔. pulpæ tamarindor. ℥x. ultia
mo insperge, & optimè misce pulveres sequentes: myroba-
lanor. citrinor. & sennæ ana ℥iij. agarici ℥ij. Trochiscor. Al-
handal, & rhabarbari electi ana ℥i℔. scammonij, & seminis
violarum ana ℥j. misce exactè, vsuique asserva.

Diacatholica Compositio ex Nicolao:

℞. Polypodij quereini mundati, & contusi ℔℔. aquæ puræ tepi-
dæ ℔xij. coquantur simul igne lento in vase vitreato ad me-
diæ aquæ consumptionem: hinc vase ab igne semoto, &
obturato, detine per horas sex: mox iterum tepescat, & fiat
colatura: deinde cum parte istius colaturæ extrahe pulpæ
cassicæ fistulæ, & tamarindorum ana ℥viiij. & igne lenissimo
evapora humiditatem in vase terreo vitreato, ad mellis cras-
sitiem: post hæc in restitanti decocto dissolve penidij, & sac-
chari canti ana ℥℔. sacchari optimi ℔viiij. coque ad syrupi
crassioris consistentiam, quem percolatum affunde pulpæ
paulatim, & semper agitando, in vase terreo vitreato, ijs

186 Tyrocinium Pharmaceuticum. Lib. II.

miftis adde pulveres fequentes: fennæ ℥viij. rhabbari, violarum, anifi, & polypodij ana ℥jv. liquiritiæ ℥℔. quatuor feminum frigidor. maior. mundator. & per fetaceum equinum traictor. ana ℥j. fiat Electuarium, vſuique affervetur.

Vires: Suavè, ac mitè acutis, ac peracutis morbis confert: emolli, & alterat, robur addit iecinerofis, lienofis, & arthriticis: tertianis, quartanis, & quotidianis febribus adversatur: doloribus itidem capitis auxilio eſt: univerfos denique corporis humores blandè, ac innoxie educit. Doſis ab ℥℔. ad ℥j.

Diacatholica pro Clyſteribus Lemerì.

℞. Decocti folior. mercurialium, malvæ, violariæ, parietariæ, & foeniculi ℔viiij. mellis optimi ℔viiij. miſce, ac coque ad opiatæ conſiſtentiam, & adde pulpæ prunor. ℔ij. pulveris folior. fennæ, radcis bryoniæ, & ſeminis violar. ana ℥viij. anifi, & ſalis gemmæ ana ℥ij. fiat Electuarium.

Benedicta Laxativa ex Arnaldo de Villanova.

℞. Turbith electi, ſacchari, Digrydij, hermodactyllor. & roſar: ana ℥v. caryophyllor. ſpicæ, zingiberis, croci, ſaxifragiæ, macropiperis, amomi, cardamomi minoris, ſeminis apij, petroſelini, milij ſolis, foeniculi, aſparragi, carui, bruſci, ſalis gemmæ, agarici, & macis ana ℥j. pulverata excipe cum mellis deſpumati, & cocti ℔i℔. vt fiat Electuarium.

Vires: Humores pituitofos ad articulos potiſſimum decumbentes elicit: colicis prodeſt, ad quorum enemata plurimum expetitur: à renibus quoque, & veſica calculos purgat. Sed in calidâ cauſa ab eius uſu deſiſtendum. Doſis à ℥ij. ad ℥vj.

Hyera Picra, ſeu Magna Galeni.

℞. Cinnamomi, ſpicæ, aſari, croci, ſchoenanthi, caſſiæ lignæ, xyloballami, carpoballami, violarum, abſynthij, epithymi, agarici, roſarum, turbith, colocynthidis, & maſtiche ana ℥j. aloes ℥xvj. mellis deſpumati, & cocti quadruplum ponderis omnium. Crocus exiccatus inter chartas pulveretur, & miſceatur cum melle: agaricus extrahatur per fetaceum equinum: pulpa colocynthidis ſubtiliſſimè pulveretur: aloe etiam ſuccotrina per ſe pulveretur; cæteraque pulverata, omnia cum

tum melle frige facto, vt artis est exactè misceantur, vt fiat Electuarium.

Vires: Prodest ad diuersas capitis, & aurium distemperantias; Stomachum purgat, affectiones hepatis emendat, splenis duritiem, & densitatem emollit, & extenuat, renibus, & vesica prodest, matricis distemperantiam emendat. Dosis à ℥j. ad ℥iij. etiam in clysteribus ad ℥j.

Hyera Græcè, Latine Sacra, & Picra Græcè, Latine Amarum appellatur.

Hyera Logadij, seu Logodionis.

℞. Pulpæ colocynthidis, pulpæ scyllæ assatæ, agarici, gummi ammoniaci, thymi, & scammonij ana ℥iij. corticum radicis ellebori nigri, & summitatum hyperici ana ℥x. epithymi, bdellij, polypodij, aloes, chamædryos, marrubij, & castiæ lignæ ana ℥j. myrrhæ, trium piperum, cinnamomi, croci, opopanacis, sagapeni, castorij, seminis petroselini, & radicis aristolochiæ longæ ana ℥ß. Pulveranda pulverentur, vt in hyera magna est notatum, & conficiantur cum quadruplo mellis despumati, & cocti, in quo prius pulpa scyllæ soluta sit, vsuique asservetur.

Vires: Ad morbum comitiale, ad dolores pectoris, lateris, iuncturarum, & similia valet: etiam appoplexia, paralyse, & melancholia prodest. Dosis à ℥j. ad ℥vj.

Hyera Diacolocynthidos.

℞. Medullæ colocynthidis ℥iv. marrubij, agarici, chamædryos, & stoechadis ana ℥x. opopanacis, sagapeni, sem. petroselini, aristolochiæ, & piperis albi ana ℥j. cinnamomi, croci, myrrhæ, spicæ, & schoenanthi ana ℥ß. Pulverata confice cum quadruplo mellis despumati, & cocti.

Vires: Prodest in dolore capitis inveterato, humores crassos, & viscosos ex quacumque corporis parte euacuat: in lue venerem cum permissione aquilæ albæ mirificè dolores iuncturarum tollit. Dosis à ℥v. ad ℥iij.

Electuarium Rosatum Mesue.

R. Succi rosar. rubr. ℥vj. sacchari optimi ℥viß. mannæ electæ ℥viß. coquantur igne lento in syrupum, cui colati adde, & probè misce pulveres sequentes: scammonij electi ℥iß. Trochilcorum de Berberis ℥ß. Trochilcor. de Spodio ℥j. Galilæ Moschatae ex Mesue, & croci ana ℥ij. fiat Electuarium. Appellatur etiam *Catharticum Rosatum*.

Vires: Cholagogum hoc salubre est biliosis affectibus, arthritidæ calidæ, cephalalgia, vertigini, oculorum dolori, ictero, sanguinis quoque fervorem biliosum frenando expurgat. Dosis à ℥ij. ad ℥j.

Electuarium de Succo Rosarum Nicolai.

R. Succi rosar. rub. & sacchari albi ana ℥xvj. coque ad syrupi consistentiam, & adde, & probè misce pulveres sequentes: Diagyridij ℥iß. trium santalor. ana ℥vj. spodij ℥iij. camphoræ ℥j. fiat electuarium vsui asservandum.

Vires: Commendatur ad affectus, in quibus bilis flava redundat, quam expellit citra molestiam: ad morbos articularum, ex biliosis, & calidis humoribus natos, ad febresque tertianas confert. Dosis à ℥j. ad ℥v.

Diaprunis Simplex Nicolai.

R. Pulpæ prunorum Damascenor. ℥vj. sacchari in infusione ex ℥iß. violarum, facta in aqua in qua pruna cocta fuere, soluti, & ad consistentiam iustam inspissati ℥viij. pulpæ tamarindor. & casisæ fistulæ ana ℥j. pulveris sanctali albi, & rubri, spodij, thabarbari, & cinnamomi ana ℥iij. rosar. violar. seminis portulacæ, berberis, succi liquiritiæ, & tragacanthi ana ℥ij. quatuor sem. frigid. maior. ana ℥j. fiat Elect.

Vires: Datur in acutis, & peracutis febribus in quacumque hora. Dosis à ℥iij. ad ℥j.

Diaprunis Compositum.

R. Scammonij electi ℥vij. tartari solubilis ℥ij. pulverata, miscè cum ℥vi. Diaprunis Simplicis, vsuique asserva.

Vires: Leniter, ac securius purgat: utiliter datur morbis renum, & vesicæ, febribus, & alijs affectibus calidis. Dosis à ℥j. ad ℥vj.

Elect.

Electuarium Lenitivum ex Valerio Cordo.

℞. Passular. enucleatar. fennæ, & polypodij ana ℥ij. adianthi, violar. & hordei mundi ana M. j. juiubar. & sebesten ana N. xx. glyzyrrhicæ ℥ss. pulpæ prunor. & tamarindor. ana ℥vj. mercurialis M. iij. aquæ fontanæ ℔jv. coquantur simul in vase probè obturato per horas duas: hinc in colatura dissolve pulpæ cassiæ, tamarindor. prunor. sacchari optimi, & sacchari violati ana ℔ss. coquantur in syrupum, cui adde pulveris fo- lior. fennæ ℥iij. v. s. uique asserva.

Vires: Lenit, emollit, & facile solvit sine molestia choleram plegmaticam, & melancholicam; obid eius usus est in febribus humoralibus, & pleuritide. Dosis à ℥ij. ad ℥vj.

Diasenna Nicolai.

℞. Sennæ mundatæ ℥iij. avellanar. tostar. N. L. fetici crudi; caryophyllor. galangæ, piperis, spicæ, ocymi, folior. caryo- phyllor. (pro eis caryophylli.) cardamomi, croci, zingibe- ris, zedoariæ, flor. rosmarini, & macropiperis ana ℥ij. La- pidis Armeni loti, & pp. ℥j. Lapidis Lazuli loti, & pp. ℥iij. cinnamomi ℥j. Mellis despumati, & cocti ℔ij. Crocus exic- catus teratur subtiliter, & misceatur cum melle: avellanæ extrahantur per setaceum equinum: cæteraque subtiliter pulverentur; & omnia probè misceantur, vsq. fiat Electuarium vsui asservandum.

Vires: Succurrit melancholicis, mania vexatis, & quartana, tris- titiaque affectis, lienosis, &c. Dosis à ℥ij. ad ℥vj.

Electuarium Indum Maius Mesues.

℞. Caryophyllor. cinnamomi, spicæ, rosar. cassiæ lignæ, ma- cis, & cyperi ana ℥ss. santali citrini ℥iij. ligni aloes, & nu- cis moschatæ ana ℥ij. turbith boni ℥l. sacchari, & penidij ana ℥iij. galangæ, cardamomi vtriusque, asari, & mastiches ana ℥ss. scammonij in cytonio cocti ℥ss. Omnia pulvera- ta fricenter cum oleo amygdalar. dulc. & electualisentur cum syrupo ex succi cydonior. granator. apij, & foeniculi ana ℔ss. mellis ℔jv. parato, & vsui asserva.

Vires: Purgat ventrem totum inferiorem, atque adeo iunc- turas; pituitam etiam putrem, flatasque dissipat, & affecti- bus

bus inde natis, dolori colico, & nephritico confert. Dosis à
ʒij. ad ʒvj.

Diatartarum:

℞. Mannæ electæ ʒxvij. dissolve in aqua, clarifica ꝛc artis est;
& coque ad syrupi consistentiam, cui adde syrupi Rosati
solutivi ʒxvij. quibus adde, & probè misce pulveris Tartari
albi electi, & foliorum sennæ ana ʒjv. cinnamomi ʒʒ. vsuis
que asserva.

Vires: Omnes humores purgat, rarefacit materias crassas, &
viscidas; obstructa liberat in cachexia, hypochondriacis, &
Dosis à ʒij. ad ʒj.

Gelatina, seu Diacydonium Laxativum Augustanæ:

℞. Gelatinæ cydoniorum ℥iij. sacchari ℥iij. coquantur ad
debitam gelatinæ consistentiam, cui admisce extracti sennæ
ʒj. extracti rhabarbari ʒʒ. resinæ scammonij ʒij. vel ʒʒ.
(in spiritu vini prius dissoluta, & filtrata) olei cinnamomi
gt. viij. olei anisi gt. vj. imple scatulas. Dosis à ʒj. ad ʒvj.
Nonnulli loco extracti sennæ imponunt extractum me-
choacannæ ob colorem.

Gelatina, seu Diacydonium Solutivum Pelucidum Eiusdem:

℞. Resinæ Jalappæ ʒjv. dissolve in spiritu vini rectificatissimo;
& permisce diligentissimè agitando cum ℥iij. gelatinæ
cydoniorum. Dosis à ʒʒ. ad ʒʒ.

*Gelatina, seu Diacydonium Lucidum Scammoniatum La-
xativum.*

℞. Scammonij electi ʒjv. extrahe tincturam cum spiritu vini;
hinc fiat Cydoniatum, seu Gelatina ex ℥iij. succi cydonio-
rum, & ℥ij. sacchari, cui affunde tincturam semper agitan-
do, & asserva. Dosis à ʒj. ad ʒiij.

Loboch, seu Diacodion Crocatum Mynsicht.

℞. Caput papaveris albi cum seminibus N. xx. filiquarum
dulcium abiectis granis, & liquiritiæ rasæ ana ʒij. feminis
bombacis, althææ, cydoniorum, & myrti ana ʒʒ. siccum

pinguium, dactyllor. & sebesten ana N. xj. flor. malvæ, arboris rubi, violar. & iacæ ana ℥ij. aquæ puræ tepidæ ℔v. coquantur S. A. ad trium librarum consumptionem: postea in colatura dissolve sacchari candi rosati, & penidij ana ℔ss. & coque ad syrupi crassioris consistentiam, cui adde syrupi ex succo flor. papaveris erratici, & de iuiubis ana ℥ij. extracti croci ℥b. Galliæ Moschatæ veræ ℥ij. vsuique asserva.

Vires: *Valet in omnibus defluxionibus calidis, tenuibus, acribus, ac salsis à capite in thoracem, & asperam arteriam, ex continua tussi insomnium facientibus. Prodest etiam ijs, qui acutissimis doloribus corripuntur. Confert denique sanguinis excretioni, menstruorum nimia evacuationi, febribus ardentibus, alvi profluvio, & dysenteria. Dosis à ℥j. ad ℥b.*

Loboch Anti-hecticum, seu Electuar. Anti-phthysicum Funken.

℞. Radicum symphyti maioris, tussilaginis, & enulæ ana ℥ij. coque in aqua ad mollitiem, & extrahe pulpam, ac detine: in colatura coque in vase probè clauso per horam salviæ acutæ, hyssopi, veronicæ, hederæ terrestris, & pulmonariæ ana M. b. deinde cola, & in colatura coque ad mollitiem in eodem vase passularum maior. & minor. ana ℥iij. extrahe pulpam, ac iunge cum pulpa radicum, ac detine: in colatura à passulis relicta dissolve sacchari candi ℥iij. & coque ad syrupi crassioris consistentiam, colaturæ adde pulpas asservatas, amygdalar. dulc. & pineorum per fetaceum equinum traiector. ana ℥ib. pulveris cinnamomi ℥j. croci ℔b.

Vires: *Mirificè prodest Phthysicis, Hecticis, & Hematiatis, maturam in ijs crassam, aut acrem concoquit, maturat, ac digerit, & per sputum prolicet: sumitur lambendo ad ℥b. ter, vel quater in die.*

Loboch Sanum, & expertum Mesues.

℞. Cinnamomi, hyssopi sicci, liquiritiæ, anisi, foeniculi, semini, radiceis ireos, & folior. calaminthæ ana ℥b. iuiubar. & sebesten ana N. xxx. passular. enucleatar. ficuum pinguium, & carnis dactyllor. ana ℥ij. foenugræci ℥v. adianthi M. j. aquæ puræ ℔iij. infunde per 24. horas in cucurbita vitrea, seu terrea vitreata cum suo capitello, & recipiente, commissuris probè lutatis: hinc distilla ℥viij. liquoris: cum colatura

192 Tyrocinium Pharmaceuticum. Lib. II.

ex residuo in cucurbita relicto, & penidij ℞ij. fiat syrupus crassus, cui misce liquorem distillatum, & pineorum per setaceum traiector. ℥v. amygdalar. dulc. eodem modo traiectar. pulveris liquiritiæ, tragacanthi, gummi arabici, & amylli ana ℥iij. ireos ℥ij. fiat Lohoch.

Vires: Prodest in affectibus thoracis, cuius humores potenter insidit, tenuat, tergetque, & humores præsertim frigidos concoquit. Dosis ab ℥℥. ad ℥j. lambendo.

Lohoch de Pulmone Vulpis Eiusdem.

℞. Pulmonis Vulpis sicci, succi glyzyrrhizæ, seminis anisi, feniculi, & adianthi ana ℥j. pulverentur subtiliter, & cum sacchari-syrupifati ℥xx. conficiantur.

Vires: Valet ad phthisin, catarrho, & coriza. Dosis ad ℥j.

Lohoch ad Asthma ex Valerio Cordo.

℞. Pulpæ scyllæ assatæ per setaceum equinum traiectæ ℥℞. mellis despumati, & cocti ℥ij. pulveris radicis iridis, hyssopi, & prassij ana ℥j. myrrhæ rubræ, & croci ana ℥℞. misce, vt fiat Lohoch.

Vires: Valet ad asthma, & tussim antiquam, humoremque crassum, lentum coctu difficilem in partibus respirationis tenuat, & ad expellendum præparat. Dosis à ℥℞. ad ℥ij.

Lohoch de Althæa Quercetani.

℞. Radicis Althææ optimè mundatæ q. v. bulliat in hydromelite communi ad mollitiem: hinc extrahe pulpam per setaceum equinum, cuius accipe ℥ij. Specierum Diatragacanthi frigidi, & Diaireos ana ℥iij. sacchari candidi, & penidiorum ana ℥℞. flor. sulphuris ℥ij. syrupi capillor. veneris q. s. vt fiat Lohoch.

Vires: Excellens est remedium contra omnem tussim inveteratam, siue à frigida, siue à calida orta sit causa: contra asthma, orthopnoeam, & dyspnoeam, aliosque pulmonum affectus: usus quoque eius est in maturanda pleuritide, & sputo proliciendo. Dosis ad ℥℞. cum baculo de glyzyrrhiza.

Bolus Febrifugus.

℞. Gentianæ Indicæ pulveratæ ℥j. aloes succotrinæ ℥ss. myrrhæ electæ ℥iiss. salis ammoniaci, & centaurij ana ℥ss. fiat Bolus cum syrupo absynthij. Dosis à ℥ij. ad ℥iij. bis in die, quatuor horas ante cibum, & quatuor horas ante cœnam, super bibendo ℥ij. aquæ cardui benedicti cum gr. viij. salis absynthij.

Bolus Anodynus.

℞. Conservæ rosarum ℥ij. Laudani Opiati gr. iiss. fiat Bolus: Vires: *Confert in fluxu alvi, dolorem sedat, somnumque conciliat.*

Bolus Nephriticus.

℞. Pulpæ casisæ recenter extractæ ℥j. feminis anisi pulveratij ℥j. tartari vitriolati ℥ss. fiat Bolus pro vna dosi.

Bolus de Cassia.

℞. Pulpæ casisæ recenter extractæ ℥vj. terebinthinæ venetæ in aqua petroselini lotæ ℥iij. pulveris rhabarbari ℥j. pulveris liquiritiæ q. s. vt fiat Bolus. Valet ad arenulas, & contra gonorrhœam.

Bolus ad Casum.

℞. Spermatis Ceti ℥j. salis volatilis cornu cervi gr. v. balsamî Peruviani gr. v. terebinthinæ venetæ ℥ss. syrupi de Meconio q. s. vt fiat Bolus.

Vires: *Sanguinem coagulatum dissolvit, vulnera interna sanat, diaphoresim, & diuresim promovet: contusis detur, post venæ sectionem, ter in die. Apprimè conducit Puerperis, statim à partu.*

CAPUT II.

DE ELECTUARIJS SOLIDIS, SEU TABELLIS, VEL
Tabulis, & Morfulis.*Tabella de Margaritis, Manus Christi Perlata dicta.*

℞. Sacchari albisimi in aqua rosata soluti, & ad consistentiam tabellarum cocti ℥ss. Margaritarum pp. ℥ij. misce, ac forma Tabellas splendentes.

Alio modo : ℞. Margaritarum pp. ℥j. sacchari albisimi pulverati ℔ss. cum mucilagine tragacanthi albisimi in aqua rosata soluti fiat massa in mortario vitreo, seu lapideo, ex qua formentur Tabellæ, quæ exiccatae afferrentur ad usum.

Vires : Cor, ac ventriculorum roborant, venena pellunt, ac animum exhilarant : febribus à primè conveniunt. Dosis à ℥j. ad ℥ss.

Tabella Rosarum.

℞. Rosar. rub. exungularat. & conquassat. ℥ij. sacchari albi pulverati ℔ss. cum mucilagine tragacanthi in aqua rosata soluti fiat massa, ex qua formentur Tabellæ.

Alio modo : ℞. Succii rosar. rub. depurati, & sacchari albisissimi ana p. æq. simul coquantur igne lenissimo in vase terreo vitreato ad consistentiam tabellarum.

Vires : Caput, & cerebrum roborant, fluxionesque absumunt. Dosis à ℥ij. ad ℥j.

Tabella Violarum.

Parantur eodem modo, tam ex violis à parte herbacea purgatis, quam ex earum succo.

Vires : Fauces, ac pectus leniunt, gutturis asperitati medentur, mucilaginem tartaream pulmonum emolliunt. Dosis à ℥ij. ad ℥j.

Tabella Dalthææ.

℞. Pulveris radicis Althææ ℥ij. liquiritiæ ℥j. flor. sulphuris ℥ij. sacchari optimi ℔j. formentur Tabellæ cum aqua rufâ silaginis.

Vires : Expectorant, emolliunt, laxant, discutunt, dolores leniunt, tumores maturant, acrimoniam mitigant, & corrigunt. Dosis à ℥j. ad ℥ss. lambendo.

Tabella Anisata solutive.

℞. Scammonij glyzyrrhifati ℥ij. tartari solubilis ℥j. olei anisi distillati ℥j. sacchari pulverati ℥xx. Scammonium, & tartarum misceantur probè in mortario marmoreo : hinc seorsim misceantur saccharum, & oleum, & ex omnibus fiat massa cum glutine tragacanthi, ex qua figurentur Tabellæ. Dosis à ℥j. ad ℥ij.

Tabella Mechoacanna.

R. Pulveris radìcis Mechoacannæ ℥ij. sacchari pulverati ℥viij. cum mucilagine tragacanthi fiat massa, ex qua formentur Tabellæ. Purgant benignè. Dosis in pueris à ℥j. ad ℥iij. in adultis ab ℥℔. ad ℥x.

Rotule Lac provocantes Mynsicht.

R. Crystalli montanæ pp. ℥℔. corallij pp. ℥j. margaritar. pp. & piperis longi ana ℥℔. olei seminis fœniculi ℔j. sacchari albisimi in aqua nucistæ dissoluti ℥viiij. fiant rotulæ S. A. Dantur nutricibus singulis diebus mane, meridie, & vespere ad ℥℔.

Morfuli Restaurativi.

R. Carnis pectoris caponis, vel gallinæ, vel perdicis cum aqua rosata igne arenæ in vase vitreo probè obturato ad molli-
tiem elixatæ, conquassatæ, ac per cribrum transmissæ ℥iij. sacchari in liquore à carne separato soluti ℔j. misce, & fac morfellos.

Vires: Cor, ac cætera membra restaurant, & hinc debilitatem expellunt, & robur agrotantibus afferunt. Dosis N. ij. semper post horam dimidiam continuando.

N. Non dantur regulæ generales inter saccharum, & pulveres pro tabellis parandis, quia simplicibus ingratis, ac fortioribus maior quantitas sacchari, quam gratis, ac mitioribus addenda est.

CAPUT III.

DE ELECTUARIJS SICCIS, SEU PULVERIBUS:

Diamargariton Frigidum Magistrale.

R. Margaritar. pp. ℥vj. rosar. rub. ℥℔. coriandri, doronici, tragacanthi, gummi arabici, liquiritiæ, & trium santalor. ana ℥i℔. ossis de corde cervi, rasuræ eboris, & cornu cervi ana ℥j. corallij pp. ℥iij. camphoræ ℔j. Tritura, ac cribra subtiliter per seraccum sericum, & adde panor. auri, & argenti ana N. vj. vsuique asserva.

Vires: Cor, caput, & ventriculum confortat: cardiacis affectibus prodest, & humorum malignitati adversatur. Dosis à ℔j. ad ℥j.

Pulvis de Gemmis sine Speciebus.

℞. Margaritar. pp. ʒij. sapphyror. pp. hyacinthor. pp. sardij
pp. grauator. pp. & sinaragdor. pp. ana ʒiʒ. corallij pp.
fuccini pp. & rasuræ eboris ana ʒij. cribra per setaceum
sericum, & adde panor. auri, & argenti ana N. C. vsuique
asserva.

Vires: *Acida in corpore reperibilia absorbet, obid sanguis, ca-
terique humores dulcificantur, purificantur, ac refrigerantur.*
Dosis à ʒj. ad ʒj.

Pulvis de Gemmis cum Speciebus Mesues:

℞. Cinnamomi, zurumbet, & galangæ ana ʒiʒ. zedoariæ, dor-
ronici, corticum citri, macis, & ocymi, ana ʒij. beeti albi, &
rubri, caryophyllor. zingiberis, piperis longi, spicæ, folij,
croci, & heyl ana ʒj. trochiscor. Diarrhodon, & ligni aloes
ana ʒv. moschi boni ʒʒ. Pulverata, & cribrata misce cum
Pulvere de Gemmis sine speciebus.

Vires: *Auxiliatur malis frigidis cordis, ventriculi, cerebri,
iecinoris, & uteri: item palpitationi cordis, defectioni animæ,
ac concoctioni: tristitiam denique citra causam cognitam ortam
amovit.* Dosis à ʒj. ad ʒj.

Electuarium Letitiæ Galeni.

℞. Rasuræ eboris, & margaritar. pp. ana ʒj. ossis de corde cæ-
vi ʒʒ. præpara supra porphyrum imbibendo in eis inter læ-
vigandum succi pomorum dulc. cydonior. borraginis, & vi-
ni albi optimi ana ʒiʒʒ. hinc exiccatis misce seminis ocymi,
croci, zedoariæ, xylobalsami, caryophyllor. cort. citri, ga-
langæ, macis, nucistæ, & styracis calamitæ ana ʒiʒʒ. ambra-
grissæ, moschi, & camphoræ ana ʒʒ. anisi, thymi, & epi-
thymi ana ʒj. subtiliter pulverentur, & cribrentur per seta-
ceum sericum, vt fiat pulvis, super quem scinde panor. au-
ri, & argenti ana N. xxxvj. vsuique asserva.

Vires: *Calosacti, incidit, attenuatque humorem existentem in
precordijs. Valet etiam contra vapores melancholicos.* Dosis à
ʒʒ. ad ʒij.

Pulvis Aromaticus Rosatus Gabrielis.

℞. Rosarum rubrar. exungulatar. ℥xv. liquiritiæ rasæ ℥vij. ligni aloes, & santali citrini ana ℥iij. cinnamomi ℥v. macis, & caryophyllor. ana ℥iiss. spicæ ℥ij. gummi arabici, tragacanthi, nucistæ, cardamomi, & galangæ ana ℥j. ambre ℥ij. moschi ℥j. fiat pulvis S. A.

Vires: Ventriculo imbecillo, aliisque nutritioni deservientibus instrumentis succurrit: ventriculi humiditatem, omnemque in eo putredinem emendat: coctionem iuvat, & ex morbo convalescentibus auxiliatur. Dosis à ℥℔. ad ℥iiss.

Pulvis Imperialis contra epilepsiam.

℞. Succini albi pp. ℥iiss. margaritar. pp. & smaragdor. pp. ana ℥ij. ligni aloes, cornu cervi crudi pp. radicis pœoniæ, seminis eiusdem, corallij rub. pp. coriandti pp. flor. tilix, spoliij serpentis, ligni crucis, philipendulæ, & lapidis Bezoaris Orientalis ana ℥j. seminis rutæ domesticæ ℥j. fiat ex omnibus pulvis subtilis, cui adde panor. auri, & argenti. ana N. xx. Dosis à ℥℔. ad ℥ij.

Pulvis de Gutteta ex Riberio.

℞. Radicis, & seminis pœoniæ, dictamni albi, & visci quercini ana ℥℔. seminis atriplicis ℥ij. cranij humani ℥iij. corallij rub. pp. & hyacinthor. pp. ana ℥iiss. vngulæ alcis pp. ℥℔. moschi ℥j. folior. auri ℥j. vel panes CC. fiat pulvis.

Vires: In epilepsia puerorum egregius est cum lacte, iusculo, & panatellis. Dosis à ℥℔. ad ℥j.

Pulvis Anti-epilepticus.

℞. Cranij humani pp. cornu cervi crudi, vngulæ Alcis, & cinabaris antimonij ana ℥j. stercoris Pavonis, coaguli leporis, secundinæ mulieris, seminis pœoniæ, & radicis eiusdem ana ℥℔. Lapidis Bezoaris Occidentalis ℥iiss. castorij ℥ij. croci, & salis volatilis succini ana ℥j. fiat pulvis. Dosis à ℥℔. ad ℥℔.

Pulvis à Chelis Cancrorum comp. Phar. Lond.

℞. Margaritar. pp. oculor. cancror. pp. corallij. rub. pp. succini albi pp. cornu cervi philosophicè pp. & Lapidis Bezoaris

198 Tyrocinium Pharmaceuticum. Lib. II.

ris Orientalis ana ℥℔. pulveris ex apicibus nigris canētor. idest ex putaminibus, seu eorum testis, ad pondus omnium; fiat pulvis, qui gelatinā ex pellibus viperarum excipi potest, vel inde poma parva eformari, cautēque siccanda, & pro usu asservanda.

Vires: Valet in omnibus morbis malignis, sanguinem purificat; sadorem cit; in variolis, morbillis, & affectibus cutaneis mirificē prodest. Dosis à ℥℔. ad ℥℔.

Pulvis Cachecticus Quercetani ex Schrodero:

℞. Limaturæ Chalybis cum aqua pp. vel cum sulphure calcinata ℥j. fœculæ radicis ari ℥℔. ambra griffæ ℥℔. magisterij margaritar. & corallior. succini pp. & cinnamomi ana ℥jv. sacchari ℥℔. fiat pulvis.

Vires: Valet ad cachexias tam virginum, mulierum, & virorum, quam iuuenum, ac senum. Dosis ad ℥j. mane ad aliquot menses continuando.

Asservatur etiam sine ambra, & appellatur Pulvis Cachecticus Quercetani sine Ambra, vel Incompletus.

Pulvis Cachecticus Lemortis.

℞. Limaturæ chalybis pp. ℥j. corallij pp. & fœculæ bryoniæ ana ℥ij. cornu cervi etudi, succini pp. cinnamomi, & macis ana ℥jv. sacchari ℥ij. fiat pulvis.

Vires: Acidum temperat, humores depravatos educit, menses movet, cachexiæ mulierum, & virginum subvenit. Dosis à ℥j. ad ℥j.

Pulvis Pectoralis Michaelis.

℞. Radicis ari, & iridis florentiæ ana ℥℔. floris sulphuris ℥j. Antihectici Poterij ℥ij. flor. Benzoini ℥j. fiat pulvis.

Vires: In thoracis, & pulmonum affectibus præsentaneum est remedium. Dosis ℥j. in syrupis pectoralibus, admodum lambili, mane ieiuno stomacho, & sero ante cenam.

Diatragacanthum frigidum Nicolai.

℞. Tragacanthi albissimi ℥j. gummi arabici albi ℥v. amyli ℥ij. glyzyrrhizæ ℥j. camphoræ gr. vj. penidij ℥℔. pulveratis, & cribratis adde quatuor seminum frigidior. maior. per setacum

sem equinum traiector. ana ℥j. seminis papaveris albi ℥i℥.

Citò rancescit, nam semina frigida maiora rancori sunt obnoxia, & hinc ad caliditatem reclinant, & tunc plus nocent, quam proffunt, ob hæc semina prædicta non permisceantur nisi tempore vsus, ne vitient compositum.

Pulvis Diatragacanthi Frigidi Charaz.

℞. Tragacanthi albi electi ℥ij. gummi arabici puri ℥x. glyzypirrhizæ, & amyli ana ℥℥. fiat pulvis, cui tempore vsus adde per setaceum equinum traiector. seminis papaveris albi ℥iij. quatuor seminum frigidior. maior. ana ℥j.

Vires: Valet in affectibus pectoris, & pulmonum à calida, & sicca causa ortis: thoracis gravitatem allevat, & tussiculosis ab intemperie calida opem fert: pleuriticis, peripneumoniacis, tabidus, & macie confectis, lingua et idem, & faucium asperitati succurrit, ac siti immodica, quam pulmonum calor invexit confert.
Dosis à ℥℥. ad ℥i℥. lambendo.

Pulvis Haly Abbatis.

℞. Gummi arabici, amyli, tragacanthi, spodij pp. & liquiritiæ rasæ ana ℥i℥. seminis portulacæ, althææ, & maluæ ana ℥i℥i℥. penidiorum ℥v. fiat pulvis, cui tempore vsus adde quatuor seminum frigidior. maior. mundator. & per setaceum equinum traiector. & seminis cydonior. mundati eodem modo parati ana ℥i℥i℥. seminis papaveris albi eodem modo traiecti ℥v. seminis gossypij ℥i℥. convenit cum superioribus de Tragacantho.

Diaireos Simplex Nicolai.

℞. Pulveris radiceis iridis ℥j. specierum Diatragacanthi frigidi, & sacchari canti ana ℥℥. fiat pulvis.

Vires: Tussientibus, difficulterque spirantibus auxiliatur: abscessa vocis iacturam refarcit, qua refrigeratione contracta sit.
Dosis à ℥℥. ad ℥℥.

Parantur nonnumquam Tabellæ ex hoc pulvere, pro cuius apparato accipitur pulveris prædicti ℥℥. sacchari canti pulverati ℥viij. & cum mucilagine tragacanthi formantur Tabellæ.

*Tabellæ
Diaireos,
seu Diaireos in
Tabellis.*

Pulvis Stomachicus Michaelis.

℞. Radicis Ari ℥ij. Arcani Duplicati Mynsicht ℥iſſ. ſalis abſynthij ℥vj. calami aromatici, caryophyllor. & cinnamomi ana ℥ij. macis, piperis longi, zingiberis, cubebar. cardamomi, granor. paradyſi, granor. chermes, zedoariæ, & coriandri ana ℥j. fiat pulvis.

Vires: *Ventriculum roborat, digestionem iuvat, appetitum promovet. Doſis à ℥ij. ad ℥iſſ.*

Pulvis Stomachicus Quercetani.

℞. Radicis Ari pp. ℥ij. acori vulgaris, & pimpinellæ ana ℥j. oculor. cancor. pp. ℥℔. cinnamomi ℥ij. ſalis abſynthij, & Juniperi ana ℥j. ſacchari roſati ℥iſſ. fiat pulvis.

Omilo ſaccharo, & addita ℥j. radicis ſaxifragiæ, dicitur

*Pulvis
Aronis
Compo-
ſitus.*

Pulvis Aronis compoſitus.

Vires: *Ventriculum roborat, tartarum diſſolvit, obſtrueta liberat, affectibus capitis, hæmicrania, vertigini, melancholia, hypocondriacæ, calcula, cachexia, ac febribus quartanis prodeſt. Doſis à ℔. ad ℥ij.*

Pulvis Papa Benedicti.

℞. Coriandri pp. aniſi, fœniculi, carui, ſeſeleos, radicis dictamni albi, liquiritiæ, & cinnamomi ana ℥j. ſacchari ℔j. fiat pulvis.

Vires: *Coctionem iuvat, ſtatus diſſipat, calculos ex renibus expellit. Doſis à ℥℔. ad ℥ij.*

Pulvis Appetitum excitans.

℞. Pulveris cuticularum exteriorum arantiorum ℥j. tartari vitriolati, & ſalis abſynthij ana ℥℔. fiat pulvis. Doſis ad ℥j.

Pulvis Diarrhodon Abbatis ex Nicolao.

℞. Santalor. albor. & rubror. ana ℥iſſ. tragacanthi, gummi arabici, & ſpodij ana ℥ij. aſari, ſpicæ, maſtiche, cardamomi, croci, xyloaloes, caryophyllor. Galliæ Moſchatæ Nicolai, aniſi, fœniculi, cinnamomi, ſucci glyzyrrhizæ, rhabarbari, ſeminis baſiliconis, berberis, ſcariolæ, portulacæ, papaveris albi, citruli, cucumeris, cucurbitæ, & melonis ana ℥j.

olsis

osis de corde cervi, & margaritar. ana ℥ss. rosar. & sacchari canti ana ℥xj. camphoræ gr. vij. moschi gr. iiii. fiat pulvis subtilis, cui tempore vsus addantur semina frigida prædicta per setaceum equinum traiecta.

Vires: Valet adversas ventriculi calorem, ictericis, lienis, pulmonumque: contra viscerum dolores, & omnem totius corporis noxam à calore proficiscentem. Dosis à ℥j. ad ℥j.

Pulvis Diarrhodon Abbatis emmendatus Charaz.

℞. Rosar. rub. exungulatar. ℥ss. santali citrini, & santali rubri ana ℥iij. ligni aloes, cinnamomi, rhapontici, spicæ, rasuræ eboris, osis de corde cervi, croci, mastiches, cardamomi minoris, gummi arabici, tragacanthi, succi glyzyrrhizæ, margaritar. pp. seminis anisi, foeniculi, ocymi, melonum, & cucurbitæ ana ℥j. ambre griseæ gr. viij. moschi orientalis gr. jv. fiat pulvis S. A.

Pulvis Diatrion Santalon ex Nicolao.

℞. Trium Santalor. rosar. & sacchari canti ana ℥ij. & ℥ij. rhæbarbari, spodij, succi liquiritiæ, & seminis portulacæ ana ℥ij. amyli, gummi arabici, tragacanthi, seminum quatuor frigidior. maior. & scariolæ ana ℥jv. camphoræ ℥ss. fiat pulvis, permiscendo tempore vsus quatuor semina frigida per setaceum equinum traiecta.

Vires: Calorem hepatis, & ventriculi mitigat, tabidis prodest. Dosis à ℥j. ad ℥j.

Pulvis Trium Santalorum reformatus.

℞. Trium santalorum ana ℥ss. rosar. rub. rasuræ eboris, liquiritiæ, gummi arabici, & tragacanthi ana ℥ij. camphoræ ℥ss. fiat pulvis.

Diatrion Piperis ex Mesue.

℞. Trium piperum ana ℥v. zingiberis, thymi, & anisi ana ℥ij. spicæ, ameos, & amomi ana ℥j. calsiæ lignæ, seminis apij, feseleos, radicis enulæ, & asari ana ℥ss. fiat pulvis subtilis.

Vires: Ventriculum calefacit, coctionem iuvat, flatum dissipat. Dosis à ℥ss. ad ℥ss.

Diacymnon ex Nicolao.

℞. Cymini pridie in aceto infusi, & exiccati ℥j. & ℥j. cinnamomi, & caryophyllorum ana ℥iiss. zingiberis, & piperis ana ℥ij. & gr. v. galangæ, tymbiæ, & calamenthi ana ℥v. ameos, & levistici ana ℥j. & gr. viij. piperis longi ℥j. spicæ, cardamomi, & nucis moschatæ ana ℥iiss. fiat pulvis.

Vires: *Frigiditati pectoris, ventriculi, & capitis confert: flatus dissipat, coctionem iuvat. Dosis ℥ss.*

Diamoschum Dulce ex Mesue.

℞. Croci, daronici, zedoariæ, ligni aloes, & macis ana ℥ij. margaritar. pp. setæ crudæ adustæ, succini, corallij pp. Gallia Moschatæ ex Mesue, & ocymi ana ℥iiss. behen utriusque, folij, spicæ, & caryophyllor. ana ℥j. zingiberis, cubeborum, & piperis longi ana ℥iiss. moschi ℥j. fiat pulvis.

Vires: *Prodest contra cordis palpitationem, frigidosque affectus cerebri sine febre, melancholiam, vertiginem, epilepsiam, & paralytim: succurrit difficulter spirantibus. Dosis à ℥ss. ad ℥ss.*

Diamoschum Amarum Eiusdem.

℞. Absynthij, & rosarum ana ℥iij. aloes lotæ ℥ss. castorij, ligustici, ana ℥j. cinnamomi ℥iiss. Pulveriza, & adde Diamoscho Dulci. *Valentior est ad ea, quæ supradicta sunt, & præcipuè ad exiccandas humiditates ventriculi, & eius putrefactiones. Dosis à ℥ss. ad ℥ij.*

Seta cruda adusta: Cruda adusta sunt contraria, non enim potest esse crudum, quod est adustum: tamen potest aduri quod est crudum, unde Author non dicit seta adusta cruda, sed seta cruda adusta, quia vult, ut accipiantur folliculi serici recentes, quos omnino non tetigit aqua, qui forficibus dissecti, & pelliculis intrinsecis, ac vermiculis vivis optimè purgati incendantur in frusta, & in olla nova fictili impositi, ollaque probè lutata in furno panis colocetur, & igne temperato solum torreantur, itaut possint teri, cavendo ne adurantur. Verum enim vero qui setam crudam compositionibus adhibuerit non errabit, quia per ystionem, seu torrefactionem, partes subtiles evanescent.

Diambra Eiusdem.

℞. Cinnamomi, doronici, caryophyllor. macis, nucis moschatae, folij, & galangae ana ℥ij. spicae, cardamomi maioris, & minoris ana ℥j. zingiberis ℥i℥. santali citrini, ligni aloes, & piperis longi ana ℥ij. ambræ grisseæ ℥jv. moschi ℥℥. fiat pulvis.

Vires : *Cerebrum, ventriculum, ceteraque membra calefacit, & roborat : exhilarat, coctionem iuvat, cor ipsum roborat, &c.*
Dosis à ℥℥. ad ℥ij.

Pulvis Rosata Novella ex Nicolao Salernitano.

℞. Rosar. & liquiritiae ana ℥jx. & ℥i℥℥. cinnamomi ℥ij. ℥ij. & gr.ij. caryophyllor. spicae, zingiberis, galangae, nucis moschatae, zedoariae, styracis calamitae, cardamomi, & seminis apij ana ℥j. & gr.viij. fiat pulvis.

Vires : *In frigida intemperie ventriculi, & ventris subversione valet : flatus dissipat.* Dosis ad ℥i℥.

Pulvis Menses provocans ex Rendoletto..

℞. Myrrhae ℥j. sabinæ, & cinnamomi ana ℥℥. seminis apij, petroselinii, ichœnanthi, asari, & spicae ana ℥viiij. fiat pulvis.
Dosis ℥j. in ℥j. aquae foeniculi, & ℥℥. syrapi adianthi.

Pulvis Partum provocans ex Augustana.

℞. Cinnamomi ℥j. croci ℥℥. castorij gr.ijv. assae foetidae ℥j. subtiliter pulverata misceantur cum aquae artemisiae ℥jv. syrapi capilli veneris ℥j. pro duobus dosibus.

Pulvis Cornachini Solutivus.

℞. Scammonij Sulphurati, cremoris tartari, & antimonij dia-phoretici ana p. æq. fiat pulvis. Dosis à ℥j. ad ℥ij. Appel-latur etiam *Pulvis de Tribus, Pulvis Solis, Luna, & Splen-doris* : & *Pulvis Comitum Vuerovich.*

Pulvis Hyera simplicis Galeni.

℞. Cinnamomi, xylobalfami, asari, spicae, croci, & mastiches ana ℥vj. aloes ℥C. fiat pulvis S. A.

Vires : *Succos viscosos in tunicis ventriculi contentos expellit.*
Dosis à ℥j. ad ℥ij.

Pulvis Hyera Picra ex Mesue.

R. Cinnamomi, mastiches, asari, spicæ, carpobalsami, croci, xyloaloes, & cassiæ lignæ ana ℥j. aloes optimæ ℥v. & ℥i. fiat pulvis. S. A.

Vires : Prodest aegritudinibus capitis, stomachi, hepatis, iuncturarum, renum, & membrorum frigidis: educit humiditates, & putredines in eis generatas. Dosis ad ℥iij.

Pulvis Hyera Picra Rhabis.

R. Rosar. rub. spicæ, mastiches, xylocassiæ, xylobalsami, carpobalsami, cinnamomi, & asari ana ℥j. aloes ℥ij. fiat pulvis S. A. qui convenit cum superioribus.

Pulvis ad dissolvendos Sanguinis grumos Paracelsi.

R. Rhabarbari electi ℥ij. mumia ℥b. laccæ rubræ, & spermatis ceti ana ℥j. boli armenæ, & terræ sigillatæ ana ℥b. radia eis hirundinariæ ℥iij. fiat pulvis. Dosis ℥j. in aqua Tiliæ.

Pulvis contra Spatum sanguinis Serapionis.

R. Spodij, rosar. boli armenæ, terræ sigillatæ, & lapidis hæmatitis ana ℥b. corallij, succini, & margaritar. ana ℥iij. gummi arabici, & tragacanthi ana ℥ij. seminis portulacæ, malvæ, arnoglössæ, cornu cervi vsti, amyli torrefacti, & seminis rosar. ana ℥iij. fiat pulvis. Dosis ℥iij. cum aqua pluviali, aut plantaginis.

Pulvis contra Casum ex Augustana.

R. Terræ sigillatæ, seu boli armenæ, sanguinis draconis, & mumia ana ℥j. spermatis ceti ℥j. rhabarbari ℥b. fiat pulvis, cuius propinetur præcipitatis, ruptis, contulis, fractis ℥j. cum vini astringentis ℥ij.

Pulvis Restrictivus ex Fragofo.

R. Mastiches, thuris, myrrhæ, & sanguinis draconis ana ℥b. rosarum, corticum granator. myrtillor. balauustij, & nucum cupressi ana ℥j. lapidis hæmatitis pp. & boli armenæ pp. ana ℥ij. bistortæ ℥iij. fiat pulvis subtilis, qui vulgò appellatur *Pokvos de toda vizma.*

Vires : Valet ad condensandum, & incrassandum sanguinem, ad comprimendas, & reasfirmandas partes laxas, & solutas. Do-

ſis ad ℥j. Ad externa in forma linimenti, aut cataplaſmatis in osium fracturis, in contuſionibus, proſtovijs ſanguinis narium, &c.

Pulvis ad urina incontinentiam.

℞. Agrimonix ℥j. membranarum internarum ve ntriculi gallinae (vulgò Mollèxa) exiccatarum ℥℔. cineris e chini terreſtris ℥ij. fiat pulvis.

Vires: Commendatur ad verſus urina incontinentiam, & cum utilitate ij, qui in lecto mingunt tempore ſomnij, illum ſunt experti ſumendo à ℥℔. ad ℥j. antequam acumbant, cum vini modico.

Pulvis Nurſinus contra vermes ex Amato Luſitano.

℞. Corallinae, & ſantonici ana ℥j. dictamni albi, biſtortae, & tormentillae ana ℥℔. fiat pulvis. Doſis à ℥j. ad ℥j. Si efficaciotorem operationem deſideras adde Aethiopsis mineralis ℥℔.

Pulvis ad Moſſum canis rabidi.

℞. Thuris ℥j. gentianae ℥v. cancerorum fluviatillum vſtorum Menſe Julio paulò antè ingreſſum Solis in Signo Leonis captorum ℥x. fiat omnium pulvis. Doſis à ℥℔. ad ℥℔.

Vires: Inter venena maxime pertimeſcenda merito annumerandum eſt rabientis canis venenum, quod ſeva, ac immania etiam poſt temporis diuturnum lapſum ſolet proferre ſymptomata, quae abſque morte miſeri agrotantis non ſolvuntur: ad horum ſymptomatum præſervationem ex cogitarunt prudentiores medici pulverem quendam, qui primum à Galeno propoſitus Lib. II. de ſimp. med. facultate, cap. de Cancris: deinde à compluribus Doctõribus comprobatus, tanquam res experta.

Pulvis Euphragiae Compoſitus.

℞. Euphragiae ℥℔. ſem. foeniculi ℥ij. nucis moſchatae, & macis ana ℥j. ſacchari ℥j. fiat pulvis.

Vires: Prater viſus debilitatem, eximie valet etiam ad capitis dolorem, ſi quotidie ſub ingreſſum in lectum ſumantur ℥ij. cum hauſtulo vini albi.

Pulvis pro Nubeculis oculorum.

℞. Tutia pp. & sacchari canti ana ℥j. ossis sepiæ, & stercoris
lacerti ana ℥ss. margaritar. pp. ℥j. fiat pulvis subtilissimus,
qui in oculis inflatur.

Pulvis Capitalis.

℞. Spicæ ℥j. stoechadis, maioranæ, floris rosmarini, & lavendulæ ana ℥ij. betonica ℥j. santali citrini, & radice iridis ana ℥ss. serpilli ℥ss. peti optimi ℥iv. fiat pulvis, qui optime purgat caput modice naribus exorbendo.

Pulvis Cephalicus Vigonis.

℞. Aloes hepaticæ ℥iiss. myrrhæ ℥ss. sarcocollæ, thuris, & masticis ana ℥ij. fiat pulvis, quem vulgò Chyrurgi appellant
Polvos de la Coloradilla, seu encarnativos de Juan de Vigo.

Vires: Utantur eo Chyrurgi in fracturis cranij, ad humiditates in eo exiccandas, cranium primò lavando tincturâ sequenti:

℞. Aqua vitæ ℥x. myrrhæ ℥j. aloes ℥ij. croci ℥j. sarcocollæ, & thuris ana ℥ij. miscantur, & digerantur in vase vitreo probe obturato ad dissolutionem usque, mox coletur ad usum. Balsamica est, putredinem arceat in ulceribus putridis.

Pulvis Benedictus ad Cancrum Hartmanni.

℞. In Mense Junio, Julio, vel Augusto radices dracunculi majoris, quas scinde in plures particulas, & suspende in loco ubi spirant venti, & earum exiccatarum accipe ℥iij. hinc.
℞. Arsenicum album, non splendidum quasi vitrum, non rubrum, quod subtilissimè pulveriza, per 15. dies de tertio in tertium affundendo aquam vitæ in loco calido, & cooperiat arsenicum: post triduum nova aqua vitæ apponatur, & illa, quæ prius adfuit adijciatur, & sic ad quinquies repetatur, & tunc erit præparatum arsenicum, cuius accipe ℥j. Deinde ℞. Fuliginis, (quæ reperitur in caminis, non antiqua, neque arenosa, sed quæ in se habeat fassuginem) ℥iij. & ex tribus suprædictis mixtis fiat pulvis impalpabilis super porphyritem, & asservetur in loco benè clauso, ne humiditatem recipiat, & quantò magis inveteratur, tantò pretiosior est. Ante annum ad usum non erit bonus.

Vires:

Vires: Pulverem istum Benedictum ad utilitatem generis humani ab Altissimo sibi datum esse inquit Hartmannus. Si cancer est ulceratus, absterse prius Ulcere ab omni sanie, & virulentia, asperge pulverem, & cum bombace tege, ac cum sputo lineas circumcirca, ut adhareat: cum adhaeret nunquam cadit, nisi una radices secum eradicet. Si dolorem inferat, non removeatur, sed circum oleo rosato illitur, usque dum perse cadat. Postea cum incarnativis, mundificativis, & digestivis persciantur curatio.

CAPUT IV.

DE CONSERVIS, SEU CONDITIS.

Conditum Rosarum Rubrarum.

℞. Rosarum rubrar. nondum perfecte apertarum, & exungularatum ℞j; conquassa optimè in mortario marmoreo cum pistillo ligneo, & adde. vicissim, & semper pistando sacchari albi pulverati ℞iij. pista diu, ut probè misceantur: hinc repone in vase idoneo, & insola per mensem; deinde vsui asserva.

Alio modo: ℞. Foliorum rosar. rubrar. ut dictum est paratarum, & optimè pistarum ℞j. sacchari albi pulverati ℞j. misce, & igni expone ad unicum tantum fervorem semper agitando, ut liquefiat saccharum, vsuique asserva.

Vires: Cephalicum, & cardiacum est, caput, & reliqua viscera roborat, aestum mitigat, & fluxiones sistit. Dosis ad ℥j. & ultra.

Eodem modo paratur Conditum Rosarum Persicarum, & valet ad purgandam choleram, & purificandum sanguinem. Dosis ab ℥j. ad ℥iij.

Conditum Violarum.

℞. Florum violarum recent. à parte herbacea purgatar. ℞j. sacchari albisimi pulverati ℞iij. fiat, ut conserva rosarum.

Vires: Bilis incendium mitigat, humorum reliquorum ardorem extinguit, sitim temperat, avium subducit, fauces, & asperam arteriam lenit, & dilatat, & omnibus thoracis affectibus convenit. Dosis ad ℥j.

Conditum Absynthij.

℞. Summitatum absynthij floridarum, & recentium ℞j. pista in mortario lapideo cum pistillo ligneo, addendo vicissim inter pistandum sacchari optimi pulverati ℞ij. pista diu, ut exactè misceantur, & insolata reponere vase vitreo.

Vires: Stomachum, & caput roborat, lambricos necat, & expellit, vteri suffocationem adiuvat, status dissipat, doloribus hypochondriacis medetur. Dosis ad ℥ss.

Conditum Prunorum Damascenorum.

℞. Prunorum Damascenorum q. v. coque in aqua ad mollitiem, & extrahe pulpam per setaceum equinum, ex qua accipe ℞j. cui adde sacchari in liquore à prunis separato soluti, & ad syrupi crassitiem cocti ℞ij. coque in vase vitreato igne lento ad iustam consistentiam, vsuique asserva.

Vires: Prodest aegritudinibus cholericis, alterat enim earum malignitatem, & solvit materiam à qua fiunt. Dosis ab ℥j. ad ℥iij.

Conditum Viperina.

℞. Radicum Scorzonerae rasæ q. v. coque in aqua ad mollitiem; cola, & radices tere, seu conquassa, ac per setaceum equinum transcola: deinde accipe huius pulpæ ℞j. sacchari in colatura à radicibus separata soluti, & syrupifati ℞ij. coque ad consistentiam iustam, vsuique asserva.

Vires: Suaviter cardiacis, ac melancholicis subvenit: commendatur in peste, epilepsia, vertigine, vteri suffocatione, & venenis discutendis. Dosis ab ℥ss. ad ℥ij.

Eisdem rationibus parantur Conservæ, seu Conditæ ex omnibus floribus, folijs, seu herbis, fructibus, & radicibus.

Conditum Prunorum Solativum.

℞. Conservæ Prunorum ℞j. cui misce in subtilissimum pulverem redacta scammonij, & crystalli tartari ana ℥iij. sennæ, & Jalappæ ana ℥j. cinnamomi ℥ss. Dosis à ℥j. ad ℥j.

Eodem modo paratur Conditum, seu Conserva Cerasorum Acetosorum Solativum.

Conditum ad Morbum Gallicum.

℞ Smilacis asperæ contusæ ℥ss. aquæ fontanæ tepidæ ℥vj. coque in vase circulatorio probè lutato per horas tres: deinde colaturæ adde mellis optimi ℥ij. fiat syrupus, cui misce pulveres sequentes: smilacis asperæ, sennæ, & Polypodij ana ℥iſs. hermodactyllor. ℥j. Ethiopis mineralis ℥B. Dosis ad ℥j. bis in die, mane scilicet, ac nocte, ad totius conditi consumptionem.

CAPUT V.

DE PILULIS:

Pilula Agregativa Mesues.

℞. Myrobalanor. citrinor. & rhabbarbari ana ℥B. myrobalanor. chebulor. & indor. agarici, colocynthidis, polypodij, succor. inspissator. absynthij, & eupatorij ana ℥ij. scammonij electi cocti in pomo, turbith, & aloes ana ℥vj. mastiches, rosar. salis gemmæ, epithymi, anisi, & zingiberis ana ℥j. pulverentur, & fiat massa pilularis cum partibus æqualibus Electuarij Rosati ex Melue, & Syrupi Rosati, ex qua formentur orbiculi, seu magdaleones, qui cautè exiccantur in umbra, vsui asserventur.

Vires: Polychrestæ catapotia dicuntur, quod ad multos affectus corporis præter naturam sint utilia, ac omnes humores purgant: ad varios enim capitis, ventriculi, & iecoris affectus sunt efficacia, nam purgant ex his, & serosis, pituitosis, & bile utraque, obid ad diuturnas, & complicatas febres, ad vitia capitis, ventriculi, ac iecoris plurimum faciunt. Dosis ad ℥ij.

Pilule Alephangina Eiusdem.

℞. Cinnamomi, cubebæ, ligni aloes, calami aromatici, macis, nucis moschatæ, cardamomi, caryophyllor. asari, mastiches, schoenanthi, spicæ, & carpobassami ana ℥j. absynthij, & rosarum ana ℥v. crasiusculè contusa infunde per noctem in aquæ tepidæ ℥iij. deinde bulliant per horæ quadrantem in vase probè obturato, & post sex horas fiat colatura, in qua

dissolve aloes succotrinæ lotæ cum aqua pluviâli ℥j. agitâ continuè in sole, vel loco calido: hoc peracto adde pulveris myrrhæ, & mastiches ana ℥v. croci ℥ij. deinde exiccantur ad solem, sæpè conterendo, & admiscendo quod densatum est liquido, vt fiat exactissima mistio, & linteo puro vas contegatur adversus incidentiam muscarum, & sordium iniurias, vsuique asserva. Conficiantur hæ pilulæ Mense Maio, Iunio, vel Iulio; aliàs in loco calido exiccantur.

Vires: Ventriculorum, cerebrum, & sensoria omnia ab humoribus crassis, putribus, & pituitosis mundificant, ac inde natos dolores tollunt: stomachi robur augent, coctionem promovent, appetitum instaurant, cruditates abolent, ac nutritorias partes, pleurasque, à noxiorum humorum, frigidorumque præsertim accumulatione tuentur. Dosis à ℥j. ad ℥ij.

Pilula Cochiae Rhasis.

℞. Specierum, seu Pulveris Hyeræ Picræ Rhasis ℥x. colocynthidis ℥x. Diagrydij ℥iij. Stœcadis, & turbiti ana ℥v. cum syrupo de Stœcade formetur massa pilularis S. A.

Vires: Cephalicæ rectè dicuntur, eo quod caput magna efficacia expurgent, ideòque à nervis crassos, frigidosque humores evacuant. Dosis à ℥j. ad ℥iij.

Pilula Panchimagæ Zuvelferi.

℞. Agarici albißimi, rhabarbari electi, mechoacannæ albæ, hermodactyllor. & semin. ebulorum ana ℥iij. radicis ellebori nigri ℥ij. asari, & pulpæ colocynthidis ana ℥j. sennæ ℥iij. incisa, & contusa fiat ex eis extractum cum aqua, ter, quaterque aquam recentem effundendo: extractions colatæ, cum albuminibus ovorum clarificentur, & ad ℥j. circiter igne lenissimo evaporentur: hinc in liquore prædicto dissolve aloes hepaticæ ℥j. cola per cribrum setaceum, & leni calore cinerum inspissa ad extracti spissioris consistentiam, & adde resinæ Jalappæ, & scammonij ana ℥ij. amygdalis dulcibus prius probè subactorum, pulveris mastiches electæ ℥vj. olei nucistæ expressi ℥iij. fiat massa pilularis.

Vires: Omnes humores purgant, vertigini, hemicrania, ac capitis dolori succurrunt. Pro universali igitur cathartico merito habendæ. Dosis à ℥ij. ad ℥iij.

Pilula Angelica Francfort.

℞. Aloës lotæ cum succo rosarum ℞j. cremoris tartari, croci, myrrhæ, mastiches, & scammonij ana ℥℔. salis absynthij ℥ij. santali rubri ℥viij. cum syrupo rosato fiat massa pilularis S. A.

Vires : Crassos, & tartareos humores purgant : obstructions referant, flatu dissipant, stomachum roborant, & corruptioni resistunt. Dosis à ℥j. ad ℥ij.

Pilula Ammoniaci Quercetani.

℞. Aloes aquà endiviæ solutæ, & purificatæ ℥iv. gummi ammoniaci in aceto scyllitico soluti, & colati, myrrhæ in vino igne B. M. solutæ, & dum adhuc calet transeolatæ ana ℥℔. mastiches, & specierum Diatrion Santalon ana ℥i℔. croci ℥ij. salis fraxini, vel absynthij ℥jv. cum syrupo de stœchade, vel de succo rosato fiat massa pilularis. S. A.

Vires : Purgant insigniter tartarum, & conferunt adversus omnes defluxiones, cachexias, opilationem lienis, eiusdemque duritiem, & scirrhum, febres quartanas in veteratas. Dosis à ℥℔. ad ℥ij.

Pilula Antitartarea.

℞. Gummi Ammoniaci in aceto scyllitico soluti, & inspissati ℥iv. extracti thabarbari ℥ij. aloes pulveratæ ℥j. extracti senariæ ℥℔. extracti colocynthidis ℥ij. pulveris myrrhæ, Diarrhodonis Abbatis, tartari vitriolati, salis absynthij, artemisiæ, sabinae, & nitri fixi ana ℥j. olei sabinae distillati, olei succini, & castorij ana ℥℔. misce, & adde pulveris Diatrion Santalon q. s. ut fiat massa pilularis, cui adde medietatem sui ponderis extracti ellebori nigri, & iterum misce malaxando, ut fiat massa pilularis S. A.

Vires : In omnibus affectibus hypochondriacis, obstructionibus hepatis, lienis, ventriculi, & aliarum viscerum, ab acido terrestri, tartareo, & tetris humoribus originem trahentibus utere, & miraberis effectum. Dosis à ℥℔. sub mane, per aliquos dies repetendo.

Pilula Tartarea Bontij.

R. Aloes succotrinæ electæ ℥ij. gummi ammoniaci cum aceto scyllitico depurati ℥iſſ. tartari vitriolati ℥B. fiat massa pilularis cum oxymellite scyllitico.

Vires: In morbis tartareis, quales sunt affectus hypochondriacus, obstructio lienis, mesenterij, &c. mirifice profunt; incidunt enim tartaream mucilaginem, eamque expurgant. Dosis a ℥j. ad 3j.

Pilula Martiales.

R. Croci Martis aperitivi ℥iſſ. aloes succotrinæ ℥ij. succi agrimonix, gummi ammoniaci, & myrrhæ ana ℥j. Trochiscorū Alhandal, Diagyrdij, & tartari martialis solubilis ana ℥B. Aquilæ Albæ, & tartari vitriolati ana ℥iij. croci ℥ij. cum oxymellite scyllitico formetur massa pilularis S. A.

Vires: Obstructa liberant, obid profunt in chlorosis, cachexia, scirrbo, & similibus. Dosis ad ℥j.

Pilula Antihydrica Bontij.

R. Aloes optimæ ℥iſſ. gummi gottæ cum vino optimo dissoluti, & lavigati, & gummi ammoniaci ana ℥iſſ. Diagyrdij ℥j. tartari vitriolati ℥B. cum syrupo rosato solutivo fiat massa pilularis S. A.

Vires: Hydricorum aquas, ac tenue serum evacuant. Dosis ad 3j.

Pilula de Succino Cratonis.

R. Succini pp. & mastiches ana ℥B. aloes 3x. agarici ℥iij. aristolochiæ rotundæ ℥j. cum syrupo de betonica formetur massa pilularis S. A.

Vires: Aluum leniter solvunt, caput roborant, adeoque à catarrhis præservant. Dosis ad 3j.

Pilula de Tribus Galeni.

R. Aloes, colocynthidis, & scammonij ana p. æq. cum melle rosato, aut syrupo de floechade fiat massa pilularis S. A. quæ saltem vnius mensis spatio fermentanda erit.

Vires: Asthmati, cephalæ, catarrhis, alijsque morbis diuturnis, & pertinacibus mire opitulantur. Luem veneream, si cuilibet
dosi

Dosi mercurij dulcis ℥j. addatur curant, per aliquos dies continuando. Dosis à ℥j. ad ℥ij.

Pilula de Tribus cum Rhabarbaro.

℞. Aloës, Agarici, & Rhabarbari ana p. æq. cum syrupo rosato formentur pilulæ S. A.

Vires: Humores biliosos, & pituitosos, crassos, lentos à ventriculo, cavis hepatis, & lienis purgant: stomachum roborant, & appetitum revocant. Dosis à ℥B. ad ℥iB.

Pilula de Tribus Rupbi, aliàs Pestilentiales:

℞. Aloës ℥ij. croci, & myrrhæ ana ℥j. pulverata forma massatæ pilularem cum ℥vj. mellis in vino soluti, & syrupisati, vsusque asserva.

Vires: Mirificè adversus pestifera luis contagia populatim grassantia pollent. Solvunt materias subtiles cholericas, ac phlegmaticas, & putridas in porositatibus stomachi, in mesaraicis, & in venis capillaribus hepatis contentas. Dosis ad ℥j. Appellantur etiam Pilulæ sine custodia, eo quod securè in quacumque hora sumi possunt: etiam appellantur Pilulæ Communes, & vulgè Pildoras de reximiento.

Pilula de Tribus Fernelij.

℞. Pulv. Pilularum de Mastiche ex Fernelio ℥jvB. rhabarbari electi ℥j. cinnamomi ℥ij. cum syrupo de cichorio fiat massa pilularis S. A.

Pilula Mastichinæ Eiusdem.

℞. Mastiches ℥ij. aloës ℥ij. agarici trochiscati, & pulveris hyæaræ simplicis Galeni ana ℥iB. cum melle syrupisato cum vino albo fiat massa pilularis S. A.

Vires: Bilem, ac pituitam expurgant, ventriculum vacuant, ac roborant, coctionem iuvant. Dosis à ℥B. ad ℥ij.

Pilula sine quibus esse nolo Nicolai.

℞. Aloës hepaticæ lotæ cum decocto specierum ℥xij. myros balanor. omnium, rhabarbari, mastiches, absynthij, rosar. violar. sennæ, agarici, & culecæ ana ℥j. scammonij ℥viB. Scammonium dissolvatur in succo fœniculi, transeoletur per pannum, & cum colatura, & cæteris pulveratis fiat massa pilularis S. A.

Vires:

Vires: Valent ad cataractas, obscuritates, & caligines oculorum: caput à cholera, phlegmate, & melancholia purgant: iliosis conferunt, aurium dolorem sanant. Dosis ad ʒj.

Pilula Aurea Eiusdem.

℞. Aloes, & Diagyridij ana ʒvj. rosar. & seminis apij ana ʒiiss. anisi, & fœniculi ana ʒiʒ mastiches, croci, & colocynthidis ana ʒj. pulverisa, & forma massam pilularem cum melle rosato solutivo.

Vires: Caput purgant, sensus omnes, præcipuè oculorum aciem exacuunt: status ventriculi, & intestinorum dissolvunt, ac citra molestiam alvum deijciunt: ad stomachicos, colicos, & nephriticos valdè probantur. Dosis ad ʒiʒ.

Pilula Hyera cum Agarico ex Valerio Cordo.

℞. Specierum Hyeræ simp. Galeni sine aloes, & agarici trochiscati ana ʒʒ. aloes ʒj. cum melle rosato fiat massa pilularis S. A.

Vires: Auxiliantur stomachicis, & asthmaticis, ex ijs crassos, & pituitosos humores evacuando. Dosis ad ʒj.

Pilula de Aloe Magistrales.

℞. Aloes lotæ succo rosar. ʒj. agarici trochiscati ʒiij. Mastiches ʒij. Specierum Diamoschi dulcis ʒʒ. cum ʒiij. mellis in vino albo electo soluti fiat massa pilularis S. A.

Vires: Ventriculum roborant, eundemque, & uterum, cerebrum, & alia viscera à putridis humoribus expurgant, costionem augent. Dosis ad ʒj.

Pilula Lucis, seu Optica Maiores Mesues.

℞. Rosarum, violarum, absynthij, colocynthidis, turbith, cubebæ, calami aromatici, nucis moschatae, spicæ. epithymi, carpobalsami, xylobalsami, fœselos, seminis rutæ, schoenanthi, asari, mastiches, caryophyllor. cinnamomi, anisi, fœniculi, apij, cassiæ, croci, & macis ana ʒij. rhabbarbari, & myrobalanor. omnium ana ʒʒ. agarici, & sennæ, ana ʒv. eupragiæ ʒvj. aloes succotrinæ ad pōdus omnium, cum succo fœniculi
syrus

symplicato cum melle fiat massa pilularis S. A.

Vires: Pilule Lucis dicuntur, quoniam ad lucem, & aciem oculorum, & restorationem visus maxime conferunt, quia excrementa pituitosa à cerebro, ac oculis evacuant. Dosis ad ℥ij.

Pilule Lucis Minores Eiusdem.

℞. Xylobalsami, & carpobalsami ana ℥j. chelidonij ℥v. rosar. violar. absynthij, & euphragiae ana ℥iij. sennae, epithymi, myrobalanor. omnium, agarici, colocynthidis, schoenanthi, lycij, & lapidis cyanei ana ℥iiss. aloes ad pondus omnium: cum succo foeniculi, vel chelidonij cum melle syrupificato formetur massa pilularis S. A.

Vires: Valentiores sunt viribus prioribus, minores vocatae quia paucioribus constant simplicibus. Dosis ad ℥iiss.

Pilula de Octo rebus, seu Octomera Eiusdem.

℞. Aloes, & Diagyridij ana ℥ij. epithymi, colochyntidis; agarici, mastiches, dauci, myrobalanor. chebulor. & absynthij ana ℥j. cum succo solani, & mellis despumati q. l. fiat massa pilularis S. A.

Vires: Crassos humores à capite purgant, visum acuunt, & suffusiones oculorum arceni. Dosis ad ℥j.

Foësius, & Fuchsius notant aloem informandis pilulis pondus determinatum non tenere, vt neque mel, & saccharum in Electuarijs: alias hæc pilula ex novem constarent rebus: at id non semper est verum, cum aloë pondus determinatum teneat in Pilulis de Tribus.

Pilula Arabica Nicolai.

℞. Aloes ℥ij. radicis bryoniae, myrobalanor. omnium, mastiches, diagyridij, asari, & rosar. ana ℥iiss. castorij ℥iiss. croci ℥iiss. cum succo foeniculi cum melle syrupificato fiat massa pilularis S. A.

Vires: Omnes humores purgant, letitiam generant, tristitiam depellant, mentis vigorem conservant, visum acuunt, auditum amissum reparant, memoriam firmant, vertigini, hepticrania, ac capitis dolori succurrunt. Dosis ad ℥ij.

Pilula Arthritica Eiusdem.

℞. Hermodactyllor. turbith, & agarici ana ℥ij. cinnamomi, spicæ, xylobalsami, carpobalsami, galangæ, caryophyllor. macis, assæ foetidæ, zingiberis, mastiches, seminis fœniculi, anisi, saxifragiæ, asparagi, brusci, millij solis, rosar. & salis gemmæ ana ℥j. diagrydij ℥ss. aloes ad pondus omnium, cum succo fœniculi cum melle syrupisato fiat massa pilularis S. A.

Vires: Ad arthriticos dolores, & podagræ insultus, necnon frigidorum humorum in articulos procubitus, aut defluxiones adhibentur. Dosis ad ℥ij.

Pilula Assaiaret Avicenna.

℞. Specierum Hyeræ Picræ Galeni ℥ss. mastiches, & myrobalanor. citrinor. ana ℥ij. aloes ℥j. cum syrupo de stoechade fiat massa pilularis S. A.

Vires: Bilem flavam, & pituitam leniter purgant, ventriculi affectibus, & capitis doloribus auxiliantur. Dosis à ℥ss. ad ℥ij.

Pilula Lapidis Lazuli, seu Cyanei Mesue.

℞. Lapidis Lazuli loti, & pp. ℥vj. epithymi, polypodij, & agarici ana ℥j. scammonij, ellebori nigri, & salis indi ana ℥iiss. caryophyllor. & anisi ana ℥ss. Hyeræ picræ ex Mesue ℥xv. fiat massa pilularis S. A. cum succo endiviæ syrupisato cum melle.

Vires: Vitia ex melancholico, & adusto humore nata, cancrum nimirum, elephantiasim, & quartanam profligant, arquato conferunt, lienis obstructiones, infarctus, tumoresque resolvunt. Dosis à ℥ss. ad ℥ij.

Pilula Indæ Haly Eiusdem.

℞. Myrobalanor. indor. ellebori nigri, & polypodij ana ℥v. epithymi, & stoechadis ana ℥vj. agarici, lapidis cyanei loti, & pp. colocynthidis, & salis indi ana ℥ss. succi eupatorij inspissati, & spicæ ana ℥ij. caryophyllor. ℥j. Hyeræ Picræ ex Mesue ℥ss. cum succo apij cum melle syrupisato formetur massa pilularis S. A. Conveniunt cum superioribus de Lapide Lazuli.

Pilule Fumariæ Avicennæ.

℞. Myrobalanor. citrinor. chebulor. indor. & scammonij ana ℥v. aloes ℥vij. subtiliter pulverata succo fumariæ clarificato comprehendito, siccarique postea finito: deinde rursus trita novo succo excipito, idque tertio iterato, & postmodum forma massam pilularem cum syrupo fumariæ.

Vires: *Pituitam salsam, bilioses itidem, acres, & adustos humores à quibus pruritus, & scabies oriuntur solvunt, & sanguinem mundificant. Dosis ad ℥iij.*

Pilule Fœtidae Mesues.

℞. Sagapeni, ammoniaci, opopanax, bdellij; colocynthidis, seminis rutæ, aloes, & epithymi ana ℥v. hermodactyllor. & esulæ pp. ana ℥ij. scammonij ℥iij. cinnamomi, spicæ, croci, & castorij ana ℥j. turbith ℥ss. zingiberis ℥ss. euphorbij ℥ij. Gummata dissolvantur in succo porri depurato, & tepificato, quibus euphorbium per se tritum vna cum cæteris pulveratis addatur, vt lege attis in massam pilularem reducantur addendo de succo porri cum melle syrupificato q. s.

Vires: *Pituitam crassam, lentam, ac tenacem evacuant: ob id affectibus inde natis, arthritidi, podagra, spina quoque, vt iuncturaram, nec non ventriculi, & coli doloribus profunt. Elephantiasim, & cutis vitia emendant, mensesque movent, ac impurum uteri mucum emungunt. Dosis ad ℥j.*

Pilule Hermodactyllorum Eiusdem.

℞. Hermodactyllor. & aloes ana ℥v. myrobalanor. citrinor. & turbith ana ℥ss. zingiberis ℥ij. cum Electuario Rosato ex Metue formetur massa pilularis S. A.

Vires: *Humores crassos, & pituitosos ex iuncturijs purgant. Dosis ad ℥ij.*

Pilule Hermodactyllorum maiores Eiusdem.

℞. Hermodactyllor. aloes, myroballanor. citrinor. turbith, colocynthidis, bdellij, & sagapeni ana ℥vj. castorij, sarcocolæ, euphorbij, opopanax, seminis rutæ, & apij ana ℥iij. croci ℥ss. Gummata dissolvantur in succo brasicæ, colentur, eisque addantur reliqua pulverata, & cum succo brae

ficæ cum melle syrupifato reducantur in massam pilularem
S. A.

Vires: *Crassos, viscidos, & frigidos humores ex remotissimis partibus educunt, obid articularijs morbis, vt arthritidi, & similibus conveniunt. Dosis ad ℥iſs.*

Pilula Rhabarbari Eiusdem:

℞. Rhabarbari ℥iij. succi absynthij, succi liquiritiæ, & mastiches ana ℥j. myrobalanor. citrinor. & Trochiscor. Diarthodori ana ℥iiij. seminis apij, & foeniculi ana ℥ß. specierum Hyeræ Picræ ex Mesuæ ℥x. fiat massa pilularis cum succo foeniculi cum melle syrupifato.

Vires: *Humores educunt crassos, lentos, multum putres, & inde ortas febres diuturnas, ac ex alijs humoribus natas tollunt: hecoris item dolores, obstructions, durities, ac hydropem incipientem sanant. Dosis ad ℥ij.*

Pilula Stomachica, aliàs de Mastiche Eiusdem:

℞. Turbith ℥x. mastiches ℥ß. rosar. ℥iij. Aloes ℥xvij. cum syrupo absynthij fiat massa pilularis S. A.

Vires: *Ventriculum, & caput purgant, materiam pituitosam, putrem, præcipuè aquosam vacuant. Dosis ad ℥iſs.*

Pilula Stomachica alia, vulgò ante cibum Eiusdem:

℞. Aloes ℥vj. mastiches, & rosarum ana ℥ij. cum syrupo rosato, vel absynthij fiat massa pilularis S. A.

Vires: *Si sumantur hora vna ante cibum blandè alvum subducunt, stomachum roborant, & appetitum excitant. Dosis ad ℥ij.*

Pilula Agarici Eiusdem:

℞. Agarici ℥iij. radicis iridis, myrrhæ, & summitatum marrubij ana ℥j. turbith ℥v. pulveris hyeræ picræ ex Mesuæ ℥ß. sarcocollæ, & colocynthidis ana ℥ij. pulveriza, & forma massam pilularem cum sapa vini.

Vires: *Thoracem à pituita crassa, & putrida repurgant, obid antiqva tussi, & asthmati, alijsque thoracis vitijs à crassis, ac pituitosis humoribus ortis auxiliantur. Dosis ad ℥ij.*

Pilula Balsamica Richardi Mortonii.

℞. Pulveris millepedum ꝑꝑ. ℥iij. gummi ammoniaci optimè
depurati ℥i℔. florum benzoini ℥ij. vel ℥j. extracti croci, &
balsami Peruviani ana ℥℔. balsami sulphuris terebinthinati,
vel anisati q. s. fiant pilulæ mediocres deaurandæ, vel pul-
vere glyzyrrhizæ involvendæ.

Vires: In scorbuticorum, & scrophulorum lenta, & frequen-
tissima phthisi, ubi febris est admodum mitis, & spuunt pbleg-
ma quadantenus glutinosum, curationem non tantum in princi-
pio morbi, verum etiam in eius progressu insigniter promovent.
Auxiliantur etiam tussientibus, phthysicis, & asthmaticis. Dosis
ad ℥ij.

Pilula de Styrace, seu Laudanum Pectorale Schroderi.

℞. Styracis calamitæ ℥ij. ladani, olibani, & myrrhæ ana ℥j. succi
ci liquiritiæ ℥i℔. ambraë gryssæ ℥j. extracti opij per ace-
tum distillatum parati ℥j. extracti croci cum sp. vini facti
℥jv. cum syrupo de corticibus citri fiat massa pilularis.

Vires: Pertinacissimam tussim, & catarrhum ferinum sistunt.
Pregnantibus non sine abortus discrimine tussientibus, cum suc-
cesu exhibentur. Dosis gr. x.

Pilula ad Tussim Eiusdem:

℞. Succu glyzyrrhizæ, & thuris ana ℥j. myrrhæ, croci, & opij
ana ℥j. cum syrupo papaveris erratici fiat massa pilularis.
S. A.

Vires: Catarrhos tenues, & salsos à capite ad pectus incrassant,
ebullitiones humorum sistunt, tussimque sedant. Dosis à gr. viij.
ad ℥℔.

Pilula de Cynoglossa Nicolai.

℞. Corticum radice cynoglossi, seminis hyoscyami albi, &
opij ana ℥℔. myrrhæ ℥vj. thuris ℥v. caryophyllor. & styracis
calamitæ ana ℥ij. cum syrupo violato fiat massa pilularis.

Has Pilulas Nicolaus à Mesue mutuatus est, qui eas
sub titulo pilularum ad omnes morbos catarrhosos, hoc mo-
do descripsit: ℞. Opij, corticum radice cynoglossi, &

220 Tyrocinium Pharmaceuticum. Lib. II.

hyoscyami ana ℥ss. myrrhæ puræ ℥vj. olibani ℥v. croci ℥ss.
fiat massa pilularum cum succo cynoglossi cum melle syrupo
pilato, vel cum syrupo rosato.

Vires: Catarrhos tenues sistunt, ac tussim inde natam sedant;
omnibus quoque distillationum morbis, siue in thoracem fluxio
feratur, siue in pulmones, dentes, aut aliò procumbat conferunt,
somnia conciliant, ac dolores placant. *Dosis* à gr. viij. ad gr.
xv.

Pilule contra fluxum ventris Eiusdem.

℞. Baccar. myrti, balauitij, corticum granator. radìcis sym-
phyti, sanguinis draconis, boli armenæ, acaciæ, hypocistis-
dis, rosarum, tartari, feminis sumach, croci, gallarum, cinna-
momi, spodij, mastiches, gummi arabici, & Galliæ Moscha-
tæ ex Nicotao ana ℥j. opij ℥ss. cum syrupo myrtillorum fiat
S. A. massa pilularis.

Vires: Prohibent fluxionem in diarrhæis, & dysenterijs, som-
numque conciliant. *Dosis* ad ℥j.

Pilule Mercuriales.

℞. Mercurij vivi optimè purificati ℔ss. extinguit in mortario
marmoreo cum ℥j. axungie porcine recentis non salitæ, &
℥iv. conservæ rosarum: hinc cum p. æq. pulveris smilacis
asperæ, & farine hordei fiat massa pilularis, cuius ægrotans
ex lue venerea afflictus capiat ℥ij. cum ℥iv. decocti smilacis
asperæ, vis in die singulis diebus repetendo, scilicet sub ho-
ra sexta matutina, & sub hora sexta vespertina, & ubi Me-
dico videatur pyalismum cessare, capiat ægrotus infusio-
nem catharticam, toties repetendo, quoties opus sit.

Pilule Cretæ Palmariæ ex Bateana.

℞. Aloës optimæ ℥j. cretæ albißimæ, succini albi pp. gentianæ
næ, myrrhæ, & radìcis fraxinellæ ana ℥j. Mythridatij ℥iv.
terebinthinæ lotæ ℥ij. Syrupi Althææ q. s. fiat massa pilula-
ris. Sunt, qui addunt callomellanor. ℥ss. cum callomellanis
dantur ℥ij. vel ℥j. hora somni omni nocte per 15. dies ad gon-
orrhæam curandam, & profluvium album.

Pilule ad Gonorrhæam Mustani.

℞. Colophoniæ ℥j. Mercurij dulcis, & gummi guaiaci ana ℥ss.
Bals

Balsami Peruviani ℥ij. cum syrupo de Althæa formentur pilulæ triginta. Dosis pilulæ 2. vel 3. in aurora.

Pilula Æthiopica. Eiusdem.

℞. Æthiopsis mineralis ℥i. cerussæ stibij ℥ß. gummi guaiaci ℥ij. extracti smilacis asperæ q. s. ut fiat massa pilularis pro lucu venerea. Dosis à ℥ij. ad ℥i.

CAPUT VI.

DE TROCHISCIS, ET SIEF.

Trochisci Terræ Sigillatæ Mesues.

℞. Sanguinis draconis, gummi arabici assati, Trochiscor. Ras mich, rosar. amyli tosti, acaciæ, hypocistidis, heuphistidos, hæmatites pp. terræ Sigillatæ pp. corallij rub. pp. boli armenæ pp. charabe, balautij, sem. rosar. sem. portulacæ assæ, acinorum granatorum sylvestrium, cornu cervi vsti, & pp. thuris masculi, gallarum, spodij, & croci ana ℥ij, margaritar. tragacanthi, & seminis papaveris nigri ana ℥iß. Pulverentur, & cum aqua plantaginis formentur Trochisci S. A.

Vires: Sanguinem undecumque manantem, & sputa cruenta cohibent, ac varijs generis hæmorrhagias sistunt: fœminarum menstruam purgationem immoderatus fluentem morantur, intus sumpti, vel cum succo polygonij, aut plantaginis, ac ovi albumine coxis, & pubi illiti, aut conveniente liquore utero immissi, cruento item lotio medentur, ac dysenterias, diarrhæas, & alvi profusiva compefcunt. Dosis ad ℥iß.

Trochisci Terræ Sigillatæ reformati.

℞. Terræ Sigillatæ pp. ℥ij. Hæmatitis pp. succini, corallij pp. eboris calcinati, amyli, Diaphoretici Mineralis, nucum cupressi, acaciæ, hypocistidis, gummi arabici, balautij, rosar. rub. seminis papaveris albi, & extracti martis adstringentis ana ℥ß. opij ℥j. salis saturni ℥ß. Pulverentur subtiliter, & cum mucilagine tragacanthi in aqua plantaginis soluti formentur Trochisci S. A.

Trochisci de Charabe Mesues.

℞. Succini pp. ℥vj. cornu cervi vlti, gummi arabici assati, coral-
lij rubri vlti, tragacanthi, acaciæ, hypocistidis, balauſtij, maſ-
tiches, laccæ, & ſeminis papaveris nigri assati ana ℥ij. thu-
ris, croci, & opij ana ℥iſſ. cum mucilagine pſyllij forma
trochiscos S. A.

*Vires: Sanguinem excreantibus, tabidis, purulenta expuenti-
bus, caliacis, & dysentericis auxiliantur, sanguinem vnde
cumque emanantem sistunt. Dosis ad ℥iſſ.*

Trochisci Ramich Eiusdem.

℞. Succ acetosæ depurati, vel cydoniorum ℥xvj. succi granor:
myrti multum tritorum ℥jv. succi acrestæ ℥vij. folior. ro-
sar. ℥j. baccar. myrti optimè contular. ℥ij. coquantur simul
igne lento per quadrantem horæ: hinc colatura inspissetur
ferè ad mellis crassitiem, cui adde subtiliter pulverata se-
quentia: rosarum ℥j. santali citrini ℥x. ligni aloes, caryo-
phyllor. macis, & nucis moschatae ana ℥iſſ. gummi arabici
℥iſſ. carnis sumach, & spodij ana ℥j. gallarum recentium
acuratè tritarum ℥ij. misce omnia, & extende in vase vitrea
to, & soli exiccantur: hinc rursus pulveriza, & cribra subtili-
ter, & figura trochiscos cum ℥jv. camphoræ in aqua rosata
solutæ, & siccati in umbra vsui asserva.

*Vires: Ventriculam, cor, hepar, & cetera viscera imbecilla
roborant, cholera morbum sistunt, acrimoniam obtundunt, hæ-
morrhagiam cohibent. Dosis ad ℥ij.*

Trochisci Dirrbodon Eiusdem.

℞. Rosar. rub. ℥j. spicæ, & ligni aloes ana ℥vij. liquiritiæ ℥iſſ.
spodij ℥jv. croci ℥ij. subtiliter pulverentur,
& cum vino albo formentur trochisci S. A.

*Vires: Valent ad febres pituitosas antiquatas, alijs implexas,
formam corrumpentes, ventriculi dolorem leniendum, & hæ-
mores ipsi adhaerentes detergendos. Dosis ad ℥iſſ.*

Trochisci Myrrha Rhasis.

℞. Myrrhae ℥iij. lupinorum ℥v. fol. rutæ, menthastræ, pulegij cervini, cymini, rubiæ, assæ foetidæ, sagapeni, & opoponacis ana ℥ij. Dissolve gummata in aceto scyllitico, cola, & inspissa: deinde ex ijs, & cæteris pulveratis forma trochiscos cum succo artemisiæ S. A.

Vires: Menstrua suppressa promovent; attenuant, incidunt, & infarctos meatus liberant, foetum mortuum, & secundinas tardantes expellunt. Dosis ad ℥j.

Trochisci Croci ex Nicolao.

℞. Croci ℥iij. rosar. ameos, & myrrha ana ℥iij. ligni aloes ℥ij. pulveriza subtiliter, & cum glutine tragacanthi cum aqua rosata parato forma trochiscos S. A.

Vires: Lienis, & hepatis obstructiones aperiunt, flatu dissipant, humorum putredinem arcent, ac cordi vires addunt. Dosis ad ℥j.

Trochisci Rhabarbari Mesues.

℞. Rhabarbari optimi ℥x. succi eupatorij, & amygdalar. amarar. ana ℥℔. rosar. ℥iij. spicæ, anisi, rubiæ, ablynthij, alari, & seminis apij ana ℥j. Pista amygdalas, & extrahe per saccum equinum, & misce in mortario marmoreo cum succo eupatorij soluto cum succo fœniculi, quibus insperge reliqua subtiliter pulverata, & fingito Trochiscos S. A.

Vires: Valent ad hepatis obstructionem: dolorem, tumores præter naturam, affectus inveteratos, hydropem, icterum, formæ corruptionem, ac fœditatem emendant: necnon affectus iccoris inveteratos tollunt. Dosis ad ℥℔.

Trochisci Corticum Capparum Eiusdem.

℞. Corticum radicum capparum, & seminis agni casti ana ℥vj. nigellæ, nasturcij, amygdalar. amarar. succi eupatorij, radicis aristolochiæ rotundæ, gummi ammoniaci, folior. rutæ, calaminthæ, & radicis acori ana ℥ij. cyperi rotundi, & scolopendrij ana ℥j. trita, & cribrata forma trochiscos S. A. cum ammoniaco prædicto in aceto soluto.

Vires:

Vires: Valent ad lienis, & hepatis obstructions; status hypochondriacos solvunt. Dosis ad ℥iſs.

Trochisci Eupatorij Eiusdem.

℞. Succij Eupatorij, & mannæ ana ℥j. dissolve cum succo herbarum, & insperge supra ea subtiliter pulverata sequentia: rosarum ℥ſs. spodij ℥iiſs. spicæ ℥iij. rhabbarbari, afari, & anisi ana ℥iſs. malaxa, & forma trochiscos S. A.

Vires: Lienis, & hepatis obstructionem, tumorem præternaturam, febres antiquas, earumque rigorem sanant: morbo regio, & hydropi incipienti succurrunt. Dosis ad ℥iſs.

Trochisci Absynthij Eiusdem.

℞. Absynthij, rosar. & anisi ana ℥ij. rhabbarbari, succij eupatorij, afari, seminis apij, amygdalar. amarat. spicæ, mastiches, & folij ana ℥j. cum succo endiviæ forma trochiscos S. A.

Vires: Febris diuturnis conferunt; obstructions ventriculi, hepatis, & dolores eorundem levant, & deiectam appetentiam suscitant. Dosis ad ℥j.

Trochisci Absynthij reformati.

℞. Summitatum absynthij ℥j. santonici ℥ſs. rosar. spicæ, rhei, mastiches, afari, & folij ana ℥j. Pulverata formentur in massa cum glutine tragacanthi in succo, vel aqua absynthij parata, ex qua forma trochiscos, quos in umbra exicca, ac vsui asserva.

Trochisci Viperarum Galeni.

℞. Viperarum foeminarum non prægnatarum, & nuper captarum tempore verno N. xx. absconde eis capita, & caudas; excipeque internas partes, separa pelles, corpora quæ sic mundata diu adhuc moventur aqua abluc, eaque in matratio vitreo impone cum anethi vitidis ℥j. salis gemmæ ℥ij. eisque super affunde aquæ q. s. vt cooperiantur res, & matratio probè lutato, igne lento cinerum coquantur donec spinæ à carne separentur: hinc omnes spinas separa, & carnem pilita in mortario marmoreo, addendo pro vnaquaque vncia sarnis viperarum semiynciam panis albisimi pulverati, affunden

dendo inter pistandum liquorem remansum percolatum
hinc forma Trochiscos tenues, & exicca caute in umbra,
exiccatos inunge cum Balsamo Peruviano, & vsui asserva.

Trochisci Viperarum, seu Theriacales alij.

- R. Truncorum, hepatum, & cordium Viperarum exicatorum
q. v. pulveriza tenuissimè, & cum mucilagine Tragacanthi
cum vino electo parata forma Trochiscos, exicca in umbra,
& Balsamo Peruviano inunctos vsui asserva. *Vires vide Vi-*
pera Lib. I. Cap. IV.

Trochisci Scylla.

- R. Scyllam initio Iulij collectam, mediæ magnitudinis, ple-
nam, candidam, corticem detrahe, partemque duriorè ra-
diculæ adhærentem, massa triticea involve, & coque in cli-
bano donec massa perfectè cocta sit, & ea perforata, stylo
ligneo tentabis num vndique scylla tenerescat: è massa ex-
tracta, partem anteriorem diligenter tere, & extrahe pulpam
per setaceum equinum, & ad singulas libras huius pulpæ
adde vncias octo pulveris corticum radicum dictamni albi,
miscere probè, & fingito Trochiscos tenues, quos exicca, &
vsui asserva.

*Vires: Alexipharmaci sunt, attenuant, incidunt, abstergunt,
discutiunt, putredinem arcent, obstructa liberant, humores cras-
sos ex capite, & pectore incidunt, & abstergunt, obid in epilep-
sia, tussi, asthma, & mucilagine pulmonum valent. Dosis à ℥j.
ad ℥ij.*

Trochisci Hedychroi Andromachi ex Galeno.

- R. Mari, asari, amaraci, & aspalathi ana ℥ij. schoenanthi, cala-
mi aromatici, phu, xylobalsami, opobalsami, cinnamomi,
& costi ana ℥ij. myrrhæ, folij, spicæ, croci, & cassiæ lignæ
ana ℥vj. amomi ℥ij. mastiches ℥j. Subtiliter pulverentur, &
cum vino optimo, in quo crocus seorsim pulveratus mis-
tus sit prius, forma Trochiscos, exicca in umbra, & oleo
caryophyllorum inunctos vsui asserva. *Ingrediuntur in An-*
tidotis.

*Vires: Alexipharmaci sunt, & prosunt ad venena assumpta.
Dosis ad ℥ij.*

Trochisci Cypri Eiusdem.

℞. Passularum pinguisimarum exacinar. q. v. pista optimè in mortario marmoreo, addendo inter pistandum parum vini, & mellis despumati, & extrahe pulpam per fetaceum equinum: hinc accipe huius pulpæ, & rerebinthinæ Cypriæ ana ℥ij. misce exactè, quibus adde subtiliter pulverata sequentia: myrrhæ, & schoenanthi ana ℥i℥. calami aromatici ℥j. cinnamomi ℥℥. vnguis odorati, seu bdellij vnguinosi, spicæ, cassiæ lignæ, cyperi, & baccar. Juniperi ana ℥ij. alpalathi ℥i℥. croci ℥j. misce probè malaxando, vt fiat massa, ex qua forma Trochiscos S. A.

Vires: Valent ad pulmonum, iecoris, renum, aliarumque internarum partium exulcerationes. Dosis ad ℥j. Ingrediuntur in Antidotis.

Trochisci Gallia Moschata Mesues.

℞. Xyloaloes electi ℥v. ambra griseæ ℥ij. moschi ℥j. pulveratiza, & cum glutine tragacanthi cum aqua rosata parato fiat massa, ex qua forma Trochiscos, quos exiccatos in umbra vsui asserva. Ingrediuntur in medicinis à Mesue præscriptis, in quibus Gallia absolutè præscribitur.

Vires: Cerebrum, & cor roborant, oris, & totius corporis odorem commendant. Compositionibus alijs immittuntur. Dosis ad ℥j.

Trochisci Gallia Moschata Nicolai.

℞. Mastiches ℥ij. gummi arabici ℥j. camphoræ ℥j. terantur subtilissimè, & cum aqua rosata formentur Trochisci, & siccantur in umbra: deinde pistentur subtilissimè, & vngantur cum ℥ij. olei de iasmino, & misce sequentia pulverata: cinnamomi, caryophyllor. & nucis moschatæ ana ℥℥. fac massam cum aqua rosata, in qua ℥℥. moschi dissolutus sit, & figura Trochiscos parvos. Ingrediuntur in preciosissimis medicinis, & præcipuè in illis à Nicolao præscriptis, in quibus Gallia, seu Gallia Moschata absolutè præscribitur.

Trochisci Gallia Alephangina Mesues.

℞. Aquæ rosatæ ℔i℥. rosarum rub. siccar. ℥ij. corticum citri siccar. ℥ij. infundantur per 24. horas loco tepido in vase probè

probè obturato: deinde colaturæ adde corticum myroba-
lanor. emblicor. ℥iv. detineantur in vase vitreo optimè clau-
so per dies tres, mox cola, & detine: interim accipe ligni
aloes ℥j. Trochiscor. Ramich ℥ss. rosarum, & caryophyllor.
ana ℥x. spicæ ℥ij. santali citrini ℥ss. gummi arabici ℥vj. tere
minutissimè, & cum prædicta infusione vicissim adiecta fac
massam, quam aromatiza cum camphoræ, & moschi ana
℥j. ambræ griffæ ℥ij. & finge Trochiseos, quos exiccatos
vsui asserva.

*Vires: Cerebrum, cor, hepar, & cætera membra nutritionis
confortant: spiritus augment, exhilarant, &c. Dosis ad ℥ij.*

Trochisci Gallia Sebellina Eiusdem.

℞. Rosarum recent. ℥ij. pista in mortario marmoreo, & adde
subtiliter pulverata sequentia: aloes electæ, caryophyllor.
gummi arabici, & spicæ ana ℥ss. santali citrini ℥ij. Ramich
℥iij. contere cum rosis per diem integrum, affundendo ali-
quoties aquam rosatam infusionis gummi arabici: hinc ara-
matiza cum moschi ℥jv. ambræ, & camphoræ ana ℥ij. finge
rotulas, & exiccatas asserva.

*Vires: Ventriculorum, cor, hepar, & cætera viscera roborant. In
alijs compositionibus magnis immituntur. Dosis ad ℥j.*

Trochisci Aliptæ Moschata ex Nicolao.

℞. Ladani purissimi ℥iij. styracis calamitæ ℥ss. styracis rubræ ℥j.
ligni aloes ℥ij. ambræ ℥j. camphoræ ℥ss. moschi ℥ss. aquæ ro-
satæ q. s. Ladanum, & styraces in patina vitrea, tenue linteolo
tectâ, diebus canicularibus tandiu soli expone donec omnia
simul mollescant: tum verò in calido mortario contere do-
nec fiat massa nigra, cui admisce lignum aloes subtiliter pul-
veratum, ambram, & camphoram, simul trita, & cum mos-
cho in aqua rosata fragrantissima soluto in pastam cogan-
tur, ex qua forma pastillos, quos exiccatos vsui asserva.

*Vires: Conferunt infantibus, ac puerulis asthmaticis, & pecto-
ris angustia, vel anhelitus difficultate pressis: ventriculorum eorum
laxum, ac imbecillum roborant, inde lactis à nutrice præbiti
evomitiones compescunt: necnon ad preciosos suffitus expetun-
tur. Dosis à ℥ss. ad ℥j.*

Trochisci Moschardini, aliàs Confectio Moschardina, Corpus sine anima ex Schrodero.

℞. Moschi ℥j. sacchari albissimi ℥vj. amyli ℥v. tragacanthi ℥j. Moschus, & tragacanthum dissolvantur in aqua rosata; & ex omnibus fiat massa, ex qua fiant grana instar hordeatorum, quæ excidentur in umbra pro vlu. Sunt, qui sanguinis draconis ℥ij. addunt.

Vires: Graveolentiam oris emendant, si pastillus vnus, ac alter in ore detineantur; pectoris, & faucium asperitates leniunt, distillationes acres temperant, & spiritus resciant.

Trochisci de Spodio ex Mesue.

℞. Spodij ℥℔. rosarum ℥vij. seminis portulacæ, & succi liquiritiæ ana ℥ij. pulveriza, & confice cum mucilagine psyllij.

Vires: Valent ad febres acutas, ventriculi, & iccoris phlegmonem, sitimque vehementem. Dosis ad ℥℔. Appellantur Trochisci de Spodio sine semine.

Trochisci de Spodio cum semine Acetosa Eiusdem.

℞. Rosar. rub. ℥℔. spodij ℥x. seminis acetosæ ℥vj. sem. portulacæ, coriandri pp. & palpæ sumach ana ℥i℔. amyli tostij, balauftij, & berberis ana ℥ij. gummi arabici assati ℥℔. pulveriza, & cum succo omphacij forma Trochiscos S. A.

Vires: Utuntur Medici his Trochiscis in febribus biliosis cum alvi fluore: inflammationem ventriculi, & hepatis, ac sitim continuam sedant. Dosis ad ℥℔.

Trochisci Berberum Eiusdem.

℞. Berberis, aut succi eius, spodij, succi liquiritiæ, & seminis portulacæ ana ℥iij. rosar. ℥vj. spicæ, croci, amyli, tragacanthi ana ℥j. seminis citruli mundati ℥i℔. camphoræ ℥℔. pulverata confice cum ℥℔. mannæ in succo berberis solutæ.

Vires: Valent ad intemperiem calidam, febrium ardores, linguæ ariditatem, & sitim sedandam. Dosis ad ℥ij.

Trochisci Alchebengi Eiusdem.

℞. Fructuum Halicacabi ℥ij. boli armænæ, gummi arabici, thu-

ris, sanguinis draconis, succi liquiritiæ, tragacanthi, amyli
ana ℥vj. seminis apij, hyoscyami, charabe, terræ sigillatæ,
& opij ana ℥ij. pulveriza, & forma Trochiscos cum emul-
sione sequenti: ℞. seminis citruli, melonis, & cucurbitæ
ana ℥iiiss. amygdalar. amarar. pineorum, & seminis papa-
veris albi ana ℥vj. extrahe emulsionem S. A. cum succo, vel
decocto alkekengi.

*Vires: Valent. ad urine ardorem, pro fistula urinaria, vesica, re-
nibus, & vrescribus exulceratis; urine quoque tarditatem, &
dysuriam tollunt. Dosis ad ℥iiss. Appellantur etiam Trochisci de
Halicacabo, de Vesicaria, & Diaphylidon.*

Trochisci Gordonij.

℞. Quatuor seminum frigidior. maior. mundator. seminis papa-
veris albi, maluæ, bombacis, gummi arabici, seminis portu-
lacæ, cydoniorum, baccar. myrti, tragacanthi, pineorum,
pistaciorum, sacchari canti, penidij, liquiritiæ rasæ, hordei
mundi, amygdalar. dulc. & mucilaginis psyllij. ana ℥j. boli
armenæ, sanguinis draconis, spodij, rosarum, & myrtiæ ana
℥℔. Quæ non possunt pulverisari per setaceum equinum
extrahantur, cæteraque subtiliter pulverata cum mucilagine,
& hydromellite ex omnibus fiat massa, ex qua formetur
Trochisci S. A.

*Vires: Renum exulcerationes sanant, sanguinis mictum inhi-
bent, diabenti, ac gonorrhæa conferunt, & stranguriam levant.
Propinquantur si absterfio expetitur ex hydromellite, aut decoctio-
ne liquiritiæ, vel hordei: sin verò consolidandi intentio præva-
let ex lacte, aut aqua chalybeatæ cum syrupo, vel succo planta-
ginis: ac si exulceratio in vesica extiterit, lacte distemperati per
syringam injiciantur. Dosis ad ℥ij.*

Trochisci ad Gonorrhæam Renodei.

℞. Seminis viticis, lactucæ, flor. balauitij, & rosar. ana ℥j. rasu-
ræ eboris, & succini ana ℥iiss. boli armenæ in aqua centinodij
lotæ ℥ij. seminis plantaginis ℥jv. cassiæ ℥j. pulverizen-
tur, & cum mucilagine seminis cydoniorum in aqua neu-
pharis facta formetur Trochisci S. A.

*Vires: Ad gonorrhæam, si vè ea simplex sit, si vè virulenta præ-
missi-*

missis uniuersalibus utilliter vserpantur cum emulsione seminis papaveris, & melonis, vel cum aqua rosata. Dosis à ʒj. ad ʒiij.

Trochisci de Agno casto Rhasis.

R. Seminis Agni casti, & corticum tamaricis ana ʒv. seminis endiviæ, & portulacæ ana ʒiij. pulverata forma Trochiscos cum decocto scolopendrij, in quo ʒj. gummi arabici dissolueris.

Vires: *Profluvio seminis medentur, & gonorrhæam supprimunt, morbis item splenis auxiliantur. Dosis ad ʒij.*

Trochisci Camphoræ Mesues.

R. Rosar. rubr. ʒß. sacchari albi, & mannæ ana ʒiij. santali citrini ʒiij. liquiritiæ, & spodij ana ʒij. gummi arabici, tragacanthi, spicæ, croci, & quatuor seminum frigidior. maior. ana ʒj. ligni aloes, cardamomi, amyli, & camphoræ ana ʒij. cum mucilagine psyllij cum aqua rosata parata formentur Trochisci S. A.

Vires: *Ad febres ardentes, bilis, & sanguinis fervorem, ventriculi, & hepatis intemperiem calidam, & ab his sitim inexpletam, icterum quoque, ac phthisim, & hæcticam conferunt. Dosis ad ʒij.*

Trochisci Alhandal Mesues.

R. Pulpæ albæ, & levis colocynthidis, à seminibus purgatæ, & minutissimè tritæ ʒx. frica cum ʒj. olei rosati, vel amygdalarum dulcium: deinde accipe tragacanthi albi, gummi arabici, & bdellij ana ʒvj. vel solius tragacanthi ʒxviij. dissolve in aqua rosata, & cum parte illius mucilaginis forma Trochiscos tenues, qui in umbra siccantur: sicati iterum minutissimè terantur, cribrentur, & cum reliqua mucilagine iterum Trochiscos fingito, exicca in umbra, vsuique asserva. **Vires** vide Colocynthidis Lib. I. Cap. IV.

Trochisci Agarici Eiusdem.

R. Agarici electi per setaceum equinum traiecti ʒiij. pulveris zingiberis ʒiij. salis gemmæ ʒß. cum oxymellite forma Trochiscos S. A. vel: **R.** Agarici electi ʒiij. salis gemmæ ʒj. cum syrupo acetoso forma Trochiscos eodem modo.

Agaricum Trochiscatum.

℞. Agarici selecti per setaceum equinum traiecti ℥iv. fac massam cum vino albo electo, in quo ℥ij. zingiberis infusæ fuerint, ex hac massa fac Trochiscos, quos exiccatos vsui asserva.

Vires: Conferunt antiquis capitis doloribus, viscerum obstructionibus ex crassa, tenaci, ac pituitosa materia natis: stomachum, renes, lienem, ac hepar mundificant: mulierum matrices repurgant: epilepsiam, ac vertiginem abolent, vermes enecant, & expellunt, venenis resistunt, & asthmati conducunt. Dosis ad ℥ij.

Trochisci Minij Vigonis.

℞. Fermenti acerrimi farinae triticeae ℥iv. sublimati corrosivi ℥j. minij ℥ss. malaxentur in mortario marmoreo, & cum aqua rosata fiat massa, ex qua forma Trochiscos figura pianeorum.

Vires: Carnem corruptam mundificant, & callosam auferunt; ulceribus in quibus caro nimium supercrescit, & fistulis utuntur Chyrurgi.

Trochisci Albi, seu Sief Albi Rhasis cum, & sine opio.

℞. Cerussae lotae, & pp. ℥x. sarcocollae nutritae ℥ss. tragacanthi ℥ij. opij ℥ss. fiant ex eis Trochisci figura lentium. Parantur etiam sine opio.

Vires: Conferunt ophthalmia, & oculorum dolori.

Sarcocolla nutritur eam imbibendo in lacte asinae, vel caprae, per quinque dies imbibitiones repetendo, cavendo tamen, ne lac supernatet, exiccatur, & vsui asservatur.

CAPUT VII.

DE EXTRACTIS.

Extractum Opij.

℞. Opij Thebaici q. v. scinde in taleolas tenues, ac exicca in patina vitrea moderato calore arenae, semper spatula
agi-

agitando, vt facillè inter digitos (cum fricatur) in pulverem reduci possit, cavendo ne aduratur: deinde pulveriza, & in matraccio vitreo imposito, ei affunde aquæ prævalis distillatæ ad supereminentiam quatuor digitorum, & digere per dies duos, matraccio probè obturato: hinc decanta tincturam, & detine: idque repete novam aquam reaffundendo vsquedum non amplius tingatur: liquores omnes tinctos misce, filtra, & evapora calore Balnei Vaporis, seu Balnei Mariæ ad mellis crassitiem, & vsui asserva.

Extractum Croci paratur eodem modo ex Croco inter chartas exsiccatò.

Laudanum Opiatum Quercetani.

℞. Extracti Opii ℥ij. Extracti Croci ℥j. hyacinthor. pp. & corallij rub. pp. ana ℥iſs. terræ sigillatæ pp. ℥j. lapidis bezoaris Orientalis, unicornu, & ambræ griseæ ana ℥ij. fiat perfecta mistio igne lento, vsuique asserva. Apellatur etiam Nephentes.

Vires: Anodynum est insigne: adversus omnis generis dolores ex quacumque causa natos confert: contra defluxiones, & fluores ventris, dysentericos, hepaticos, & lienosos: gratam tranquillitatem inducit, & somnum conciliat in febribus ardentibus, in quibus ipse rationis sensus leditur, & phrenitim æger plerumque delabitur. Dosis à gr. ſ. ad gr. jv.

Laudanum Opiatum Cydoniatum, seu Extractum Opiatum Helmontianum.

℞. Succu Cydoniorum recenter expressi, & optimè decantati ℔v. Opii minutissimè triti ℔ſs. misce in matraccio vitreo, ac digere loco calido per dies 12. deinde decanta liquorem clarum, cui infunde cinnamomi ℥iſs. caryophyllor. cardamomi, macis, & nucis moschatæ ana ℥ſs. galangæ minoris ℥vj. detineantur per dies tres leni calore: hinc liquorem filtratum inspissa ad mellis crassitiem leni calore B.M. vsuique asserva.

Vires: Anodynum est insigne: Diarrheas, sanguinis que fluxus sistit. Dosis à gr. j. ad gr. jv.

Opij vera Effentia Langelotti.

℞. Opij Thebaici in particulas concissi ℞j. & affunde ei in cucurbita humili succi cydoniorum benè maturorum recentissimi ℞x. salis tartari puri, & siccissimi ℞j. expone leni calori per diem vnum, aut alterum, vsquedum bullulæ quædam appareant, quod signum est imminentis fermentationis, tunc adde istius promouendæ causâ sacchari subtilissimè pulverisati ℞jv. & serua eum caloris gradum, quem fermentatio requirit, & videbis opium evidenter attolli, & resolvi per minima: cavè verò à sulphure narcoticò graveolenti, quod tunc solet expire. Liquorem verò rubicundum rubini instar pellucidum cautè separa ab spuma supernatante, & fœcibus subsidentibus, decantando, & filtrando; quem leni calori inspissa ad melaginem, quam denuò spiritu vini alcoholisato dissolve, filtra, & digere per mensem. Hinc spiritu ad justam consistentiam abstractò experiere tantæ Effentiam hanc esse virtutis, & efficacæ, vt quarta pars grani vel dimidia ad summum intentioni sufficiat, mirandosque planè vsus præbeat.

Laudanum Vrinarium D. Michael.

℞. Succo Liquiritiæ ℞ss. camphoræ ℞j. croci ℞jv. alkekengi, & terebinthinæ venetæ lotæ ana ℞ss. tragacanthi, & mastiches ana ℞ss. Laudani Opiati, seu Extracti Opij ℞ij. Dissolve succum glyzyrrhizæ in aqua alicacabi ad mellis crassitiem, cui misce extractum opij, & terebinthinam, optimè que malaxa, vt fiat massa, cui adde, & probè misce malaxando, cætera pulverata, vt fiat exactissima mistio, vsuique asserva.

Vires: Diureticum est, & anodynum in nephritico dolore. Dosis à gr. jv. ad ℞ss.

Extractum Aloes Quercetani.

℞. Aloes succotrinæ pulveratæ q. v. extrahe tincturas in B. M. cum aqua cichorij, seu acetosæ, vsquequo liquor non amplius tingatur, & in fundo vasis remaneat pars terrea: tincturas omnes filtra, & lento igne cinerum evapora in vase vitreo ad mellis crassitiem.

Vires: Internas patredines arcet, ventriculum mundat, ac robora

rat, cruditates abolet, & ventrem lubricum reddit. Dosis ad ℥ij.

Extractum Catholicum.

℞. Extracti aloes aqua parati, resinæ scammonij, & resinæ Jalappæ ana ℥ij. extracti colocynthidis cum vino optimo parati, extractor. agarici, asari, & mechoacannæ cum spiritu vini parator. extractor. ellebori nigri, baccar. ebulor. & folior. sennæ cum aqua sale tartari acuta parator. ana ℥j. misce exactè, vt fiat massa, quam vsui efferva.

Alio modo: ℞. Extracti aloes ℥iv. resinæ Jalappæ; vel scammonij ℥ij. extracti ellebori nigri, & extracti colocynthidis ana ℥j. tartari laxativi ℥℔. fiat massa.

Vires: Omnes humores tuto purgat; in affectibus capitis mirè prodest: pro generali cathartico meritò uti potest. Dosis à ℔. ad ℥j. & ultra.

De extractis simplicibus aquosis, ac resinosis vide Lib. I. Cap. III. semper attendendo ex quibus substantijs simplicia componuntur, nam sunt, quæ liquorem aquosum amant, vt aloë, sennà, & similia: alia verò sulphureum, qualis est spiritus vini, vt Jalappa, scammonium, & similia: alia denique aquosum, sulphureum, & tartareum simul, quale est vinum, vt colocynthidis, &c. Nota quod aloë habet etiam resinosam substantiam, sed inutilem.

Extractum Gummi Gamandra, sive Gummi de Perù Rosaturæ Mysicht.

℞. Gummi Gottæ pulverati ℥j. aquæ cichorii ℥℔. spiritus vitrioli rectificati ℥j. misce. probè, & desine exiccare loco calido temperato, in tabula vitrea, vel vase, donec materia terrea reum colorem induat: postea pulverisa, & adde pulveris rosarum rub. ℥j. santali rub. ℥ij. sp. vini ℔j. circula per 24. horas: tunc filtra per chartam, & igne lento ad siccitatem evaporare sine, & habebis extractum rubicundum.

Vires: Serosos humores ex toto corpore purgat, obid prodest in cachexia, hydropè, arthritide, podagra, & similibus affectibus, et etiam in scorbutico, & morbo virgineo. Dosis à gr. jv. ad ℥j.

Duo sunt generalia cathartico corrigenia, nempe acida, & alkalifata: illa sunt spiritus vitrioli, vel fumus sulphuris

his incensi, quæ ipsa mitigant quidem purgantia, dum ea cal-
trant, interim eorundem vim laxativam, figendo salem volati-
lem acrem, plus minus demunt. Longè autem melior est cor-
rectio purgantium per alkalifata, inter quæ præfertur sal tartari,
vel eius loco nitrum fixum: sal enim tartari texturam illorum
pinguem resolvendo, eandem penetrantiorē, visciditatemque
attenuando, minus torminosam reddit. Vide Zuvelserum in
animad. & Etmulerum in comm. Ludovici de purgantibus ve-
getab. p. m. 727.

Extractum Martis Aperitivum.

℞. Æruginis ferri ℞j. tartari albi ℞ij. aquæ fontanæ ℞xvj. co-
quantur diu, semper novam aquam ferventem reafundendo,
quoties opus sit, ad liquorem exactè tingendum: hinc
filtra, & evapora ad mellis crassitiem, vsuique asserva. Æru-
go ferri, idest Crocus Martis cum rore paratus.

Vires: *Aperit, deopilat, obid in obstructionibus, chlorosis, &
similibus prodest. Dosis à ℞. ad ℞ij.*

Extractum, seu Magisterium Martis Aperitivum Mynsicht.

℞. Succo oxalidis depurati ℞ij. tamarindorum pinguium ℞viij.
miscæ, & confrica manibus, vel pistillo ligneo in patina ter-
rea, vt fiat in modum pulmenti: postea exemptis nucleis, &
stipitibus coquantur parum, & clarificentur cum albumini-
bus ovorum duorum: deinde cola per pannum laneum, &
liquorem colatum miscæ in cucurbita vitrea cum ℞iv. lima-
turæ chalybis, à sordibus benè purgatæ, ac digere in arena
loco calido tribus diebus, & noctibus, semper spatula lignea
agitando: hinc cola per chartam, & igne lento inspissa in vase
vitreo, seu terreo vitreato, ad extracti liquidi consistentiam,
vsuique asserva.

Vires: *Aperit, resolvit, attenuat, incidit, obid menses cit, obs-
tructa liberat, & prodest inflammationibus hepatis, lienis, &
schirris. Dosis à ℞j. ad ℞ij.*

Extractum Alkekengi Donzellij.

℞. Baccarum Alicacabi q. v. tere, & extrahe tincturas cum
aqua Alicacabi acuata cum spiritu sulphuris: filtra, & inspis-
sa igne lento cinerum.

Vires: Nephriticum est insigne, ardorem urinae mitigat. Dosis ad ℥j. in aqua alicacabi distillata, vel alia diuretica.

Extractum Tormentillæ.

℞. Radicis Tormentillæ crassiusculæ tritæ ℞ij. aquæ puræ tepidæ ℞vj. infunde per 24. horas: hinc coque per horas duas in vase probè obturato; deinde cola, ac asserva: residuum iterum infunde, coque, & cola, idque repete donec aqua non amplius tingatur: liquores omnes decanta, filtra, & clarifica cum albuminibus ovorum, & evapora lenissimo igne cinerum, spatula lignea semper agitando in vase vitreato, ad mellis crassitiem, vsuique asserva.

Vires: Siccatur, & adstringit: usitatissimum est in fluxionibus quibuscumque, tam alvi, quam uteri, sanguinis fluxu, vomitu, in peste, caterisque morbis malignis. Dosis ad ℥j.

Eodem modo parantur omnia extracta aquosa à vegetabilibus. Vide Lib. I. Cap. III.

CAPUT VIII.

DE ESSENTIIS.

Essentia Opii Liquida Anodyna Zuelferi, seu Laudanum Liquidum Mortonii.

℞. Opii Thebaici optimi ℥j. quod tesselatim incisum solvatur in calore leni: deinde solvatur in ℞ij. aquæ cinnamomi cum vino distillatæ. Solutionem filtra per chartam, & præcipita cum ℥j. salis tartari albissimi paulatim iniecta: post digestionem unius diei, ac alterius filtra, & adde essentia filtratæ salis ammoniaci cum chalybe sublimati ℥iij. extracti croci ℥ß. essentia liquidæ corticum arantium, & citri ana ℥ß. Digere per triduum in vase vitreo probè clauso lenissimo calore, filtra denuo, & vsui asserva.

Vires: Conferat febribus tertianis, & quartanis hora una, ac altera ante paroxysmum propinata: item in epilepsia tam infantum, quam adultorum: doloribus colicis, dysenteria, & fluxibus

bus alvi immoderatis cum vehiculo apropiato. Dosis à ʒj. ad ʒiij.

Essentia Ambrae.

℞. Ambrae griffæ optimæ, & sacchari candi ana ʒij. moschi ʒʒ. zibethi ʒʒ. Spiritus vini alkalifati ʒiv. digere simul in matraccio probè lutato per dies quatuor in ventre equino; mox adhuc calens separa essentiam, vsuique asserva.

Vires: Omnia viscera roborat, semen auget, & venerem excitat. Dosis à gt. vj. ad ʒʒ.

Essentia Camphoræ.

℞. Camphoræ q. v. dissolve in sp. vini, & digere ad olei spissitudinem, filtra, & vsui asserva.

Vires: Odontalgica est insignis: prodest etiam in gonorrhœa virulenta. Dosis ad ʒʒ.

Essentia Camphoræ Alexiteria.

℞. Camphoræ ʒij. dissolve in oleo amygdalar. dulc. cola, & adde sp. vini ʒij. digere in matraccio per dies sex: hinc extrahere spiritum evaporando: residuo adde tincturæ croci q. ʒ. ad aureum colorem, vsuique asserva.

Vires: Prodest in suffocatione matricis, & febribus, à peste insuper preservat. Dosis gt. ij. vel iij.

Essentia Citri.

℞. Eleosacchari citri ʒiij. succi oleosi ex recentibus corticibus exterioribus citri expressi ʒv. vel q. s. vt fiat essentia liquida.

Vires: Præstans est ad cordis, & ventriculi imbecillitatem iuvandam; venenis etiam adversatur, & oris halitum commendat. Dosis ad ʒʒ.

Essentia Citri Saccharina Zuvelferi.

℞. Sacchari albissimi ʒʒ. dissolve cum succo expresso ex extimis cuticulis corticum citriorum, vel limonum: exicca super tabulam chartâ inclusum, & denuo humecta, vel saltem irora cum ipso succo, atque iterum chartâ inclusum exiccetur. Tandem eidem saccharo imprime succum oleaginosum

238 *Tyrocinium Pharmaceuticum. Lib. II.*

sum ex decem, vel duodecim corticibus recentibus limo-
num, & efficietur fragrantissimum odore, & virtute effica-
cissimum. Valet ad prædicta. Dosis ad ℥j. Appellatur etiam
Saccharum Citratum.

Essentia Acantiorum Saccharina paratur eodem modo.

Essentia Saccharina, seu Oleum Sacchari simplex Beguini.

℞. Sacchari canti pulverati ℥iv. aquæ vitæ ℥viij. misce in scu-
tella vitreata nova, & accende: spatula continuo agita, do-
nec flamma extingatur: tùm adde aquæ rosatæ ℥ij. & vsui
asserva.

Vires: Tussi à materia lenta, & crassa laborantibus opitulatur.
Asthmati, raucedini, & pectoris affectibus medetur. Dosis ad ℥ið.

Essentia Caryophyllorum.

℞. Caryophyllorum aromaticorum crassiusculè tritor. ℥ð. co-
loca in lagena, & adde Alkæst Glauberi q. s. vt benè hu-
meantentur, & repone per noctem in digestionem, & reperies
sequenti die caryophyllos redactos in mucilagine: tunc
affunde sp. vini dephlegmati ℥iv. digere per dies tres, mox
decanta liquorem nigricantem, qui est ipsa Essentia, seu
Tinctura caryophyllorum.

*Vires: Cardiaca, stomachica, & cephalica est insignis: poten-
ter attenuat, ac incidit. Dosis à gt. ij. ad gt. viij. in vehicu-
lo appropriato.*

Essentia Castorij.

℞. Castorij electi ℥j. tritura, & humecta cum Alkæst Glaube-
ri, vt pasta fiat: hinc adde sp. vini rectificati ℥iv. digere in
matracio probè obturato per dies tres calore B. M. deinde
filtra, & asserva.

*Vires: Proficua est lethargo, apoplexia, paralyti, vertigine,
artuum tremore, & dolore colico: difficultatem audiendi corri-
git, dentium dolori succurrit. Dosis à gt. jv. ad ℞.*

Essentia succini paratur eodem modo, & confert om-
nibus catarrhosis affectibus, præsertim apoplexiæ, epilepsiæ, ver-
tiginis, & paralyti. Nil enim, inquit Helmontius stomacho, in-
testinis, nervis, imò, & cerebro est gratius succino in spiritu
vini resolutò.

Essen-

Essentia Myrrhæ paratur eodem modo, & valet ad partum facilitandum, menses ciendos, & sudores promovendos: confert insuper apoplexiæ, paralyfi, & lethargo: fœtum mortuum, & secundinas pellit, earumque putredinem arcet: varicollas, & morbillos erumpere facit, & expellit: convenit itidem pro expulsionem purpurae albae puerperarum, & cum illa sæpius sit coniuncta cum suppressione lochiorum, tunc una fidelia plures dealbantur parietes, & duabus magnis indicationibus unico succurritur presidio, quoniam, & lochia promovet, & expellit purpuram. Dosis à gr. vj. ad gr. xv. & ultra.

Essentia Absynthij.

R. Summitatum Absynthij semine prægnatarum, nuper siccat. & contular. ℥j. irrorata cum ℥j. vel q. s. Alkaest Glauberi, & digere per horas 24. hinc adde sp. vini ℔ss. digere loco tepido per octiduum in matraccio optimè clauso: deinde cola, & vsui asserva.

Vires: Stomachica est insignis, hepatica, splenetica, aperit, attenuat, vermes necat, bilem educit, crapulam discutit, sudorem cit, febribus convenit, & appetitum promovet. Dosis à ℥ss. ad ℥i℔.

Eodem modo pariri possunt Essentiæ Menthæ, Hypericij, Cinnamomi, Chermes, Croci, Macis, Ligni Aloes, & similibus.

Essentiæ, vel potius Tincturæ simplices methodo præscripta paratæ efficaciores sunt, quàm quæ parantur per simplicem infusionem in spiritu vini: liquor enim nitri fixi solubiliores facit resinosas, vel oleosas simplicium substantias.

Nota, quod olea distillata è vegetabilibus, præcipuè ex aromaticis, veniunt etiam in officinis sub nomine Essentiarum, vt Essentia Absynthij, Menthæ, Maioranae, Lavendulae, &c. de quibus vide Lib. I. Cap. III. & infra Cap. XXII. de oleis, & Balsamis distillatis.

Essentia enim propriè loquendo, est pars balsamica rei, à crassiori separata. Aliquando etiam Essentia significat unionem principiorum chymicorum, tam volatilium, quam fixorum, vt inde tota rei essentia integras vires referens emerget: quanvis Essentia vocabulum tribui etiam soleat tin-

ris mollibus, vt ex nuper tractatis, & sequentibus videtur: interdum etiam Eleofaccharis. Alij *Quintam Essentiam* dicunt quasi quid præter quatuor elementa, quod vulgò, vt dictum est oleis stillatitijs tribuitur. Tandem adedò generica est hæc vox *Essentia*, vt nonnulli sales, & magisteria hoc nomine insignere non vereantur, inter hos est Quercetanus, qui salem coralliorum, & salem perlarum Essentias vocare solet.

CAPUT IX.

DE TINCTURIS.

Tinctura Cinnamomi.

℞. Cinnamomi electi crassiusculè triti ℥iij. spir. vini optimi ℥viiij. misce, ac digere in matraccio probè clauso per dies sex: hinc tincturam filtra, vsuique asserva.

Vires: *Aperit, discutit, coctionem iuvat, spiritus, ac omnia viscera recreat, exhilarat, menses, & partum accelerat. Dosis à ℥b. ad ℥iib.*

Tinctura Chermes.

℞. Granorum Chermes ℥b. sp. vini ℥jv. misce, ac digere in matraccio probè obturato per dies sex: hinc decanta, filtra; & vsui asserva.

Vires: *Potenter adstringit, cardiaca, & stomachica est insignis. Dosis à gt. vj. ad gt. xxx.*

Tinctura Hyperici.

℞. Summitatum floridarum hyperici semine prægnatarum, nuper siccat. & contusar. ℥j. sp. vini ℥viiij. misce, ac digere in loco tepido per dies sex: hinc filtra, & vsui asserva.

Nonnulli dulcorant eam cum saccharo.

Vires: *Inbecillitatem, hebetudinem, stupiditatem, & torporem mentis corrigit, & emendat, omnesque imaginationis affectus tollit: morbis etiam renum, & vesicæ prodest, urinam promovet, & menstrua pellit. Dosis ad ℥j.*

Eodem modo parantur Tincturæ Croci, Myrrhæ, Succini, Castorij, Absynthij, Macis, Ligni Aloes, & similia.

Tinctura Epileptica ex Pharmacoepa Extemporanea.

℞. Castorij ℥β. succini flavi pulverati, & croci ana ℥ij. flor. recent. lilior. convalium ℥j. salis volatilis sudoriferi ℥x. misce, ac digere sine calore per dies octo: hinc filtra, vel decanta tincturam, vsuique asserva. Dosis à ℥j. ad ℥j. in aqua cerasorum, vel tilia.

Tinctura Diaphoretica ex tribus Principijs Chymicis Battimeli.

℞. Olei viperarum distillati, & de cornu cervi ana ℥iij. sp. vini optimi ℥vj. misce, & statim solventur; tunc adde sp. viperarum, & de cornu cervi ana ℥ij. distilla per retortam, & habedis Sulphur cum Mercurio maritatum, quibus adde salis volatilis viperarum, & de cornu cervi ana ℥j. figilla vas Hermetice, ac digere per mensem chymicum, & tunc iam facta est trium principiorum scilicet Salis, Sulphuris, & Mercurij unio, & Tinctura Diaphoretica completa est.

Vires: *Hæc Tinctura, (potius Essentia) summum est alexiterium in febribus malignis, morbis epidemice grassantibus, & cuiuscumque generis venenis. Item omnes fœdas cutis, infectiones, ipsamque luem veneream curat. Dosis à ℥β. ad ℥j.*

Tinctura Vitæ Mynsicht.

℞. Sp. vini ℔vj. aquæ rosar. ℔vj. corticum arantior. & citri, rosar. siccar. menthæ crispæ, mellissæ, santali albi, & cinnamomi ana ℥vij. ligni aloes, & macis ana ℥ij. sem. angelicæ, coriandri, anisi, & fœniculi ana ℥iβ. spicæ, galangæ minoris, croci, cardamomi, & caryophyllor. ana ℥β. ambra grisseæ, & moschi ana ℔β. misce, ac digere per octiduum: hinc distilla ℔vij. spiritus, cui infunde cassiæ lignæ veræ ℥ij. Confectionis Alchermes ℥β. croci ℥j. digere per dies tres: mox filtra, & dulcora cum saccharo albo in phlegmate proprio soluto, vsuique asserva.

Vires: *Cor, & spiritus rescit, exhilarat, cerebrum, & stomachum confortat, ventriculi calorem auget, robur firmat, status dissipat, coctionem iuvat, tormina ventris sedat. Dosis à ℥j. ad ℥vj.*

Tinctura Papaveris Erratici Eiusdem.

℞. Aquæ è succo Papaveris Erratici distillatæ ℥xxx. Conservæ eiusdem ℥j. florum eiusdem cum spiritu vitrioli irrorator. ℥j. misce, ac digere per dies tres: deinde filtra, & adde syrupi è succo Papaveris Erratici ℥viij. sp. vitrioli parum, vsuique asserva.

Vires: In defluxionibus calidis, tenuibus, & acris asperam arteriam, & fauces exasperantibus, insomniæque facientibus valet: tussim quoque inde natam, necnon catarrhum, & phthisim sedat, refrigerat, atque somnum conciliat. In pleuritide, & puncturis laterum ad dolorem mitigandum, inflammationem resolvendam, sudoremque eliciendum admirabile presidium est. Insuper ad alvi profluvium, & dysenteriam ex fluxu materiæ acris, & biliosa excitatam prodest. Dosis ab ℥j. ad ℥ij.

Tinctura Rosarum.

℞. Rosar. rub. siccar. ℥ij. aquæ tepidæ ℔jv. sp. vitrioli, vel sulphuris ℥iij. misce in vase vitreo, & macera per horas sex super cineres calidos: deinde filtra, & adde sacchari albissimi ℔iij. vsuique asserva.

Vires: Prodest in febribus putridis, & in appetito prostrato: cor exhilarat, ardorem febrium compefcit, sitim etiam extinguit. Dosis ad ℥iij.

Eodem modo paratur Tinctura Violarum.

Tinctura Baccarum Juniperi.

℞. Baccarum Juniperi recentium crassiusculè contusarum ℔j. seminis anisi contusi ℥jv. radicis angelicæ ℥j. ligni nephritici ℥β. macis ℥ij. vini malvatici ℔viij. infundantur per 24. dies, sæpè quotidie agitando, in vase vitreo probè obturato: hinc distilla in B. M. & cum liquore distillato extrahe S. A. tincturam ex Baccis Juniperi, filtra, dulcora cum saccharo, & vsui asserva.

Vires: Excalfacit, aperit, attenuat, discutit, stomacho utilis est: contra pectoris vitia, tussim, inflammationes, tormina,

☉ serpentum ictus efficacissimè bibitur: venenis adversatur, calculos renum expellit, urinam cit; raptis, convulsis, ☉ vulva extrangulatur subvenit. Dosis à ℥j. ad ℥℥. mane ieiuno stomacho.

Tinctura, seu Essentia granorum Chamæactes Hartmanni.

℞. Granorum Chamæactes in umbra siccator. q. v. impone in matraccio, & superaffunde sp. vini ad quatuor digitorum supereminentiam, & adde sp. vitrioli aliquot guttas, & matraccio probè lutato digere in B. M. per quinque, aut sex dies, vel eo usque spiritus tincturam rubini instar acquirat, decanta tincturam, filtra, & vsui asserva.

Vires: In suffocatione uteri, erumpentibus sudoribus, ☉ quiescente corpore paroxysmum sistit, ☉ expellit per diaphoresim e corpore ipso resolutos vapores. Dosis à ℥j. ad ℥j.

Tinctura Solis, seu Aurum Potabile per spiritum vini sale urina acuatam.

℞. Calcem Auri per aquam regiam factam, & per reverberationem in summam porositatem, & brunitatem redactam, eique affunde sp. vini microcosmicum, & digere calore leni per mensem vase Hermeticè clauso, vel donec sanguinis instar rubicunda tinctura evadat. Hinc decanta, & affunde novum menstruum, idque toties digerendo, & decantando repete, quoties opus sit. Solutiones omnes digere simul per octiduum. Deinde separa menstruum in B. M. calore lenissimo, & ad similes vsus reserva. Sic manet tinctura in fundo forma olei rubicundissimi, in quolibet liquore solubilis, quæ vicem Auri Potabilis suplere potest.

Vires: Aurum hoc Potabile, non minus, ut Lapis Philosophorum, (si quæ de Lapide Philosophorum predicantur, non sunt insomnia) pro universali medicina habendum, eò quia humidum radicale in sua quantitate, ☉ qualitate integrum conservat, calorem naturalem renovat, ac instaurat, spiritus omnes recreat, ac vegetat, viresque totius corporis, à morbi malignitate labefactas, ita confortat, ut adversus hanc insurgere, ☉ pugnare, tandemque vincere, ☉ expellere possint, quemadmodum conf-

tans, ac concors est omnium Hermeticorum Philosophorum sententia. Ergo in omnibus ferè agritudinibus tutò, & felicissimè adhibetur. Dosis à gt. jv. ad gt. vj. & ultra.

Tinctura Lunæ, seu Argentum Potabile, paratur eodem modo.

Vires: Capitis corroborans perhibetur specificum, spiritusque animales confortare, unde, & omnibus capitis affectibus peculiaris efficacia censetur, in primis epilepsia, apoplexia, & similibus. Dosis à gt. iij. ad gt. vj.

Spiritus vini Microcosmicus: R. Spiritus vini rectificatissimi, & salis urinæ ad summam puritatem deducti ana p. æq. detineantur per aliquos dies in loco frigidissimo: deinde digerantur per lentum calorem B. v. in phiola Hermeticè clausa spatio 20. vel 30. dierum, & convertentur in liquorem, qui si lubet, per B. M. semel, ac iterum rectificetur.

Tinctura Antiepileptica Battimeli.

R. Lunæ purissimæ cupelata, & subtilissimè laminata ℥j. factratum super stratum cum floribus sulphuris in crucibulo, & calcina igne gradato, vsque dum videas argentum coerulei coloris, cui in matraccio imposito superaffunde spiritus salis ammoniaci dulcis ℥jv. sigilla Hermeticè, vel saltem optimè luta, & inter cineres igne lampadis digere, vsquequo videas tincturam coeruleam gratissimi coloris, quam vsui asserva.

Vires: Roborat cerebrum, memoriam auget, & sensus omnes confortat: obid epilepticis, lethargicis, maniacis, melancholicis, catarrhosis, alijsque affectibus cephalicis mirè subvenit. Dosis à gt. vj. ad gt. x. in vehiculo appropriato.

Tinctura, seu Essentia Coralliorum Hartmanni.

R. Corallia rubra integra, & calcina igne reverberi in testis, seu scutellis terreis, ignem per gradus augendo: primo albescunt, mox flavescunt, & ultimo in rubedinem summam reducuntur, idque post biduum, vel triduum: tunc extrahe tincturam per spiritum vini, & aliquantulum inspissa per menstrui evaporationem, & acquies tincturam rubicundissimam.

Alissimam cum quadam dulcedine, quam vsui asserva.

Vires : Sanguinem, ceterosque humores à suis impuritatibus mundificat, ac renovat, obid membra principalia, & vitales spiritus confortat. *Dosis* ad gt. xx.

Tinctura Lapidis Hæmatitis Aperitiva.

℞. Florum Lapidis Hæmatitis ℥j. sp. vini ℥iij. misce, ac digere per dies octo, filtra, & asserva.

Vires : Menses promovet, obstructa liberat, in cachexia prodest. *Dosis* à gt. viij. ad gt. xxjv.

Tinctura Lapidis Hæmatitis Adstringens.

℞. Capitis mortui remanentis in sublimatione florum Lapidis Hæmatitis ℥j. sp. vini ℥iij. digere simul in vase vitreo operculato per dies duodecim, filtra, ac vsui asserva.

Vires : Fluxus ventris, diarrheas, dysenterias, ac fluxiones sanguinis ex quacumque corporis parte sistit. *Dosis* à gt. viij. ad gt. xxjv.

Tinctura Lapidis Hæmatitis Adstringens per Deliquium facta.

℞. Caput mortuum florum Lapidis Hæmatitis, & in manicam linteam inclusum suspende in cella vinaria frigida, & humida Mense Iunio, Iulio, vel Augusto, & Deliquium guttatim instillantem collige in vase vitreo subiecto, vsuique asserva.

Vires : Magnæ adstrictionis est, valet ad prædicta, sed maiori cum efficacia: inservire etiam potest pro quacumque aqua arteriali tam internè, quam externè. *Dosis* à gt. jv. ad gt. viij.

Sunt, qui Deliquium promovent affundendo pro vnaqueque vncia capitis mortui supradicti, vncias tres aquæ plantaginis, aliquoties reaffundendo capiti mortuo liquorem collectum.

Tinctura Martis Aperitiva.

℞. Extracti Martis Aperitivi ℥iij. vini albi optimi ℥x. misce, ac digere in B. M. per dies tres: deinde filtra, vsuique asserva.

Vires : Confert opilationibus, obstructionibus, chlorosis, cachexia,

xia, & similibus: vermes necat. Dosis à ℥ss. ad ℥ij. & ultra.

Tinctura Tartari.

℞. Salis Tartari q. v. calcina igne violentissimo ad colorem cœruleum: deinde abstrahe tincturam rubicundam cum spiritu vini: mox exhala spiritum ad olei spissitudinem, vsuique asserva.

Vires: Prodest in melancholia hypocondriaca, scorbuto, hydrope, obstructionibus, urinam cit, &c. Dosis à gt. jv. ad gt. viij.

Tinctura Nephritica.

℞. Calcis vivæ ℥ij. tartari pulverati ℥ij. in cucurbita terrea vitreata capaci impositis affunde aquam tepidam ad eminentiam octo digitorum, & optimè obturata coque igne lenissimo per horas tres: hinc filtra per chartam emporeticam, & evapora ad salificationem: hinc sal exiccatus collocetur in matraccio, eique affundatur sp. vini ad eminentiam unius digiti, & matraccio probè clauso digerantur per 24. horas: deinde filtra, vsuique asserva tincturam rubicundam.

Vires: Nephritica est, obstructa liberat, & urinam promovet. Dosis à gt. vj. ad gt. xx. in vehiculo appropriato.

Tinctura Antimonij ex Augustana.

℞. Antimonij electi ℥ss. salis tartari ℥ij. pulverata, & mista fluant in crucibulo valido igne per horam, postea extrahe tincturas cum spiritu vini, & liquores tinctos exhala ad olei crassitiam, vsuique asserva.

Vires: Sanguinem depurat, obid hydropicis, cachecticis, & ictericis, scabiosis, & similibus prodest. Dosis à gt. ij. ad gt. viij.

Tinctura Sulphuris.

℞. Sulphuris electi, salis tartari, & nitri ana p. æq. fluant simul in crucibulo, effunde, pulverisa, ac cum sp. vini extrahe S. A. tincturam rubicundissimam, quam vsui asserva.

Vires: In peste, febribus, scorbuto obstructionibus hepatis, morbisque pulmonum utilis est. Dosis ad gt. viij.

*Tinctura, seu Extractum Vitrioli Narcoticum Anodynum**Sala ex Schrodero.*

℞. Vitrioli ad albedinem lento calore exiccati, & pulverati ℥ss. sp. vini optimè rectificati ℥xxx. misce in matraccio vitreo, obtura, & sepelito per mensem infimo equino: hinc decanta à fœcibus absque perturbatione, & distilla in B. M. ad residentiam usque liquoris flavi, oleo distillato non absimilis: tunc cessa, & liquorem in fundo alembici restitantes in usum reponere probe oclusum.

Vires: Narcoticum est, & anodynum, nec potentia opio cedit, sine periculo tamen reprimit, & coagulat vapores subtiles venenosos, epilepsiam causantes, idque specificè. Dosis ad gr. xij. in vehiculo appropriato.

Laudanum Liquidum Thomæ Sydenhamij.

℞. Vini albi optimi ℔j. opij ℥ij. croci ℥j. cinnamomi, & caryophyllor. ana ℥j. infunde per dies tres in B. M. mox cola, & vsui asserva.

Vires: Anodynum est insigne, dolores colicos, & similes sedat, spiritus sediciosos, & commotos reprimit. Dosis à gr. jv. ad gr. xv.

Lac Virginalè.

℞. Benzoini, & styracis calamitæ ana ℥j. caryophyllor. cinnamomi, macis, & balsami nigri ana ℥ij. sp. vini ℥xvj. misce, ac digere per dies tres in matraccio probe clauso: hinc filtra, & vsui asserva.

Vires: Utuntur eo femine ad faciem decorandam, guttas aliquot in aqua fontana ad lacteum colorem instillando: insuper balsamicam vim obtinet in ulceribus putridis, & similibus.

CAPUT X.

DE BALSAMIS.

Balsamum Catholicum Mynsicht.

℞. Spiritus vini alcoholisati ℔iij. florum hyperici semine prægnator. ℥j. infundantur per 24. horas in vase vitreo

optimè obturato: deinde decantato spiritu rubore imbuto, in eo infunde subtiliter pulverata sequentia: thuris, myrrhæ, & aloes succotrinæ ana ℥℞. styracis ℥ij. benzoini ℥iij. balsami peruviani solidi ℥j. moschi, & ambriæ griffæ ana ℥℞. digere per 20. dies ad solem, vel in ventre equino, vel in cineribus calidis, & hoc exacto tempore decanta spiritum per inclinationem, vsuique in vase vitreo probè clauso asserva.

Vires: Vfus eius est insignis in vulneribus, & ulceribus tam antiquis, quam recentibus: sanguinem coagulatum solvit, ossium fracturas ferruminat: efficax est in tumoribus, inflammationibus, sanguinis fluxu, cancro, aurium, & oculorum affectibus, & dentium dolore, & stupore. Anodynum est insigne; gingivarum, faucium, & uvula affectibus medetur. Dolorem ischiadicum, podagricum, ceterosque articulares frequenti inunctione si non tollit, saltem demulcet. Solo olfactu capite dolentibus, vertiginosis, & apoplecticis succurrit. Flatus dissipat, & dolores colicos sedat. Catarrhis, tussi, asthmatis, empyemati, phthisi, aliisque pulmonum affectibus confert, tam ore sumptum, quam pectore inunctum. Stomachicum est insigne, cardiacum, & hemoar in febribus malignis, & pestilentialibus. Dosis ad ℥ij.

Balsamum Innocentij XI.

℞. Spiritus vini optimi ℔iij. seminis hyperici recentis ℥ij. insolentur per octiduum in matraccio vitreo probè obturato: & arena obruto, deinde exprime, & adde balsami albi, & benzoini ana ℥iv. balsami peruviani, styracis calamitæ, & junci odorati ana ℥ij. Thuris masculi, myrrhæ, aloes hepaticæ, & cinnamomi ana ℥j. insola iterum vt antea per dies 15. hinc exprime, cola, & vsui asserva. Eisdem vires, & vsus habet, quam Balsamum Catholicum nuper descriptum.

Balsamum Alkalisatum Ioannini.

℞. Theriacæ Magnæ ℥j. myrrhæ, aloes, & croci ana ℥℞. summatum absynthij, scordij, abrotani, radicis centaureij minoris, & maioris, aristolochiæ rotundæ, & iridis ana ℥j. contundenda contundantur, & omnia in matraccio vitreo coloca,
eis

eisque superaffunde sp. vini optimi ad eminentiam quatuor digitorum, & digere per octiduum matraccio optimè obturato: hinc filtra, vsuique asserva.

Vires: Ulcera maligna tam interna, quam externa mirificè mundificat, & à putredine præservat: etiam in peste, & similibus valet. Dosis ad ℥j.

Balsamum Antimonij.

℞. Sulphuris Aurati Antimonij, & salis tartari ana ℥j. misce diu agitando in mortario vitreo; hinc adde sp. terebinthinæ ℥iv. digere per octiduum in matraccio exactè obturato: post hæc adde sp. vini ℥viii. digere iterum, decanta, & abstrahæ spiritum igne cinerum ad balsami consistentiam, vsuique asserva.

Vires: Valet ad ulcera sordida, fistulas, & similia tam interna, quam externa. Dosis ad gr. x.

Balsamum Reguli Antimonij.

℞. Reguli Antimonij pulverati ℥iij. sp. terebinthinæ ℥viii. misce, ac digere in B. M. ad rubedinem vsque: decanta, & abstrahæ tincturam cum sp. vini: deinde igne cinerum abstrahæ spiritum ad balsami consistentiam, vsuique asserva.

Vires: Optimum est in affectibus pulmonum, phthisi, asthma, tussi, &c. Dosis gr. iij. vel jv.

Balsamum Sulphuris Anisatum.

℞. Hepatis sulphuris ℥iij. olei anisi distillati ℥vj. digere simul in vase vitreo probè obturato igne lento donec oleum rubicundissimum appareat, filtra, ac vsui asserva.

Vires: Vsus eius est in catarrhis pectoralibus, tussi, asthma, phthisi, pleuritide, colica, peste, febribus, epilepsia lue venerea: necnon in apostematibus. Dosis à gr. iij. ad gr. vj.

Balsamum Sulphuris Terebinthinatum, seu Rubinus Sulphuris.

℞. Hepatis Sulphuris pulverati ℥iij. olei terebinthinæ rectificati ℥vj. fac, vt supradictum.

Vires: Viuntur eo Medicj contra phthisim, ad ulcera pulmonum

consolidanda, in peste alijsque morbis contagiosis, in calculo renum, & vesicæ. Dosis à gt. iij. ad gt. viij.

Eodem modo paratur Balsamum Sulphuris Foeniculatum, Succinatum, Benzoinatum, Juniperinum, Camphoratum, &c.

Hepar Sulphuris. ℞. Sulphuris electi, vel florum eius ℥jv. funde, vel liqua igne lento in vase terreo vitreato, & adde salis tartari purissimi ℥ij. agita spatula, ut exactè uniantur, & fiat massa, quam frige factam asserva pro Balsamo Sulphuris parando.

Nota: Hoffmannus in clave, cap. de sulphure inquit, quod hæc balsama ex sulphure cum oleis distillatis præparata in phthisi, aut exulceratione pulmonum, aut aliorum viscerum ex humoribus falsis hæmoptysim causantibus orta in usum trahi non debent: nam in tali casu vel prævia adfuit, vel adhuc coniuncta adest inflammatio, eaque non sine acido inflammante, ac dolorifico. Olea autem stillatitia calida sunt, inflammabilia, ac resinosa, acidumque occultum habent. Insuper tam apertè ventriculo membranaceo inimica sunt, absumendo humidum illius radicalè, hepatis autem, alijsque visceribus phlogosim excitando, ut quidam sibi sitim perpetuam adsciverint, quidam cachexiam biliosam, quidam hydropem calidam, alij cruentum alvi fluxum, scabiem siccam, febres hæcticas, &c.

CAPUT XI.

DE ELIXYRIS.

Elixyr, seu Aqua Vita Mathioli.

℞. Cinnamomi ℥j. zingiberis, & zedoariæ ana ℥ß. santalor. omnium ana ℥vj. caryophyllor. galangæ, & nucistæ ana ℥iij. macis, & cubebæ ana ℥j. cardamomi. utriusque, seminis mellanthij, corticem citri, Pulveris Diambæ, Diamofchi Dulcis, Diamargaritonis, Diarrhodonis Abbatis, Atomatichi Rosati, & de Gemmis cum speciebus ana ℥iij. seminis anisi, foeniculi, pastinacæ sylvestris, ocymi, radicis angelicæ, caryophyllatæ, liquiritiæ, calami aromatici, phumigoris, folior.

scilicet

ſclareæ, thymi, calaminthæ, pulegij, menthæ, ſerpilli, & amaraci ana ℥ij. flor. ſalviæ, betonicæ, roſar. rubrar. roſmarini, ſtœchadis, blugofſi, & borraginis ana ℥℔. terantur, quæ terenda ſunt, & in cucurbita vitrea immitantur, eiſque affunde ſp. vini optimi ℔xij. & digere per dies 15. cucurbita probè obturata: poſt diſtilla per B. M. ſeu B. V. commiſſuris exactè lutatis: deinde aquæ diſtillatæ adde ſantali citrini odoratiſſimi ℥ij. moſchi, & ambræ griſſeæ ana ℔℔. Julapij roſati clarifſimi ℔℔. & detine per dies 15. vaſe benè clauſo: hinc decanta, vluique aſſerva.

Vires: Uſus eius eſt in peſte, epilepſia, apoplexia, & ſimilibus. Sudores promouet, ſpiritus auget, concoctionem iuvat, cor, cæteraque membra confortat. Doſis à ℥j. ad ℥℔.

Elixyr Vita Maius Quercetani.

℞. Zedoariæ, angelicæ, gentianæ, valerianæ, tormentillæ, ſcorçoneræ, galangæ, ligni aloes, & ſantali citrini ana ℥iij. folior. meliſſæ, menthæ, maioranæ, baſiliconis, hyſſopi, thymi, & chamædryos ana M.℔. baccar. lauri, & Juniperi, corticum limonum, & arantiorum, ſeminis pœoniæ, ſefeli, anethi, fœniculi, aniſi, citri, & cardui benediſti, caryophyllor. cinnamomi, macis, zingiberis, cubearum, cardamomi, piperis albi, & ſpicæ nardi ana ℥ij. belzoini, myrrhæ, olibani, ſuccini, & maſtiches ana ℥vj. flor. roſmarini, ſalviæ, pœoniæ, ſtœchadis, calendulæ, lavendulæ, hyperici, centaurij minoris, betonicæ, lilior. conualium, & tiliæ ana P.ij. cichorij, roſar. & bugloſſi ana P.j. mellis optimi, & ſacchari albi ana ℔℔. ſp. vini optimi ℔x. Digerantur per dies decem in vaſe hermetice clauſo: poſt expreſſio diſtilletur igne primi gradus, ponendo in roſtrum alembici moſchi ℥℔. ambræ griſſeæ, & croci ana ℥j. & ſtillabit aqua clara, quam aſſerva. Deinde auge ignem ad ſecundum gradum, & ſtillabunt ſpiritus nebulofſi, quos etiam aſſerva. Tandem auge ignem fortiorem, vt ſtillet oleum, & maneat materia in fundo ſicca, tamen non perfectè arida, ne empyreuma diſtillatum ſapiat. Ex reſiduo, in alembico remanenti, extrahe tincturam cum qua illa clara priori aſſervata: demum miſce tres illos liquores, ac diſtilla denuo per gradus, vt antea, ſingulis, vt prius ſeorſim ſuſceptis: reſidua ex vtraque diſtillatione calcina, ac fac lixi-

252 Tyrocinium Pharmaceuticum. Lib. II.

vium cum illa aqua clara asservata, & sic imbuta sale suo, aq̄ colata misce illam cum spiritu, & oleo, ac circula, vsuque asserva in vase vitreo bene operculato.

Vires: Valet ad curandas, & præcavendas vertigines, epilepsias, apoplexias, paralyses, syncopes, asthmata, manias, melancholias, lypothymias, stomachi, & aliarum partium debilitates, hystericas passiones, cachexias, & alia huius generis symptomata. Dosis à gr. vj. ad gr. xx.

Elixyr Vitæ Theriacale.

℞. Theriacæ Magnæ ℞ss. cinnamomi, caryophyllor. nucis molliata, ligni sassafras, santali citrini, camphoræ, & croci ana ℥j. radicis gentianæ, zedoariæ, valerianæ, angelicæ, contrayervæ, & calami aromatici ana ℥i℞. baccar. lauri, & juniperi, corticum exteriorum arantiorum, & limonum ana ℥iij. myrrhæ, olibani, benzoini, & gummi Juniperi ana ℥ij. rasuræ cornu cervi, & succini ana ℥iv. summitatum rutæ, hyperici, libanotidis, melissæ, salviæ, menthæ, maioranæ, scordij, & flor. stœchadis ana ℥℞. seminis anisi, foeniculi, catui, cymini, & seseleos ana ℥ij. Sp. vini rectificatissimi ℞viiij. contundenda contundantur, & omnia simul digerantur in vase vitreo ritè clauso, & arenâ obruto per 15. dies soli, vel alio leni calore: hinc distilla igne arenæ, & distillatum spiritum asserva. Residuum in cucurbita relictum distilla ex retorta vitrea lutata igne reverberi, & liquorem distillatum cum suo capite mortuo, cohoba, & liquorem distillatum misce cum spiritu supra asservato, & detine. Interim incinera in vase fictili caput mortuum, cui deinde in retorta vitrea immisso affunde spiritum supra detentum, & distilla igne arenæ: hoc peracto liquori distillato adde Essentiæ Castorij, & sp. salis Ammoniaci dulcis ana ℥j. & vsui asserva in vase vitreo stricti oris exactè clauso.

Vires: Valet ad ea, que de Elixyrjs supradictis, & Aquis Theriacalibus prædicantur, & non est opus, vt alia huius speciei requiras. Dosis à ℞℞. ad ℥ij.

Elixyr Proprietatis Helmontij.

℞. Aloes lucidæ, myrrhæ, & croci ana ℥j. Duo priora terantur acu-

acuratè, crocus verò, quia non teritur nisi exiccatus, potius conglobetur tundendo, & ponantur in vitro capacissimo, & forti, quod sigilla Hermetice, & circula moderato calore, ne vas dissiliat, donec videris totam offam in fundo coaluisse, & circulari oleum clarum cum aqua in parietibus vitri. Tunc aperiatur collum vitri, & affundatur aquæ cinnamomi ℥ij. & distilla per arenam madidam, cui sensim aquam bullientem affunde, donec non amplius è rostro alembici quidquam stillet, vsuique asserva.

*Vires: Vfus eius est ad curandas apoplexias, epilepsias, asthma-
ta, paralyses, atrophias, &c. Dosis à gt. vj. ad gt. xxx.*

Hoffmannus simplicis huius Elixij parandi modo est contentus, quia dicta ratione species non solum comburuntur, sed de aloe, & tota balsamica myrrhæ essentia parum ele-
yabitur.

Elixyr Proprietatis Paracelsi.

℞. Sp. vini optimi ℥ij. croci exiccati ℥j. pulv. myrrhæ, & aloes
ana ℥ij. digere simul per dies octo: deinde filtra, vsuique
asserva.

*Vires: Vulnerarium est, sudorem cit, prodest in morbis malig-
nis, ac pestilentialibus, à putredine preservat: utile est hypo-
chondriacis, vterinis, appetitum promovet, &c. Dosis à ℞.
ad ℞.*

*Elixyr Proprietatis Crollij, seu Elixyr Proprietatis Pa-
racelsi cum acido.*

℞. Myrrhæ electæ, & aloes hepaticæ ana ℥j. croci ℥℞. pulveri-
za, ac irrorata cum ℥ij. sp. sulphuris, vel vitrioli, & detine in
matracio vitreo per horas 24. hinc affunde sp. vini rectifica-
tissimi ℥viij. & digere per dies 4. post hæc filtra, & vsui asserva.
Convenit cum priori. Dosis à gt. viij. ad ℞j.

Elixyr Vterinum Crollij.

℞. Castorij ℥ij. croci ℥j. extrahe tincturam cum sp. vini, reaf-
fundendo quoties sp. tinctus appareat: extractiones misce,
quibus adde extracti artemisæ ℥ij. salis matris perlarum ℥℞.
olei distillati angelicæ, anisi, & luccini ana ℥j. digere per dies
octo, & vsui asserva.

Vires



Vires : *Confert in hysterica passione, & menstruorum suppressione. Dosis à ℥j. ad ℥ij.*

Elixyr Anodynum.

℞. Camphoræ, myrrhæ, & croci ana ℥ss. caryophyllor. & contrayervæ ana ℥j. opij ℥ij. sp. vini rectificati ℥xx. Digere simul in fimo equino per sex septimanas : hinc filtra, & asserva.

Vires : *Confert doloribus colicis, & nephriticis, venenis resistit, sudores cit. Dosis à gt. vj. ad gt. xx.*

C A P U T XII.

D E D E C O C T I S.

Decoctum Antiscorbuticum, & Splenicum.

℞. Seri lactis caprini recentis ℔v. radicum recentium cichorij sylvestris ℥ij. pimpinellæ ℥ss. herbarum recentium cochleariæ, nastartij hortensis, & cerefolij ana ℥ij. capparum aceto conditor. ℥iiss. tamarindor. ℥j. cremoris tartari ℥ij. digere simul per horas 12. in vase obturato : hinc ebulliant in eodem vase per semihoram : deinde cola, clarifica, & adde sacchari albi ℥jv. sp. salis ammoniaci acidi q. l. pro gustu grato. Dosis ab ℥j. ad ℥jv.

Decoctum Aperitivum.

℞. Endiviæ, cichorij, & fumarix ana M. j. eupatorij, borraginis, buglossi, cuscutæ, & scolopendrij ana M. β. glyzyrrhizæ rarsæ, radice foeniculi, apij, petroselinij, & passulat. exacinar. ana ℥ss. seminis anisi, foeniculi, corticum capparum, & tamaricis ana ℥ij. commarum thymi, & epithymi ana ℥iiss. fol. sennæ ℥ij. polypodij ℥j. agarici ℥ss. Incisa, & contusa crasso modo infundantur in ℔vj. aquæ tepidæ per horas 24. hinc coquantur per horam in vase circulatorio, commissuris lutatis, & post sex horas coletur ad usum.

Vires : *Aperitivo hoc porro in viscerum obstructionibus, & contumacibus eorum affectibus Medici utuntur : diuturnos enim jecoris, lienis, & venarum mesaraicarum infarctus permeat, ac*

expellit, ictero, & febribus antiquis, necnon hydropi opportunum est. Dosis ab ℥ij. ad ℥vj.

Decoctum ad Mensrua provocanda.

℞. Pulegij, sabinæ, melissæ, origani, & adianthi ana ℥j. aquæ tepidæ ℔ij, coquantur in vase circulatorio iuncturis ritè lutatis per horas duas, & post refrigerationem coletur ad usum. Dosis ad ℥iv.

Decoctum ad Morbum Regium.

℞. Chelidonij, rubiæ, aspleni, & adianthi ana ℥i℔. aquæ tepidæ ℔ij. coque, vt supradictum, & colaturæ adde pulv. rhabarbari ℥i℔. Dosis ℥jv. sub mane.

Decoctum ad Calculum.

℞. Liquiritiæ rasæ, & radicis iridis ana ℥i℔. radic. petroselinij, & foeniculi ana ℥ij. seminum althææ, malvæ, foeniculi, & radicis saxifragiæ ana ℥vj. cicerum rubror. ℥vj. sebesten, & ficuum ana N. xxx. hordei mundi loti ℥iij. Aquæ pluvialis ℔v. incisa, quæ incidenda, & contusa, quæ contundenda coquantur in vase circulatorio per horas quatuor, & cum colatura fac emulsionem ex quatuor seminum frigidior. maior. excorticator. ana ℥vj.

Vires: *Abstergit, lenit dolores ex calculo, urinamque promovet. Dosis ad ℥jv.*

Decoctum Puginum.

℞. Aquæ hordei ℔i℔. sennæ mundatæ ℥j. polypodij contusi ℥ij. sem. foeniculi, & anisi ana ℥i℔. epithymi ℥ij. zingiberis, & cinnamomi ana ℥i℔. thymi ℥v. trium flor. cordialium ana ℥j. prunor. N. vj. passular. exacinar. ℥vj. coquantur per horas quatuor in vase circulatorio iuncturis ritè lutatis, & tempore usus fiat colatura.

Vires: *Solutivum est, diureticum, & carminativum. Dosis ab ℥j. ad ℥jv.*

Ptisansa Anticolica, vulgò Laxativa Laxante.

℞. Seri lactis ℔ijv. folior. sennæ ℥j. tartari Laxativi, & anisi ana ℥i℔. coquantur paulisper in vase obturato, & detine extra ignem per horas quatuor: hinc in colatura dissolve mannæ electæ ℥jv. & iterum coletur ad usum.

Vires:

Vires: Utuntur ea Medici in dolore colico, & ubi blandè, & leniendo opus est expurgare. Dosis ℥jv. & duabus horis tranſactis capiat ægrotus iuſculum commune, & horis duabus à juſculo ptipſana reiteretur, & ſic deinceps, nunc ptipſana, nunc juſculum. Si autem vomitiones adſint, ſemper ſtatim à vomitu ptipſana repetatur.

Ptípſana, ſeu Decoctum commune hordei.

℞. Hordei integri inter linteum aſperum fortiter fricati, & ventilati ℔j. aquæ tepidæ ℔x. coquantur in vaſe circulatorio, vel alio probè claſo ad hordei crepaturam: hinc vaſe refrigerato fiat colatura.

Vires: Refrigerat, ſiccac, digerit, abſtergit, aperit, emollit, ſiſtim extinguit, diureticum eſt, ac nutritivum. Dosis ad ℔℔. Inſervit etiam pro varijs Decoctis, ac Inſuſionibus parandis, pro quibus ut plurimum nomine aquæ hordei præſcribitur.

Aqua Antivenerea Caroli Muſitani.

℞. Sarſæ pattillæ minutim incisæ ℥ij. viſci quercini ℥iſſ. limaturæ cornu cervi, & eboris anà ℥ſſ. antimoniij crudi minutim contuſi, & petreæ pumicis anà ℥iij. hæc duo ligentur in linteo, & ſimul cum alijs infunde in aquæ fontis ℔jv. per 24. horas: demum adde cinnamomi acuti ℥ij. & bulliant in vaſe probè operculato per horas quatuor igne lento arenæ: hinc colaturæ bibat ægrotus ℔j. in tribus vicibus partitis, mane ſcilicet, in prandio, & cena, per menſem chymicum eius uſum continuando. Reaſuſio pro potu quotidiano inſerviat.

Aqua Antimonialis.

℞. Smilacis aſperæ ℥jv. ligni ſancti ℥vj. rad. chinæ, & viſci quercini anà ℥ij. ſeminis aniſi, & liquiritiæ raſæ anà ℥ſſ. fol. ſennæ ℥iij. capilli veneris, aſpleni, agrimonix, & ſem. fumariæ anà ℥i. trium flor. cord. P.ij. aquæ ℔x. infunde per horas ſex, addendo in panno ligata: antimoniij, & petreæ pumicis anà ℥ij. tartari laxativi ℥ſſ. hinc coquantur igne lento per horas quatuor in vaſe claſo, & cola ad uſum.

Vires: Valet in lue venerea, hydropi auxiliatur, lienem exte-
quat.

curat, & eius scirrhus curat, obstructiones liberat, & cacochias curat. Dosis ℥jv. bis in die.

Aqua Vulneraria contra sputum sanguinis.

R. Radicum consolidæ maioris, gentianæ, bistortæ, & aristolochiæ ana ℥iij. folior. oxalidis, polygonati maioris, seu centinodiæ, agrimonix, plantaginis, capilli veneris, scabiosæ, melissæ, summitatum hyperici, & folior. olivarum ana M. ij. flor. rosar. sambuci, & tiliæ ana P. j. aquæ puræ tepidæ ℔v. coquantur per horas quatuor in vase circulatorio: deinde sex horis transactis fiat colatura, cui adde succi viticæ depurati ℔iij. aceti rosati ℥iij. rhabbari torrefacti, cinerum ranarum, cancror. fluviatilium, & pulv. sanguinis hirci, & rubiæ tinctorum ana ℥j. & cum saccharo dulcoretur. Dosis ℥vj. mane, & vespere.

Potio Vulneraria Quercetani.

R. Cinerum testarum astacorum, & ranarum ana ℥ss. corallij rubri pp. & spodij ana ℥iij. mumix ℥ij. aquæ spermatis ranarum ℔j. macerentur ad calorem B.M. per 24. horas: postea in vase clauso coquantur per horam, & colaturæ exhibeantur cochleare ij. cum eodemmet decocto foveatur extrinsecus vulnus sanguinolentum, & prohibetur sanguinis ex vulneribus eruptio.

Pro Aqua, seu Potione Vulneraria sufficit decoctum ex symphyto, & Tormentilla, cui addi possunt syrupus hederæ terrestris, rosar. siccar. myrtillor. sperma ceti, sanguis hirci, oculi cancri, vel alia iusta Medici scopum. v.g. R. Radicum symphyti, & Tormentillæ ana ℔ss. contundantur, & coquantur per horas tres, vel quatuor in aquæ ferrariæ ℔vj. in vase circulatorio, vel matraccio ritè obturato: hinc colaturæ adde syrupi hederæ terrestris, rosar. siccar. & myrtillor. ana ℥ij. spermatis ceti, pulveris sanguinis hirci, & oculor. cancror. pp. ana ℥ij. Dosis ad ℥jv.

Aqua Alba Sydenhamij.

R. Cornu cervi calcinati, & pp. ℥jv. micæ panis albissimæ ℥ij. aquæ comm. ℔j. coquantur in vase probè clauso per horas duas, vel tres: postea agitentur, & fiat colatura per linteum, & liquor colatus propinetur in fluxione ventris.

Aqua Lac Augens.

- ℞. Summitatum hyperici ℥℔. sem. anethi, fœniculi, anisi, & nigellæ ana ℥j. contusa coquantur in ℔ij. aquæ comm. per horas tres in vase clauso, & colaturæ propinentur ℥iv. cum ℥j. crysalli montanæ pp. pro vna dosi.

Decoctum Cordiale.

- ℞. Radicum viperinæ, & acetosæ ana ℥j. folior. acetosæ, & buglosi ana M. j. seminis citri, seu limonum contusi ℥j. trium flor. cord. ℥ij. aquæ puræ tepidæ ℔j. coquantur per horas tres in vase circulatorio, vel matraccio bene operculato, & filtratum coletur ad usum.

Decoctum Pectorale.

- ℞. Hordei integri mundi P. j. radicis liquiritiæ rasæ ℥℔. prunof. N. viij. caricarum N. jv. capilli veneris, & scabiolæ ana M. ℔. aquæ puræ tepidæ ℔j. coquantur in vase clauso per horas duas, & fiat colatura pro duabus dosibus.

Iuscula Viperina Sebastiani Bartholi ex Donzellio.

- ℞. Viperam vnam, vel duas: capita, extremaque caudarum exime, senecta, seu pelles detrahe, & eviscera: quæ de ijs alba supersunt corpora contunde, ac simul cum succo, qui contundendo effluxit, pinguedine, cæterisque visceribus, felle abstracta, iniice in vas vitreum amplum non multum latiorificij, ijsque affunde aquæ cinnamomi ex vino distillatæ ℥℔. aquæ fontanæ ℥ij. ac illico vas subere, ac madida pergamina arctè occlude, & in B. M. per horas quatuor ebulliat, ac post refrigerationem vas aperiatur, & quicquid in eo continetur, per linteum fortissimè exprimatur, & liquor expressus propinetur.

Vires: Hoc iusculo frigido, vel calido mane ieiuno stomacho si cachecticus utatur, infra 20. dies mirabitur effectus: corpus enim veluti renovat, & quasi iuvenescere facit.

Iusculum Viperinum commune, Consumatum Viperarum dictum.

- ℞. Viperam vnam viventem, cuius caput, & caudam abscinde,

pellem detrahe, & interanea excipe, & corpus sic mundatum scinde in taleolas, & cologa in lagena vitrea, cui affunde aquæ fragariæ ℥iv. vini albi electi ℥j. pulv. sanctali rubri ℥b. cinnamomi ℥b. & lagena ritè obturata coque igne leni arenæ per horas tres, vel quatuor: hinc cola cum expressione ad vsum. Convenit cum priori. Nonnunquam Medici hoc jusculo addunt carnem vitulinam, pullum Gallinaceum, testudinem, rasuram cornu cervi, &c.

Aqua Hermetica Mercurij.

℞. Argenti vivi ℥j. aquæ gramminis ℔j. bulliant vnica ebullitione: postea decanta, & cola, relicto in vase mercurio, qui potest inservire, vt antea pro quacumque præparatione.

Vires: Omnes cuiuscumque generis lumbricos interimit. Dosis ad ℥iv.

Aqua Aluminosa Phalopij.

℞. Aquæ plantaginis, & rosarum ana ℔b. aluminis rupei, & sublimati corrosivi ana ℥ij. coquantur simul in vase vitreo obturato per horas duas: deinde detineantur per 5. dies in loco frigido, postmodum cola ad vsum.

Vires: Ulcera mundificat, exeditque carneas excrescentias.

Aqua Calcis Mercurifata.

℞. Aquæ primæ calcis ℔j. mercurij dulcis pulverati ℥ij. bulliant aliquantisper, & asserva.

Vires: Valet ad ulcera maligna, & fistulosa detergenda, scabiemque evanescentiam.

Vinum Stypticum.

℞. Balustij, baccar. myrti, rosar. rub. nucum cupressi, corticum granator. folior. lauri, & rosmarini ana ℥j. aluminis rupei ℥b. contusa coquantur in ℔vj. vini rubri austeri ad ℔ij. consumptionem.

CAPUT XIII.

DE INFUSIONIBUS.

Infusio Rosarum Persicarum, seu Alexandrinarum, vel Pallidarum ex 9. Infusionibus, vel Permutationibus.

R. Aquæ puræ tepidæ ℥viiij. foliorum rosar. pallidar. recent. ℥vj. infundantur in vase terreo vitreato supra ignem; rosas submittendo, vt madeant; deinde impone in dolio vitreato, & probe obturato, & macerentur loco tepido per horas octo, singulis horis spatula lignea rosas submittendo; subinde exprime rosas fortiter manibus, vel non nimis fortiter sub torculari. In colatura iterum tepesfacta infunde alias ℥vj. folior. rosar. persicar. vt antea, macera, & exprime, idque repete vsque ad novem permutationes, vel vsquequò rosæ insulse retineant suam nativum colorem, quod vt plurimum post quintam, vel sextam infusionem evenit, quia iam aquæ pori particularum rosarum sunt repleti, & tunc supervacaneæ sunt rosarum permutationes. His peractis decanta infusionem, percola, & repone in vase vitreo angusti orificij, oleo superfluo, vt per annum conservetur.

Eodem modo peratur Infusio Rosarum Rubrarum, seu Nostrarum ex 9. infusionibus. Etiam paratur simili modo Infusio violarum ex 9. infusionibus, accipiendo violas integras cum suis calicibus.

Infusio Rosarum, & Violarum Mesues.

R. Folior. recent. rosarum, vel violarum ℥vj. aquæ bullientis ℥xv. infundantur in vase terreo vitreato stricti oris per horas octo, & stringatur orificium vasis. Tunc cola, & denuò in colatura infunde, vt antea tantundem folior. recent. rosarum, vel violarum. Deinde cola, & si conservare volueris ponatur in vase stricti orificij, & distilletur oleum in orificio eius, & stringatur caput eius, & exponatur soli diebus L. & dicitur istud Mucharus Rosarum, vel violarum: & etiam appellatur Aqua infusionis Rosarum, vel violarum, & inservit pro nonnullis Syrupis, & Julapijs paradisi.

Infusio Cathartica.

℞. Foliorum sennæ ℥iij. salis tartari, seu salis vegetalis ℥j. aquæ tepidæ ℔ss. infundantur per noctem, & fiat colatura per vna dosi iuxta Medici præscriptum.

Sennæ ℥iij. sufficiunt animandis aquæ ℥vj. quoniam aqua extrahit tantum, quantum ferendo sibi latis est, & reliquum abijcit: vnde sennæ ℥vj. in aquæ ℥vj. non magis purgabant, quam sennæ ℥iij. in simili aquæ quantitate macerata: ratio est, quia si semel aquæ pori sunt repleti, tunc aqua non potest amplius recipere, licet sennam centies addas. Elegans exemplum suggerit Gassendus de variorum salium in aqua ad certam quantitatem solutione. Cum ergo quolibet menstruum ultra modum suæ receptivitatis recipere non possit, peccant ij, qui pro vnica portione sennæ ℥iij. cum diversis alijs purgantibus præscribunt, & multò magis, qui species catharticas multum resinosas infusionibus adjiciunt, quoniam vis purgatrix in resinosa substantia consistens ab aqua simplici extrahi nequit, sed pro eiusdem extractione spiritu aliquo ardente opus est: ex horum numero sunt Jalappa, mechoacanina, turbitih, agaricum, & similia. Hæc autem, vt notatum habemus in Extracto Catholico probè obsevantur in medicamentorum præparatione.

Acetum Senna.

℞. Aceti albi optimi ℔ss. folior. sennæ ℥iij. seminis anisi ℥j. infundantur per diem, colaturà vtentur, qui leniendo expurgare se volunt, in iusculis condimenti loco ad ℥ij.

Donzellius ait, quod aceta lenitiva multa afferunt symptomata, cum acetum ventriculi fibras constringat, & vim catharticam non parum reprimat.

Vinum Emeticum.

℞. Croci Metallorum ℥j. vini albi generosi ℔ss. infunde per 24. horas, & necessitate urgente fiat brevis ebullitio: hinc decanta, & filtra per chartam.

Vires: Vomitum cit: mistum cum liquoribus appropriatis prodest ad dolores capitis, ad ventriculi impuritates, in epilepsia, arthritide, melancholia hypochondriaca, febribus, lue venerea, pleuritide, & similibus. Dosis ab ℥j. ad ℥iij. Mistum cum cathar-

tharticiis securius operatur per superiora, ac inferiora. Utuntur eo etiam Medici in clysteribus ab ℥ij. ad ℥vj.

Loco croci Metallorum potest accipi vitrum Antimonij pulveratum, vel Mercurius vitæ, seu Regulus Antimonij pulveratus: notandum tamen, quod cum Mercurio vitæ Dosis erit ad ℥ij. Potest etiam inservire pro Aqua Benedicta Rulandi, seu Aqua Turpida Rulandi, &c.

Præparatio Antimonij, ex qua vinum Emeticum parasti, potest inservire pro alijs sæpe numero vicibus, ad vinum Emeticum parandum.

Aqua Benedicta Rulandi.

℞. Vitri Antimonij per se sine additione facti, & pulverati ℥j. vini generosi ℔vj. misce, ac digere in loco non admodum calido, donec cutim contrahat vinum, quod decanta, & ad usum filtra.

Alio modo: ℞. Croci Metallorum ℥j. vini generosi ℔vj. mace-
rentur per 24. horas, & necessitate urgente ebulliant vnica
ebullitione, & filtra per chartam.

Alio modo: ℞. Pulveris Alexandri Quintillij ℥j. aquæ fontanæ
℔vj. infundantur in vase vitreo, & agitentur aliquoties in
die, & tempore vsus decantetur sine perturbatione, nisi à
Medico præscribatur *Aqua Turpida Rulandi*, quia in hoc
casu perturbatur, & quanto magis, vel minus perturbatur
tanto est magis, vel minus fortis. Vires habet vini Emetici,
Dosis ab ℥j. ad ℥iij.

Acetum Theriacale.

℞. Radicum Angelicæ, Valerianæ, Imperatoricæ, Gentianæ, &
Zedoariæ ana ℥j. corticum exteriorum siccar. citri, & aran-
tiorum, baccar. Juniperi, & cardamomi minoris ana ℥ß. fo-
lior. rutæ, scordij, dictamni cretici, cardui benedicti, & cen-
taurij minoris, flor. arantiorum, & rosarum rubrarum ana M.
ß. Aceti vini albi acerrimi ℔vj. Incisa, quæ incidenda, &
contusa, quæ contundenda infundantur in vase vitreo stricti
oris ritè obturato, & insolentur per dies duodecim, sæpe in
diem agitando: hinc exprime, cola, ac asserva.

Vires: Morbis venenatis auxiliatur, putredinem humorum ar-
cet, sudores prolicit, pestilentialia contagia dissipat, lumbricos

neat, & status dissipat. Dosis ab ℥ss. ad ℥ij. & ultra.

Acetum Rosatum Mesues.

℞. Rosarum rubrar. siccar. ℥ss. aceti albi acerrimi ℥viiij. Infolentur per 40. dies in vase vitreo obturato: deinde cola, & vsui asserva.

Vires: *Infrigidat, anodynum est, vsus eius est precipuus in omnibus inflammationibus.*

Eodem modo paratur Acetum Sanbucinum, & similia.

Acetum Scylliticum Eiusdem.

℞. Scyllæ laminas medias inter cor, & corticem, & detine per 40. dies in umbra filo apensas, tanto intervallo, ne se contingant: hinc accipe Scyllæ sic exiccatae ℥ss. aceti albi optimi ℥viiij. misce, ac insola per dies 40. in vase vitreo probe clauso: deinde filtra, & vsui asserva.

Vires: *Attenuat, incidit, abstergit; hepatis, lienisque obstructions liberat, & mensium suppressioni prodest: mucilaginem pulmonum incidit, tusiuentibus succurrit, &c. Dosis à ℥j. ad ℥j.*

Cerevisia Aperiens.

℞. Quinquè radicum aperitivarum maior. cichorii, filicis masculi, liquiritiæ, baccar. Juniperi, & sem. foeniculi ana ℥ij. linguæ cervinæ, hepaticæ, hederæ terrestris, & summitatum tamaricis ana M. ij. passullar. solis exacinar. ℥ss. cerevisiæ ℥jx. infunde vase obturato, & loco calido per dies duos: colatura vtentur obstructionibus, & rachitide laborantes ab ℥j. ad ℥vj. bis in die.

Vinum Chalybeatum.

℞. Limaturæ Martis, seu Chalybis ℥ss. & in nodulo linteo subtili ligata, suspende nodulum in vase vitreo stricti oris, & affunde vini albi optimi ℥viiij. & vase ritè clauso macera per dies sex, in singulis diebus multoties agitando, & tempore vsus decanta, & filtra.

Vires: *Vsus eius est in cachexia, obstructionibus, chlorosis, & similibus affectibus. Dosis ad ℥ss.*

Vinum Martiale Compositum.

℞. Limaturæ Martis ℞j. vini albi electi ℞viii. calsiæ lignæ, artemisiæ, agrimonîæ, & radicis eryngij ana ℥j. sabinae ℥ss. Caryophyllor. ℥iij. eroci ℥ij. infundantur simul per dies octo in vase vitreo benè obturato, sæpè agitando: hinc tempore vsus decanta, & filtra.

Vires: *Mirificè prodest in opilationibus, scirrhis, cachexijs, mensum suppressionibus, obstructionibus, chlorosis, & similibus. Dosis ab ℥j. ad ℥jv.*

Vinum Sanctum contra Morbum Gallicum.

℞. Smilacis asperæ, guaiaci, polypodij, & folior. sennæ ana ℥ij. vini albi optimi ℞viii. Infundantur in vase stricti oris per dies tres: colaturæ dentur pro vnaquaque dosi ℥jv. mane, & vespere.

Vinum Febrifugum.

℞. Pulveris corticum Gentianæ Indicæ ℥jv. salis absynthij, tartari, & ammoniaci ana ℥j. folior. absynthij, centaurij minoris, gentianæ, & plantaginis ana M. j. vini albi electi ℞jv. infundantur per 24. horas: hinc cola ad vsus. Dosis ad ℞ss.

Vinum Absynthij.

℞. Summitatum Absynthi sicci M. j. salis eiusdem ℥j. vini albi optimi ℞ss. infunde per noctem, ac cola.

Vires: *Appetitum promovet, stomachum confortat, coctionem iuvat, &c. Dosis ad ℥iij.*

Aqua contra Gonorrhæam Donzellij.

℞. Cineris ex tota planta fabarum q. v. cui adde aquæ fluvialis ad eminentiam duorum, vel trium digitorum, & macera per horas 24. hinc abstrahè aquam per decantationem, filtra, & asserva. Dosis ad ℥jv. sub mane, in gonorrhæa virulenta. Non differt à sale fixo fabarum.

Aqua Alba Mercurij Chyrurgica.

℞. Mercurij sublimati corrosivi, & aquæ fortis ana ℥ij. infunde in vase vitreo ad dissolutionem mercurij: hinc ℞. Aquæ fontanæ ℞v. salis communis ℥iij. misce, vt sal dissolvatur, filtra.

filtra, & affunde priori solutioni, ac vsui asserva.

Vires : Potenter mundifficat vlcera corrupta, vt in gangrana,
& similibus.

Aqua Diaphoretica Ioanini.

R. Calcis vivæ ℥j. antimonij crudi pulverati ℥jv. impone in vase terreo vitreato, & affunde vini rubri ℥XL. seu ad eminentiam quatuor digitorum, & detineantur per dies tres, & agita bis in die spatula lignea : deinde quarto die decanta liquorem, cola, & vsui asserva.

Vires : Valet ad tumores resolvendos, & erysipelata corrigendæ.

Aqua Prima Calcis.

R. Calcis vivæ ℥j. aquæ tepidæ ℥vij. infundantur per horas sex : hinc decanta aquam supernatantem, filtra, & asserva.

Calci relictæ affunde aquæ tepidæ ℥vj. & fac, vt supra, & habes Aquam Secundam Calcis.

Insuper Calci relictæ ex duabus prioribus infusionibus affunde aquæ tepidæ ℥jv. fac, vt supra, & habebis Aquam Tertiam Calcis ; serva seorsim.

C A P U T XIV.

DE SYRUPIS, IULAPIJS, MELLIBUS, ROB, ET Hydromellite.

Syrupus Coralliorum Quercetani.

R. Corallij rubri pp. ℥ij. succi berberum, vel limonum ℥ij. Infunde per triduum in B. V. in vase vitreo obturato: inde huius succi rubefacti clari accipe ℥j. sacchari candidi ℥℞. misce, & coque in eodem balneo vaporoso ad syrapi crassitiam, cola, ac vsui asserva.

Vires : Commendatur ad restaurationem facultatum naturalium, ad vitia hepatis, & ventriculi, ex debilitate orta: ad fluxus hepaticos, dysentericos, & lientericos. Dosis ad ℥ij.

Eodem modo parantur Syrupi omnium Gemmarum.

Syrupus Benedictus ex D. Iosepho Galeano:

℞. Succī taraxaci ℞ij. rosar, rub. viridium non penè apertat;
 ℥iij. sp. sulphuris ℥ij. infunde in vase vitreo donec rubicun-
 dissima extrahatur tinctura, quam syrupisa cum s. q. sacchari
 albisimi sine coctione, & aromatiza cum ℥j. Confectionis
 Alchermes.

*Vires: Prodest contra gravissimas cordis passiones, venena ar-
 cet: valet etiam in febribus malignis, acutis, pestilentialibus,
 &c. necnon sitim extinguit. Dosis ad ℥i℞.*

Syrupus de Testudinibus, seu Resumptivus Renodei.

℞. Carnis Testudinum ℥iv. hordei mundi ℥ij. carnis dactylor.
 ℥j. passular. & liquiritiæ rasæ ana ℥vj. sebesten, & iuiubarum
 ana N. xij. sem. bombacis, limonum, cucumeris, & citruli,
 flor. violarum, & nenupharis ana ℥℞. sem. lactucæ, & papa-
 veris albi ana ℥ij. tussilaginis, & pulmonariæ ana M. j. aquæ
 tepidæ ℞vj. coquantur per horas tres in vase vitreo probè
 clauso igne arenæ: deinde cum colatura, & sacchari ℞ij.
 sacchari rosati, & Diatragacanthi frigidi ana ℥v. fiat syru-
 pus.

*Vires: Confert ijs, qui à morbo chronico resurgunt, macie con-
 sectis, tabidis, phtisicis, & similibus. Dosis ad ℥ij.*

Syrupus Corticum Citri.

℞. Corticum recentium exteriorum citri ℞j. vini albi optimi
 ℞iij. infunde per 24. horas in cucurbita vitrea cum suo ca-
 pitello, & recipiente commissuris ritè lutatis supra cineres
 calidos: hinc distilla ℥vij. paulo plus, minus vè liquoris spi-
 rituosi, & detine: interim cum expressione, ex residuo in cu-
 curbita relicto, & sacchari tabellati ℞iij. fiat syrupus crassus,
 cui adde liquorem supra asservatum, itaut sine ulterius coc-
 tione reducantur in syrupum iustæ consistentiæ.

*Vires: Stomachum confortat, oris gratiam, seu bonum anbeli-
 tus odorem conciliat, cor, & cerebrum corroborat, reliquum
 etiam corpus, & viscera omnia confortat. Dosis ad ℥i℞.*

Syrupus Cinnamomi Augustane.

℞. Cinnamomi acuti crassiusculè triti ℥iv. Aquæ Cinnamomi cum vino distillatæ ℔ij. aquæ rosarum ℥ij. digere simul per dies duos in cucurbita vitrea probè obturata : deinde cum colatura, & sacchari tabellati q. s. fiat syrupus sine coctione.

Vires : Vitales spiritus recreat : cor , ac ventriculū à frigore languidum rescit : oris anhelitum commendat, coctionem iuvat ; necnon vires corporis fulcit. Dosis ad ℥ij.

Rhodofacchari à Mesue Syrupus Rosatus dictus.

℞. Succii rosar. rubrar. ℔ij. sacchari ℔ij. fiat syrupus S. A.

Vires : Febrium, thoracis, & ventriculi incendium, caloremque flammæ extinguit , sitim inexpletam sedat. Dosis ab ℥j. ad ℥iv.

Syrupus Kermes.

℞. Granorum Kermes ℥iv. aquæ tepidæ ℔ij. coque per horas tres in vase obturato, & post sex horas fiat colatura, residuum percoque, vt antea, & cum colaturis, & sacchari libris duabus fiat Syrupus.

Vires : Cardiacus est , spiritus vitales rescit , vapores tetros discutit , parturientibus subvenit , vulneratis nervis medetur , morbillos erumpere facit. Dosis ad ℥ij.

Syrupus Florum Tunicæ.

℞. Florum Tunicæ exungulorum, & conquassator. ℔ij. aquæ tepidæ ℔jv. infundantur per 24. horas loco calido: hinc expressioni infunde alias ℔ij. flor. Tunicæ, vt antea : deinde cum colatura, & sacchari tabellati ℔jv. fiat syrupus. Nonnulli addunt sub finem coctionis caryophyllorum aromaticorum contusorum ℥ß.

Vires : Cephalicus, ac cardiacus est insignis : stomachum roborat : prodest etiam in vertigine, apoplexia, syncope, ac palpitatione cordis : lumbricos fugat , partum allevat. Dosis ad ℥ij.

Syrupus Papaveris Erratici.

R. Florum recent. papaveris rheados ℥ij. conquassa, ac infusa de per horas octo in ℥iij. aquæ tepidæ: deinde fiat expressio, in qua reiteretur secunda, & tertia infusio, vt antea: mox cum colatura, & æquali pondere sacchari fiat Syrupus S. A.

Vires: Ad ardentium febrium vehementes astus adhibetur, quorum incendia potenter extinguit, ac calores efficaciter mitigat, vigiliasque arcet, calidis præsertim pectoris malis, vt potè peripneumonia, acribus distillationibus, faucium inflammationibus, ac pleuritide, cui à proprietate, quàm maximè prodesse creditur, salutaris existit. Dosis ad ℥ij.

Eodem modo paratur Syrupus florum Pœoniæ, Nymphææ, & similitum.

Syrupus Violarum Simplex.

R. Florum Violarum recentium cum suis calicibus ℥ij. aquæ tepidæ ℥jv. infunde loco tepido per horas octo: hinc expressioni tepefactæ iterum infunde, vt antea ℥ij. florum violarum: mox cum colatura, & sacchari ℥jv. fiat Syrupus. S. A.

Vires: Confert in morbis calidis pectoris, & hepatis, in faucium inflammationibus, in tussi sicca, & ardore urinae. Dosis ab ℥j. ad ℥jv.

Syrupus Violatus Violaceus, seu Cœruleus.

R. Aquæ fontanæ tepidæ ℥jv. foliorum cœruleorum florum violarum à parte herbacea, seu calicibus expurgatorum, & in mortario marmoreo conquassatorum ℥ij. infunde per 24. horas loco calido in vase vitreo, seu terreo vitreato stric-
ti oris ritè obturato: mox expressioni tepefactæ infunde iterum, vt antea alias ℥ij. florum violarum eodem modo paratorum: deinde cum colatura, & sacchari clarificati, & ad consistentiam tabellarum cocti, vel sacchari albißimi pulverati q. s. fiat Syrupus sine coctione in B. M. vel igne lenissimo cinerum.

Vires: Hic Syrupus est bodierna die frequentissimus, & in

colore, odore, & sapore iucundissimus, & in morbis calidis pectoris, faucium inflammatione, tussi, pleuritide, & gutturis asperitate efficacissimus. Dosis ad ℥ij.

Syrupus Violarum ex 9. infusionibus.

℞. Infusionis violarum ex 9. permutationibus ℔vj. sacchari albi ℔vj. fiat Syrupus S. A.

Vires: Educit choleram, eiusque acrimoniam retundit alvum emolliendo: commendatur in acutis morbis, viscerum inflammationibus, ac siti inexplebili: sicca tussi medetur, gutturis asperitates lenit, thoracis, & pectoris, totiusque ventris inferioris affectibus calidis succurrit. Dosis ab ℥j. ad ℥jv.

Syrupus Adianthi.

℞. Aquæ tepidæ ℔iij. capilli veneris recentis ℔j. infunde per 24. horas: deinde cum colatura decantata, & sacchari ℔iij. fiat Syrupus S. A.

Vires: Prodest stomachi, pectoris, pulmonum, renum, & uteri affectibus: earum enim partium obstructions aperit, & materiam obstruentem tergit, & expellit: confert etiam pleuritidi, & peripneumoniae. Dosis ab ℥j. ad ℥jv.

Syrupus Pilosella, seu Hispidula.

℞. Summitatum floridarum, & recentium Pilosellæ ℔j. aquæ tepidæ ℔iij. infunde per diem: deinde bulliant igne arena in vase probè obturato per horam, & cum colatura, & sacchari ℔iij. fiat Syrupus S. A.

Vires: Ad plurimos pulmonis affectus depellendos maximè idoneus est, eius enim vulnera sanat, & ulcera retardat. Exhibetur potissimum ijs, quibus à capite, aut alijs partibus in thoracem fit defluxio, de quibus pulmones pituitoso humore multo infarciuntur, siquidem humoris irruentis impetum cohibet, fluxum coquit, partem affectam roborat, ac expectorationem movet. Dosis ad ℥ij.

Syrupus Hederae Terrestris ex Succo.

℞. Succī Hederae Terrestris depurati, & sacchari clarificati ana p. æq. fiat Syrupus S. A.

Syrupus Hederae Terrestris ex Decocto.

℞. Hederae terrestris recentis ℞ij. aquae tepidae ℞iijss. coquantur per horas duas in vase ritè clauso, deinde cum colatura, & sacchari tantundem fiat Syrupus S. A.

Vires: Ad internos abscessus, cruenta, & saniosa sputa salubris est: pthisi medetur, vasa rupta glutinat, apostemata purulenta mundificat, & sanat, urinas, menses, & sudores promovet. Dosis ad ℥ij.

Eodem modo parantur Syrupi simplices, tam ex succis; quam decoctis, vel infusionibus, vt Syrupus Tussilaginis, seu de Faffara, Pimpinellæ, Scordij, Portulacæ, Betonicae, Fumariae, Lupulorum, Borriginis, Buglossi, Mercurialis, Vra-ticae, Plantaginis, & similibus.

Syrupus Iuiubarum Mesues.

℞. Iuiubarum pinguium N. LX. violarum, & seminis malvæ ana ℥v. capilli veneris, hordei mundi, & liquiritiæ ana ℥j. tragacanthi, seminis papaveris albi, melonum, lactucæ, & cydonyorum ana ℥iij. aquae tepidae ℞ij. infunde per horas octo loco calido: hinc coquantur in vase circulatorio, vel alio vase ritè clauso per horas duas; deinde cum colatura, & sacchari ℞ij. fiat Syrupus crassus.

Vires: Ad tussim siccam, arteriæ asperitatem, omnesque thoracis, & spiritualium partium affectus à fluxionibus calidis ortum habentes accommodatur: sputum tenue suo lentore maturat, incrassat, glutinat, & expectorat. Dosis ad ℥ij.

Syrupus Glyzyrrhizæ Eiusdem.

℞. Glyzyrrhizæ rasæ, & contusæ ℥ij. capilli veneris ℥j. hyssopi sicci ℥ss. aquae puræ tepidae ℞ij. macerentur simul per diem: hinc coquantur per horam in vase clauso: mox colaturæ adde mellis, & sacchari, & penidiorum ana ℥viiij. coquantur ad consistentiam crassam, & adde aquae rosatæ ℞ss. vt fiat Syrupus iustæ consistentiæ.

Vires: Valet ad tussim antiquam: confert pleuritidi, & thora-
cis, & pulmonis affectibus. Dosis ad ℥iſſ.

Syrupus ad tussim convulsivam, seu Musci Quercini
Phar. Extemp.

R. Musci Quercini, idest Pulmonariæ Quercinæ M. jv. radicis
lymphyti maioris ℔ſſ. passular. solis exacinar. ℥ij. glyzyr-
rhizæ rasæ ℥iij. Balsami Tolutani ℥ij. Aquæ tepidæ ℔ij. Ma-
cerentur simul per diem: deinde coquantur in vase ritè
obturato per horas duas, vel tres: hinc expressioni decanta-
tæ, & filtratæ adde sacchari clarificati ℔iſſ. mellis despuma-
ti ℔ſſ. fiat syrupus.

Vires: Valet contra tusses clangulosas, & convulsivas puero-
rum, si cochleatim propinetur sæpè in die ante, & post singul-
tos tussiendi conatus: vel in aqua pulegij, vel Decocto Pecto-
terali, per aliquot dies.

Syrupus de Peto, seu Nicotiana Simplex Quercetani.

R. Succi Nicotianæ ℔jv. hydromellis simplicis ℔j. oxymel-
lis simplicis ℥jv. misce, ac digere in B. M. per dies duos,
vel tres, vt defœcentur: hinc decanta, ac digere iterum, vt
supra, donec materia ab omni fœculentia depuretur, & adde
sacchari ℔ij. fiat Syrupus S. A.

Vires: Adversus omnes affectus asthmaticos, in quibus pulmonum
bronchia, lymphæ crassa, ac viscosa infarsciuntur, vt intercep-
ta respiratione suffocationis periculum immineat, mira præ-
stat. Dosis cochlear dimidium: à principio tamen opus est cir-
cumspectione, postea verò Dosis augenda erit.

Syrupus Papaveris Albi ex Fernelio.

R. Caputum recentium papaveris albi mediocriter maturorum
℥viij. caputum recent. papaveris nigri ℔ſſ. aquæ pluvialis
℔jv. coque ad dimidias: deinde colaturæ adde sacchari, &
penidij ana ℥viij. fiat syrupus. S. A.

Vires: Valet in arcendis defluxionibus calidis, tenuibus, &
acribus in thoracem ruentibus, quæ asperam arteriam, faucesque
exas-

272 Tyrocinium Pharmaceuticum. Lib. II.

exasperant, & vigilare cogunt : proinde tussim ex defluxionibus
ijs enatam pellit : lentore autem suo gutturis asperitatem lenit,
caloris incendium mitigat, sitim explet, & somnum conciliat.
Dosis ad ℥j.

Syrupus Meconij Sydenhamij.

℞. Capicum Papaveris albi à seminibus purgator. & bene sic-
cator. ℥xvj. aquæ fontanæ ℔viiij. Macerentur simul per 24
horas : hinc coquantur ad ℔ij. aquæ consumptionem, ex-
primantur, & cum colatura, & sacchari ℔ij. fiat syrupus
S. A.

Vires: Hypnoticum est insigne, & anodynum: hamorrhagiam
sistit, acrimoniam humorum in catarrhis, & tussi sicca miti-
gat. Dosis ad ℥℔.

Syrupus Succini Anodynus, seu Anodynus Succinatus.

℞. Succini crassiusculè triti ℔℔. funde, seu liqua in vase fictili,
& tunc adde opij pulverati ℥℔. misce spatulâ ferreâ vt fiat
instar massæ pulverizabilis, cavendo ne adurantur: hinc de-
sine refrigerescere, & pulverisa, cuius pulveris accipe ℥ij.
aquæ tepidæ ℔ij. coque simul in vase circulatorio commis-
suris ritè lutatis per horas tres : deinde filtra per chartam,
& cum liquore filtrato, & sacchari albi ℔iiij. fiat syrupus.

Vires: Anodynus est, & hypnoticus: usus eius est in capitis dis-
tillatione, tussi sicca, & acri insomnia facienti, & asperam ar-
teriam exasperanti. Dosis ab ℥℔. ad ℥j. admodum lambile.

Syrupus Hyssopi Mesues.

℞. Hyssopi mediocriter sicci, radicis apij, foeniculi, petroseli-
ni, & liquiritiæ ana ℥x. hordei mundi ℥℔. tragacanthi, sem.
malvæ, & cydoniorum ana ℥iiij. capilli veneris ℥vj. iuiuba-
rum, & sebesten ana N. xxx. passular. exacinar. ℥℔. cari-
carum, & da&yllor. pinguium ana N. x. aquæ tepidæ ℔v. in-
funde per horas octo in cucurbita vitrea cum suo capitello,
& recipiente commissuris probè lutatis : deinde distilla igne
arenæ ℥viiij. paulo plus, minus vè liquoris aromatici : hinc
cum colatura ex materia in cucurbita relicta, & penidij
℔ij. fiat syrupus crassior, cui addatur liquor distillatus, vt

line

finē ulterius coctione reducat ad iustam fyrupi crassitiam.

Vires: Valet in morbis thoracis ex frigida, crassa, & lenta materia natis, ubi attenuatione, detersione, ac expurgatione maiori opus est: asthmaticos, & tussicalosos iuvat, obstructiones liberat, hypochondriorum dolori utilis, ac renum calculo salutaris. Dosis ad ℥ij.

Syrupus Prasilij Eiusdem.

℞. Prasilij non adeo sicci ℥ij. glyzyrrhizæ ℥j. capilli veneris, & hysopi sicci ana ℥vj. calaminthæ, anisi, radice apij, & foeniculi ana ℥v. radice iridis, sem. malvæ, & toenagræci ana ℥iij. sem. lini, & cydoniorum ana ℥ij. passular. exacinar. ℥v. caricarum pinguium N. xvj. aquæ pitæ tepidæ ℔v. penidiorum, & mellis despumati ana ℔ij. fiat vt supradictus.

Vires: Thoracem, & pulmones expurgat: pituita crassa, lenta, viscida, antiqua que tussi prodest. Dosis ad ℥ij.

Syrupus Stœchadis simplex ex Velez.

℞. Florum Stœchadis ℔j. aquæ tepidæ ℔iij. coquantur in vase obturato per horam: deinde cum colatura, & mellis ℔iij. fiat syrupus S. A.

Vires: Ventriculum, cor, cerebrum, ac hepar confortat, calefaciendo, siccando, abstergendo, attenuando, ac aperiendo: in affectibus nervorum, & pectoris, in lethargo, paralyti, vertigine, apoplexia, mensum suppressione, ac venenis etiam prodest. Dosis ab ℥j. ad ℥iij.

Syrupus Mentha Comp. Mesues.

℞. Succy cydoniorum muzorum, succy cydoniorum dulcium; succy granatorum muzorum, granatorum acidorum, & granatorum dulcium ana ℔iij. menthæ siccæ ℔iij. folior. rosarum ℥ij. infunde per 24. horas in cucurbita vitrea cum suo capitello commissuris probè lutatis: hinc distilla circiter ℥iij. liquoris, & asserva: interim cum colatura ex residuo in cucurbita relicto, & sacchari, vel mellis ℔ij. fiat syrupus crassus, cui adde liquorem asservatum, vt fiat syrupus iustæ consistentiæ. Nonnulli aromatizant cum ℥ij. Gallæ ex Me-

274 *Tyrocinium Pharmaceuticum. Lib. II.*

sue. *Mentha* non sit exiccata ad summum, sed in vmbra res-
posita per aliquot dies.

Vires: Ventriculum frigidum roborat, nauseam, vomitum, sin-
gultum, & fluorem alvi sedat. Dosis ad ℥iij.

Syrupus Menthe reformatus.

℞. Succorum *Cydoniorum*, & *Granatorum* ana ℞iij. folior. *men-*
thæ recent. conuassat. ℥viiij. rosar. ℥ij. macerentur simul per
dies quatuor: deinde bulliant leviter per quadrantem horæ
in vase obrurato: postea cum colatura, & sacchari ℞iij. fiat
syrupus crassus aromatizandus cum tinctura sequenti: ℞.
Sp. vini ℥ij. Trochiscor. *Galliæ Moschatæ* ℥ij. olei distillati
menthæ gt. xx. digere in vase vitreo probè clauso ad tinctu-
ram extrahendam, quâ decantatâ aromatiza syrupum frige-
factum, vsuique asserva.

Syrupus Menthe simplex ex succo Mesues.

℞. Succor. depurator. *menthæ*, *granator.* dulcium, & acetoso-
rum, sacchari, & mellis ana p. æq. fiat syrupus. Convenit
cum priori.

Syrupus Absynthij Eiusdem.

℞. Summitatum *absynthij* semine prægnatar. siccar. ℞ss. rosa-
rum rub. ℥ij. spicæ ℥ij. vini albi electi, & succi *cydoniorum*
ana ℞iijss. macera per 24. horas in cucurbita vitrea cum suo
capitello, & recipiente commissuris ritè lutatis: deinde dis-
tilla ℥viiij. paulo plus, minus vè liquoris, & detide: interim
cum colatura ex residuo in cucurbita relicto, & mellis, aut
sacchari ℞iij. fiat syrupus crassus, cui misce liquorem supra
asservatum, vsuique repone.

Vires: Ventriculi, hepatis, aliarumque viscerum imbecillitati,
& cachexiæ succurrit: appetentiam deiectam excitat, intestino-
rum, & viscerum vim retentricem confirmat, status discutit,
felle suffusos, & auriginosos iuvat, humoresque per urinas pel-
lit: datur in albo, & pituitoso mensum fluore. Dosis ad ℥ij.

Syrupus Rosarum Siccarum.

℞. Aquæ tepidæ ℞iij. rosarum rub. siccar. ℥jv. infunde loco te-
pido per horas 24. hinc expressioni tepescatâ iterum infun-
de,

de, vt antea rosarum rubr. siccat. ℥iv. idque repete ad tertiam vicem: deinde cum colatura, & sacchari ℔ij. fiat Syrupus S. A.

Vires: Alvi fluorem sistit, cœliacos, lientericos, & dissentericos probè iuvat, partes internas roborat, ulcera detergit, ac glutinat, vomitum compescit, nec non uteri rheumatismum cohibet.
Dosis ad ℥ij.

Syrupus Myrti Mesues.

℞. Succu granor. Myrti ℔xij. coque ad tertie partis consumptionem, & desine requiescere; deinde decanta, & filtra, cui adde sacchari albi ℔v. & coque in syrupum.

Vires: Ventriculorum, & viscera omnia roborat, alvi fluxum sistit: valet ad tussim, & contra sanguinis fluxum, vel ex ore, vel intestinis, vel utero, vel renibus, vel venis hæmorrhoidalibus: confert etiam superfluo fluxui urine, ac diabetice passioni.
Dosis ad ℥i.

Syrupus Boyleanus.

℞. Radicis Symphyti maioris recentis ℔j. folior. plantaginis maioris ℔ij. pistentur optimè, & detineantur per horas 12. hinc exprimatur succus, decantetur, clarificetur, & cum æquali pondere sacchari fiat Syrupus crassus.

Vires: Hospitem in Medicina eum esse oportet, cui non innotescit hic Syrupus (instar Authoris sui) nobilis; & quam fortiter hæmotoxicis subvenire solet. Dosis ab ℥j. ad ℥ij.

Syrupus Cydoniorum simplex Mesues.

℞. Succu Cydoniorum ℔xij. coque ad dimidias, & adde vini albi veteris ℔v. percoque igne lento crebrè despumando ad tertie partis consumptionem: hinc desine resedere, decanta, & colaturæ adde mellis, seu sacchari ℔iij. & coque in Syrupum.

Vires: Adversus alvi profluvia efficax est: ventriculorum, cæteraque viscera firmat, ac vomitum prohibet. Dosis ad ℥ij.

Miva Cydoniorum Aromatica Pharmacopea Augustana.

℞. Succu Cydoniorum depurati ℔xx. sacchari ℔vj. clarificen-

276 Tyrocinium Pharmaceuticum. Lib. II.

tur cum albuminibus ovorum, & coquantur ad consisten-
tiam spissiore, quibus ab igne depositis misceatur sequens
infusio: ℞. Cinnamon electi, & cardamomi maioris ana
ʒij. caryophyllor. ʒij. zingiberis, mastiches, & macis ana
ʒiʒ. croci ʒij. ligni aloes ʒiʒ. ambræ, & moschi ana ʒij. in-
cisa, & contusa macerentur in vini albi generosi ℔j. per 24
horas: cola, & affunde syrupo.

Vires: *Ventriculum frigidum, & humidum, & à pituitosis hu-
moribus laxum constringit; obid diarrhæam inde natam refre-
nat, præcipuè verò lienteriam cohibet, concoctricis facultatis
vires plurimum auget. Dosis ad ʒiʒ.*

Syrupus Acrestæ, seu de Omphacio.

℞. Sacchari clarificati, & ad consistentiam tabellati cocti q. v.
illi affunde in vase fictili succi Acrestæ per subsidentiam,
sine coctione depurati, & colati q. s. vt sine coctione agitan-
do redigantur in consistentiam syrupi.

Vires: *Ventriculum roborat: pregnantibus datur magno cum
emolumento ad efficiendum, quod ventriculus non recipiat ex-
crementa aliarum partium: cholera morbo etiam medetur: ad fe-
bres biliosas, ad sitim immodicam, ad feruorem viscerum, & hy-
pochondriorum exhibetur: contra venena etiam resistere fertur.*

Dosis ad ʒij. & ultra.

Eodem modo parantur Syrupi: de Acido Citri, Limo-
num, Granatorum, Berberum, Cydoniorum, Acetosæ, seu
Acetosellæ, Ribis, & similes.

Nota: Cave, ne in præparatione medicamentorum inter-
norum acidorum, vasa ænea instituas, quia magna sympto-
mata subsequuntur.

Syrupus Acetosus Simplex, seu Oxymel Saccharinum.

℞. Sacchari clarificati, & ad consistentiam tabellati cocti q. v.
illi affunde, & permisce in vase fictili Aceti vini albi q. s. vt
sine coctione redigantur agitando in Syrupum.

Vires: *Humores crassos incidit, & attenuat: obstructions le-
uat, aperit, & abstergit: saluberrimus est in affectibus calidis, ac
biliosis ex materia mixta natis: bilis impetum frangit, reprimi-
t,*

mit, incrassat, & extinguit: urinas movet, sudores elicit, ac pes-
ilentia, putrediniquae resistit. Dosis ad ℥ij. vel tres.

Oxymel Simplex.

℞. Mellis optimi despumati, & ad consistentiam crassam cocti
 q. v. dissolvatur super cineres calidos in vase fictili: soluto ad-
 misce Aceti vini albi q. s. vt agitando sine coctione redigas
 in consistentiam syrupi.

Vires: Attenuat, incidit, resoluit, ac detergit pituitam, & hu-
morem crassos, & viscidos, obstructa aperit ventriculi, hepatis,
& iuncturarum. Dosis ab ℥j. ad ℥iij.

Oxymel Scylliticum.

℞. Mellis optimi despumati, & ad consistentiam crassam cocti
 q. v. solvatur super cineres calidos in vase fictili: soluto ad-
 misce Aceti Scyllitici q. s. vt sine coctione agitando reci-
 piant consistentiam syrupi.

Vires: Ad cerebri, pulmonis, ventriculique affectus pituitosos,
aut melancholicos, etiam contumaces valet: in epilepticorum in-
sultibus, ipsoque paroxysmo, asthmaticis quoque plurimum con-
fert: venarum obstructiones etiam inveteratas reserat, crassos-
que humores potenter incidit. Dosis ab ℥ss. ad ℥ij.

Oxysaccharum.

℞. Sacchari clarificati, & ad consistentiam tabellati cocti q. v.
 illi affunde, & permisce in vase fictili succi Granatorum
 acidorum partes duas, Aceti vini albi partem vnam, ea sin-
 gulorum quantitate, vt sine coctione agitando redigantur
 in syrupum.

Vires: Prodest in variolis, ac morbillis: refrigerat, incidit, &
mundificat crassos humores, preparat biliosos, ac melancholi-
cos. Dosis ab ℥j. ad ℥iij.

Syrupus Pomorum Dulcium.

℞. Succu Pomorum Dulcium redolentium recenter expressi,
 & depurati, & sacchari albisissimi ana p. æq. fiat syrupus
 S. A.

Vires: *Cardiacus est, pectoralis, & pleuritidi prodest. Dosis ab ℥ss. ad ℥ij.*

Syrupus de Pomis simplex ex Mesue.

℞. Succi Pomorum dulcium, & acetosorum ana ℥v. coque ad dimidias, & residere permittite, vt clarescat: deinde colaturæ adde sacchari albilissimi ℥iij. fiat syrupus S. A.

Vires: *Succurrit affectibus cordis, syncope, palpitationi, ac alijs ab atrabili ortis: ventriculo gratus est, sedat sitim, & febribus auxiliatur. Dosis ad ℥ij.*

Syrupus Pomorum Regis Saporis Eiusdem.

℞. Succi Pomorum dulcium redolentium ℥iij. succi buglossi, & borraginis ana ℥ij. folliculorum sennæ ℥iv. infundantur loco tepido per dies duos: deinde cum colatura, & sacchari ℥iij. fiat syrupus, addendo inter coquendum in manicam inclusas ℥ij. croci. Paratur etiam sine croco.

Vires: *Commendatur ad recreationem spirituum vitalium, ad exbilarationem mentis, ad contemperandum, & subducendum humorem melancholicum, ad attenuandos crassos, & lentos humores, ad discutiendos flatus, ad clarificandum sanguinem, & ad lubricandam alvum. Dosis ab ℥ij. ad ℥jv.*

Syrupus Viperina, seu Condrilla.

℞. Radicum recentium Scorzonera mundatarum, & coquantur. ℥j. aquæ tepidæ ℥iij. coque in vase ritè clauso per horas tres igne lento: deinde cum colatura, & sacchari ℥iij. fac syrupum.

Vires: *Alexipharmacus est, corroborat, & refrigerat cor, & hepar: bilis calorem sedat: morsui venenatorum serpentum, & scorpionis resistit: prodest etiam in peste, melancholia, epilepsia, vertigine, & uteri suffocatione. Dosis ab ℥j. ad ℥iij.*

Syrupus Pœoniæ.

℞. Radicum recent. Pœoniæ masculi contussar. ℥j. aquæ tepidæ ℥jv. infunde in cucurbita vitrea cum suo capitello, & recipiente, commissuris ritè lutatis per horas 24. hinc distilla igne

igne arenæ circiter ℥viij. liquoris: deinde cola residuum in cucurbita relictum, & residere finito, vt clarescat: mox cum liquore decantato claro, & sacchari ℔iij. fiat syrupus crassus, cui misce liquorem distillatum, vltique asserva.

Vires: Vfus eius est in convulsione, epilepsia, ac spasmo: comitialis morbi insultus frangit, menses ducit, & vterinis affectibus conducit. Dosis ab ℥j. ad ℥iij.

Syrupus Cucurbitæ Mesues.

℞. Cucurbitam magnam, & in massa triticea involutam coque in clivano: hinc ℞. Eius succi expressi ℔v. sacchari clarificati ℔iij. fiat syrupus S. A.

Vires: Extinguit sitim, magnumque incendium in febribus ardentibus, & biliosis: gutturis asperitates, ac pleuritidem emendat. Dosis ad ℥ij.

Syrupus Lacca Francisci de Pedemontio.

℞. Laccaæ ablutaæ ℥v. ficuum ℥vij. lentium, tragacanthi, anisi, & foeniculi ana ℥iij. aquæ tepidaæ ℔ij. coquantur per horas duas in vase circulario, & post sex horas fiat colatura, cum qua, & ℔ij. sacchari fiat syrupus crassus.

Vires: Facit exire variolas, & morbillos apparentes, & alia degenerare eorum exeuntium, & occultorum. Dosis ab ℥j. ad ℥iij.

Syrupus Kinkina.

℞. Pulveris Kinkinae ℔℔. vini albi ℔iij. salis absynthij ℥℔. infunde per triduum in matraccio rite clauso: hinc coque igne lento arenæ per sesquihoram, & cum colatura, & sacchari ℔iij. fiat syrupus. Dosis ad ℥ij. in febribus debellandis.

Syrupus Dinarij, seu Byzantinus Mesues.

℞. Succij apij, & endiviæ ana ℔ij. succi lupulorum, buglossi, & borraginis ana ℔j. depurentur, & coquantur semper depumando ad ℔vj. remaneantiam, cui decantatae adde sacchari optimi ℔iij. fiat syrupus.

Vires: Valet ad icterum, & febres putridas, biliosas, & plegmaticas soluta contumaces, sanguinem, cæterosque humores purificat. Dosis ab ℥j. ad ℥iij.

Byzantium, seu Byzantinum Arabicè, Latine Aureus nummus significat, ita hic Syrupus appellatur à suis magnis virtutibus.

Syrupus Medicamentosus.

℞. Succor. depurator. cichorii, borraginis, buglossi, fumarizæ, & mercurialis ana ℞ij. rasuræ guaiaci, & smilacis asperæ ana ℥jv. condrillæ, & polypodij ana ℞ss. glyzyrrhizæ rasæ ℥j. tartari laxativi ℥ss. herbarum recent. hepaticæ, agrimonizæ, aspleni, & summitatum lupuli ana ℥ij. folior. sennæ ℥iij. rhabarbari ℥ss. contusa, quæ contundenda omnia infundantur per 24. horas in vase ritè clauso loco tepido hinc coquantur in eodem vase obturato per horam: deinde adde expressioni decantatæ, & filtratæ sacchari, & mellis ana ℞iij. & coque in syrupum S. A.

Vires: Sanguinem, cæterosque humores purificat, obstructa liberat, & in lue venerea, ictero, pruritu, caterisque cutis vitijs ab humoribus adustis, & salsis originem trahentibus mirificè prodest. Dosis ad ℥ij. in seri lactis ℥jv. per aliquos dies continuando.

Syrupus Mercurialis compositus.

℞. Polypodij ℥j. prunorum N. LX. trium flor. cordialium P. iij. succi mercurialis ℞iij. infusionis rosar. persicar. ℞j. infundantur per 24. horas: deinde cum colatura, & sacchari ℞jv. fiat syrupus.

Vires: Biliosos, & aquosos humores evacuat: uterum impurum mundificat, & conceptioni habilem efficit. Dosis ad ℥iij.

Syrupus Mercurialis Maior, vulgò De larga vida.

℞. Succi Mercurialis depurati ℞jv. succi borraginis, & buglossi ana ℞ij. sacchari, vel mellis ℞vj. coquantur simul ultra syrupi consistentiam, cui adde infusionem sequentem: ℞. radicis iridis nostratis ℥jv. radicis gentianæ ℥ij. vini albi ℞ss. infunde per 24. horas: colaturam affunde syrupo, & coque ad iustam consistentiam.

Vires: Sanguinem purificat, & impuritates humorum blandè evacuat, etiam in lue venerea. Dosis ad ℥jv.

Syrupus Smilacis Asperæ, vulgò De los remedios.

℞. Smilacis asperæ dissectæ ℥xvj. rasuræ guaiaci ℔ss. aquæ tepidæ ℔vj. coquantur in vase circulatorio commissuris ritè lutatis per horas tres: hinc cola, & residuum pista in mortario lapideo, & iterum coque, vt antea in ℔vj. aquæ, iterum cola; & residuum misce cum ℥j. aristolochiæ, seminis ebulorum, & seseli ana ℥ij. quibus affunde aquæ tepidæ ℔iij. & coque in eodem vase per horam: hinc cola, & colaturas omnes misce, quibus adde sacchari, & mellis ana ℔iij. & coque in syrupum S. A.

Vires: Valet ad morbos frigidos, & quascumque podagras, omnesque nervorum, & iuncturarum dolores, tam à lue venerea, quam ab alijs causis genitos erradicandos. Dosis ad ℥ij. sub mane, per 20. dies, & necessitate urgente, serò patiens eandem dosim assumat, & exercitium postulat. Insuper ad prædicta efficacior erit, & præterea mira præstat in hydrope, obstructionibus, & similibus, si methodo sequenti assumatur: ℞. Emulsionis quatuor granorum cum decocto smilacis asperæ, & radicis fragariæ paratæ ℥jv. syrupi prædicti ℥j. resinæ Falappæ, & mercurij dulcis ana gr. vj. sp. salis coagulati ℔ss. misce pro vna dosi.

Syrupus Anti-Rheumaticus.

℞. Ligni guaiaci resinosi, smilacis asperæ, & radicis chinæ ana ℥ij. ligni crucis ℥j. santali rubri, rasuræ cornu cervi, & eboris ana ℥ij. flor. cordialium, & hordei mundi ana P. j. aquæ tepidæ ℔vj. coquantur in vase ritè lutato per horas quatuor: hinc cum colatura, & sacchari ℔iij. fiat syrupus. Dosis ab ℥j. ad ℥iij.

Syrupus de Erysmo Lobelli.

℞. Erysimi totius recentis M. vj. radicum enulæ, liquiritiæ, pasular. exacinar. & radicum tussilaginis succo adhuc prægnantium ana ℥ij. herbarum borraginis, cichorij, & adianthi ana M. iß. flor. cordialium, anthos, & stœchadis ana M. ß. sem. anisi ℥vj. succi erysimi ℔ss. aquæ hordei, & hydromelitis ana ℔ij. coquantur per horas duas in vase obturato; deinde cum colatura, & sacchari ℔iij. fiat syrupus S. A.

Vires: *Efficacissimus est ad mucilagines pulmonum incidendas, & educendas, adeo ut beneficio eius, iuenculas decennio raucedine laborantes, se curasse testatur Author. Dosis ad ℥ij.*

Syrupus Duarum Radicum, seu Syrupus Acetatus cum radicibus Mesues.

℞. Corticum radicum apij, foeniculi, & endiviae ana ℥iij. sem: apij, foeniculi, & anisi ana ℥j. sem. endiviae ℥℔. aquæ ℔v. coquantur in vase circulatorio commissuris rite lutatis per horas tres: deinde colaturæ adde sacchari ℔iij. & coque ultra syrupi crassitiam, cui adde aceti vini albi ℥viiij. vt fiat syrupus iustæ consistentiæ.

Vires: *Bilem crassam, ac pituitam incidit, obstructa hepatis tergit, lienis, renum, & iecoris infarctus penetrat, & urinas promouet. Dosis ad ℥ij.* Paratur etiam sine aceto, pro mulieribus.

Dicitur Duarum radicum, quia radix endiviae non est, ex quinque radicibus diureticis, seu aperitiuis numeratis.

Syrupus Quinque Radicum ex Christophoro de Honestis.

℞. Corticum quinque radicum aperitiuarum ana ℥ij. seminis apij, foeniculi, & petroselinii ana ℥j. aquæ ℔v. coque vt supra dictus, & cum colatura, & mellis ℔vj. fiat syrupus crassus, cui adde aceti vini albi ℔j. & fac syrupum iustæ consistentiæ, qui paratur etiam sine aceto. Convenit cum supra dicto. Appellatur etiam *Oxymel Compositum.*

Syrupus Artemisiae.

℞. Summitatum recentium Artemisiae semine prægnantium, & conuassatar. ℔℔. aquæ tepidæ ℔vj. digere per diem in cucurbita vitrea cum suo capitello commissuris lutatis: hinc distilla ℥viiij. aquæ, in qua infonde cinnamomi electi ℥iij. spicæ nardi ℥j. salis artemisiae ℥℔. digere per 24. horas: Interim fiat expressio ex materia in cucurbita relicta, & cum colatura, & sacchari ℔ij. fiat syrupus in opiata consistentia, cui adde tincturam supra asservatam, vt fiat syrupus iustæ consistentiæ, addendo tincturæ Castorij ℥ij. vsuique asserva.

Virēs : Obſtructiones potenter aperit , menſtruaque provocat , ſtatus , frigidosque hamores diſſipat . Doſis ad ℥iſſ.

Syrupus Artemiſiæ Donzellij.

℞. Artemiſiæ M. iij. ſabinæ M. ſ. cinnamomi ℥ſſ. aquæ ℔ij. coque per horam in vaſe circulatorio probè claſo : hinc cum colatura , & ſacchari ℔ij. fiat ſyrupus. Convenit cum ſupradicto.

Syrupus de Cichorio cum Rhabbarbaro.

℞. Radicum apij, aſparragi, & foeniculi ana ℥ij. herbarum cichorij, endiviæ ſativæ, & taraxaci ana M. ij. fumarix, hepaticæ, ſeu lichenis, lactucæ, lupulorum, & ſonchi lævis ana M. j. capilli veneris, & hordei integri ana ℥iſſ. alkekengi, & glyzyrrhizæ ana ℥vj. aquæ puræ ℔vij. infundantur per 24. horas loco tepido: hinc coquantur in vaſe circulatorio per horas tres: deinde percola, & in parte colaturæ infunde Rhabbarbari electi ℥jv. ſpicæ nardi ℥ij. Interim cum colatura reſtitante, & ſacchari ℔jv. fiat ſyrupus craſſus, cui adde infuſionem percolatam poſt lævem ebullitionem, vt fiat ſyrupus iuſtæ conſiſtentix.

Syrupus de Cichorio Lemery.

℞. Radicum cichorij ſylveſtris, taraxaci, apij, foeniculi, & aſparragi ana ℥ij. folior. cichorij, taraxaci, endiviæ, ſonchi lævis, hepaticæ, fumarix, & lupuli ana M. iſſ. flor. cichorij M. j. ſeminis cichorij contuſi ℥ij. cuſcutæ, & baccar. alkekengi ana ℥vj. aquæ puræ tepidæ ℔vj. coquantur per horas tres in vaſe claſo: deinde cum colatura, & ſacchari ℔vj. fiat ſyrupus S. A.

Syrupus de Cichorio compoſitus cum Rheo.

℞. Rhabbarbari electi contuſi ℥iij. ſalis cichorij ℥vj. extrahē tincturas cum aqua cichorij diſtillata, quas inſpiſſa igne moderatiſſimo ad ſyrupi conſiſtentiam, & miſce cum ℔jv. ſyrupi ſupradicti de cichorio Lemery, vſuique aſſerva.

Vires : Uſus eius eſt ad refrigerationem excalſacti hepatis , ad de obſtruendam hypocondriam , ad tollendam icteritiam : obſtructa aperit , præſertim lienis , hepatis , uteri , ac meſenterij , adeoque morbis inde natis ſubvenit . Doſis ab ℥j. ad ℥ij.

Syrupus Chalybis.

℞. Quinque radicum aperitivarum maior. & rubiæ tinctorum
ana ℥ss. pimpinellæ, artemisiæ, betonica, chamedryos, ca-
laminthæ, & adianthi ana M. j. flor. buglosi P. j. cicerum
rub. P. ss. aquæ ferrariæ puræ ℔iij. chalybis pp. & in panno
ligati ℥ij. coquantur per horas tres in vase probe clauso: mox
cum colatura, & sacchari ℔ij. fiat syrupus.

Vires: Prodest in opilationibus, cachexijs, chlorosis, & simili-
bus. Dosis ab ℥j. ad ℥iij.

Syrupus Scoriæ Ferri.

℞. Scoriæ Ferri pp. ℔j. passularum exacinar. ℔ij. baccar. Ju-
niperi, anisi, & origani ana P. ij. aquæ ℔jv. infundantur per
24. horas: postea coquantur per horam in vase clauso, & cum
colatura, & sacchari ℔jv. fiat syrupus addendo inter co-
quendum croci ℥j. in linteo ligatam. Convenit cum syrupo
de Chalybe.

Syrupus Martis.

℞. Limaturæ Martis cum aqua pp. ℔ss. tartari laxativi ℥ss.
miscantur optimè in mortario lapideo: deinde in nodulo
ligata suspendantur in vase stricti oris continenti aquæ fer-
rariæ optimè chalybeatæ ℔v. quibus adde corticum quin-
que radicum aperitivarum maior. corticum radicis tamari-
cis, & eryngij ana ℥j. artemisiæ, origani, pulegij, agrimonie,
adianthi, & aspleni ana M. j. detineantur loco tepido vase
ritè clauso per dies 4. deinde coquantur per quadrantem ho-
ræ: mox cum colatura, & sacchari ℔jv. fiat syrupus in opia-
tæ consistentia, cui adde infusionem sequentem: ℞. Rhabar-
bari, & cinnamomi ana ℥ss. folior. fennæ ℥ij. tartari martiæ
lis solubilis ℥j. aquæ tepidæ ℔iij. infundantur per 24. horas:
deinde colatura addatur syrupo, & coquatur ad iustam con-
sistentiam igne lenissimo.

Vires: Prodest in omnibus opilationibus tam virginum, quam
mulierum: aperit, solvit, ac purgat materias viscidas, & tarta-
reas obstructions efficientes: roseum colorem per opilationem
perditum restituit: utiliter exhibetur in cachexia, ictero, hydro-
pe, mensium suppressione, & similibus. Dosis ad ℥ij.

Syrupus Myrrha.

℞. Myrrhæ electæ ℥℔. sacchari candi ℥jv. terantur simul, & fiat dissolutio in albuminibus ovorum, eodem modo, quo paratur oleum myrrhæ per deliquium.

Vires: *Optimus est ad tussim inveteratam, asthma, & ulcers renum. Dosis ad ℥℔.*

Syrupus Terebinthina Donzellij.

℞. Milij folis, herniariæ, seminis genistæ, & ligni visci quercini ana ℥j. aquæ capilli veneris ℔℔℔. coque per horas duas in vase ritè clauso: hinc colaturæ adde terebinthinæ veteræ ℥ij. prius cum ovi vitello solutas, & cum sacchari albissimi ℔℔℔. fiat syrupus igne lento.

Vires: *Confert affectibus renum, præcipuè in calculo, & gonorrhæa. Dosis ab ℥℔. ad ℥ij.*

Syrupus Althææ Fernelij.

℞. Radicis Althææ ℥ij. grammis, asparragi, glyzyrrhizæ, & passularum ana ℥℔. eicerum rubror. ℥j. cymarum althææ, malvæ, helxines, piopinellæ, plantaginis, & adianthi vtriusque ana M. j. aquæ tepidæ ℔jv. infundantur per 24. horas: hinc coquantur in vase probè obturato per horas duas: deinde cum colatura fiat emulsio ex quatuor seminum frigidior. maior. & minor. ana ℥iij. deinde adde sacchari albissimi ℔jv. & fiat syrupus S. A.

Vires: *Ad ardorem urinæ demulcendum valet, ac citra manifestum calorem crassam, obstruentemque pituitam, necnon viscidam, & purulentam renum saniem, & arenulas, blandè, ac clementer expurgat. Dosis ad ℥ij.*

Syrupus de Mucilagibus Mathæi de Gradibus.

℞. Foliorum malvarum, granor. alk. kengi, & seminis papaveris albi ana ℥jv. aquæ tepidæ ℔iij. coquantur per sesqui horam in vase exactè obturato: deinde colaturæ adde seminis althææ, malvæ, & cydoniorum ana ℥j. tragacanthi ℥iij. infundantur per horas octo: post hæc pro vnaquaque libra expressionis adde sacchari albi ℥viij. & coque in syrupum crassum.

Vires: Commendatur ad ardorem urinae compescendam: sua enim viscositate, & benignitate qua pollet urinarios meatus lenit, demulcet, & ab acribus excrementis pertransseuntibus defendit. Dosis ad ℥i℥.

Syrupus de Spina Infectoria, seu de Spina Cervina, vel de Rhamno Cathartico, Domesticus dictus.

℞. Succis recenter espressi ex baccis maturis Rhamni Cathartici in pila lapidea contusis q. v. coque igne lento ad quartam partis consumptionem, & accipe huius succi colati ℞iij. cui adde sacchari ℥xvj. & coque in syrupum addendo sub finem in panno linteo ligata: anisi, & mastiches ana ℥iij. zingiberis, cinnamomi, & caryophyllorum ana ℥i℥. cola, & usui asserva.

Vires: Bilem, pituitam, & serosos humores maxime purgat, unde maxime prodest in cachexia, hydropo, & arthritide. Dosis ad ℥i℥.

Syrupus Carthami, seu Comitis.

℞. Seminis Carthami contusi, & folior. sennæ ana ℥iv. polyæ podij contusi ℥viiij. flor. cordialium P. iij. tartari laxativi ℥i℥. cinnamomi acuti ℥j. anisi ℥i℥. aquæ tepidæ ℞vj. infundantur per 24. horas: hinc coquantur per horam in vase circulatorio probe lutato: deinde cum colatura, & sacchari ℞iij. fiat syrupus.

Vires: Febris inveteratis, quotidianis, viscerum obstructionibus, & affectibus hypochondriacis opitulatur: humores enim crassos, & tartareos incidit, extenuat, necnon leniter per alvum educit. Dosis ad ℥jv.

Syrupus Regis Philippi II.

℞. Folior. sennæ ℥j. aquæ fœniculi ℥x. infunde per horas octo: hinc adde infusionis rosarum palidar. ex 9. infusionibus, & infusionis violar. ex 5. permutationibus ana ℥iv. detineantur loco tepido per horas sex: mox cum colatura, & sacchari ℞j. fiat syrupus S. A.

Vires: Bilem, humores serosos, melancholiam, & choleram adustam cum lenitione purgat. Dosis ab ℥j. ad ℥jv.

Syrupus Principis.

℞. Succī rosar. persicar. ℥iij. sacchari ℥ij. coque in syrupum.

Syrupus Persicus ex Laguna.

℞. Infusionis rosarum. persicar. ex 9. infusionibus ℥vj. sacchari albi ℥jv. fiat syrupus S. A.

Syrupus Aureus.

℞. Sacchari clarificati, & ad consistentiam tabellarum cocti, & rosarum persicarum recentium nondum perfectè apertarum, exungularum, & parum conquassatarum ana p. æq. infundantur simul loco tepido per 24. horas: exprime, cola, & coque in syrupum.

Alio modo: ℞. Foliorum rosarum alexandrinarum sub mane collectarum, nondum perfectè apertarum, exungularum, & aquæ tepidæ ana p. æq. macerentur per 24. horas in vase terreo vitreato stricti oris: deinde expressioni tepesactæ iterum infunde tantundem folior. rosar. vt antea: idque re-
pe ad tertiam vicem: post hæc accipe p. æq. huius infusionis colatæ, & sacchari clarificati, & ad consistentiam tabellarum cocti, & simul coque in syrupum lenissimo igne in vase terreo vitreato, cola, vsuique asserua.

Vires: Bilem, & serosos humores purgant, & in febribus ab ijs natis commendantur, albumque purgando renes refrigerant.

Dosis ab ℥j. ad ℥jv.

Syrupus Rosarum Rubrarum ex 9. infusionibus.

℞. Infusionis Rosarum Rubrar. ex 9. permutationibus ℥vj. sacchari albi ℥jv. fiat syrupus S. A.

Vires: Commendatur ad corroboranda viscera, caput nempe, cor, hepar, & ventriculum, ac intestina: bilem contemperat, & suaviter educit, relinquendo in stomacho, intestinis, ac ipso hepate vim aliquam adstringentem. Dosis ab ℥j. ad ℥jv.

Syrupus Florum Persicorum.

℞. Florum recent. Persicorum ℥j. aquæ tepidæ ℥iij. infunde, & macera horis 12. deinde expressioni infunde ℥j. flor. Persicor.

cor. vt antea, idque quater, aut quinquies iteretur: postremæ dehinc colaturæ accipe ℞iij. sacchari albi ℞iij. & coque in syrupum S. A.

Vires: Aquas, & bilem educit, vermes necat, ac mesenterium infarctu liberat: serosos humores per album exturbat. Dosis ab ℞j. ad ℞iij.

Syrupus Emeticus.

℞. Succī recentis cydoniorum ℞j. vitri Antimonij pulverati ℞β. digere in vase vitreo loco calidiori per dies tres, vel quatuor, sæpius agitando: postea coquantur igne lento paulisper, & statim filtretur, & cum liquore filtrato, & sacchari ℞viij. fiat syrupus S. A. Dosis à ℞j. ad ℞j.

Juleb Rosarum Mesues.

℞. Aquæ rosar. rub. distillatæ ℞v. sacchari clarificati ℞jv. fiat Juleb S. A.

Alio modo: ℞. Aquæ infusionis rosarum ℞v. sacchari ℞jv. coquantur cum facilitate, vt fiat Julapium S. A.

Alio modo ex Augustana Renovata: ℞. Aquæ rosarum odoratissimæ ℞jx. sacchari clarificati, & ultra consistentiam tabellati cocti ℞ij. misce exactè.

Vires: Cordiale est medicamentum, totius corporis exaestuationi confert, vitales spiritus reficit, eosdemque evanidos reparat. Dosis ad ℞iij.

Communiter hodierna die parantur à Medicis Julapia ex temporanea eà proportionē servatā, vt pro ratione ℞j. syrupi appropriati sint ℞vj. vel ℞viij. liquoris idonei, siue sit aqua distillata. siue decoctum, siue infusio.

Mel Persicum.

℞. Succī Rosar. Persicarum, & mellis ana p. æq. coquantur in syrupum S. A. vsus eius est in clysteribus: valet etiam ad purgandam bilem. Dosis ad ℞jv.

Mel Rosatum Colatum. Mel Rosatum pro vulneribus dictum.

℞. Succī rosarum rubrarum, & mellis ana p. æq. coquantur ad syrupi crassioris consistentiam.

Vires: Digestivum est materiarum phlegmaticarum contentarum in stomacho, meseraicis, ac etiam in intestinis, ventriculorum roborat, detergit, viscidos succos expurgat, coctionem tuvat, putredini adversatur, humores crudos concoquit: oris phlegmonas, prout & gingivarum, tonsillarumque inflammationes placat, & ulcera tam interna, quam externa abstergit. Dosis ad ℥iij.

Mel Rosatum Simplex.

R. Aquæ puræ tepidæ ℔vj. flor. recent. rosar. rubr. ℔ij. infunde per 24. horas. Ab hinc reiectis prioribus rosis tantundem rosar. recent. expressioni affunde: reiteretur id tertia vice: tandem colatæ infusionis accipe ℔v. mellis ℔vj. coque in syrupum. Convenit cum supradicto.

Duobus apparatus supradictis paratur Mel Mercuriale: Mel Violarum ex folijs violarum, Violaria, seu Mater violarum dicta: Mel Parietariæ, Malvarum, Nenupharis, & similibus.

Mel Rosatum solativum ex Doctore Flores.

R. Succis rosarum Rubrar. & Persicar. sacchari, & mellis ana p. æq. coque in syrupum S. A.

Vires: Blandè, & securius purgat, ventriculorum roborat, & intestina. Dosis ad ℥jv.

Mel Anthosatam.

R. Mellis rosati simplicis ℔ij. flor. recentium rosmarini M. vj. infunde loco calido horis 24. deinde expressionem colatam coque in syrupum. S. A.

Vires: Colicos, ac vterinos dolores mitigat, ob calorem benignum viscera foventem, quibus etiam robur addit, cerebri, cordis, & ventriculi vires augens, & crudam in intestinis, ac circa mesenterium pituitam concoquens, flatibus discutendis idoneum. Dosis ad ℥iij. Additur in enemate, ubi paresis ex colica metuitur, nervosas enim partes à noxijs defendit.

Mel Passulatum.

R. Passularum exacinarum q. v. aquæ competenter calidæ q. s. vt passulæ submergantur, simulque detingantur per 24.

290 Tyrocinium Pharmaceuticum. Lib. II.

horas : deinde ferveſcant donec paſſulæ tenereſcant : hinc colaturam coque igne lento ad mellis craſſitiam.

Vires : Pectoris vitij, præcipuè verò diſtillationi acri, & calida, à ſaliſis humoribus oborta conducit : aſperam arteriam lenit, & humectat : tenuem expektorationem promovet : tuſſim itidem, ac raucedinem mitigat. Doſis ad ℥ij.

Mel Anacardinum.

℞. Anacardia recentia, ſin ſecus humectata, tere, & coque in aqua donec melliginem quandam in rubeo colore fulcam remittant, eam aquæ innatantem aufero, ac reponito.

Vires : Memoria iacturam reſarcit, labentes ſenſus refricat, obliſionem diſcutit, ac mentem exacuit: morbis cerebri frigidis, & humidis conducit, nervorumque reſolutioni opitulatur. Doſis ad ℥℔.

Mel Emblicorum.

℞. Myrobalanorum Emblicorum enucleatorum N. L. contunde mediocriter, & coque in ℔j. aquæ in vaſe ritè obturato per horas duas: colaturæ adde mellis ℔ij. & coque ad ſpiſſitudinem iuſtam.

Vires : Cor, cerebrum, iecor, necnon ventriculum ſolidat: exhilarat, & corporis odorem commendat. Doſis ad ℥iſſ.

Mel Centaurij Guidonis.

℞. Summitatum Centaurij minoris recentis ſemine prægnantis q. v. contunde, & infunde per noctem in vino albo optimo ad eminentiam trium digitorum : deinde coque in vaſe clauſo per horas duas: poſtmodum colaturam coque ad mellis ſpiſſitudinem, uſuique aſſerva.

Vires : Spleneticum, & hepaticum eſt inſigne, vulnera detegit, ſerum per poros, bilioſos, & pituitoſos humores per album educit : febribus confert, menſtruiſque ſuppreſſis, ſcorbuto, arbritide, & lumbricis. Doſis ad ℥ij.

Mel Centaurij Pharmacopœæ Amſtelredamenſis.

℞. Summitatum Centaurij minoris cum floribus, in ymbra ſiccatur, ℔j. macerentur parum in ſ. q. aquæ: deinde cum ℔ij.

℞. Mellis despumati coquantur igne lento, & calentia adhuc linteo percolentur, & colatura inspissetur ad mellis crassitiam. Convenit cum priori.

Diamoron Nicolai.

℞. Succum mororum bati ℞j. succum mororum celsi ℞ss. mellis ℞j. sapæ vini ℞ij. coquantur igne lento in vase vitreato ad iustam consistentiam, cola, vsuique asserva.

*Vires: Ad faucium ardores, serpentia oris ulcera, gula, colu-
mella, & tonsillarum inflammationes, anginaeque principia effi-
cax existit. Dosis ad ℞ij.*

Dianucum, seu Rob Nucum ex Mesue, & Galeno.

℞. Succum corticum exteriorum nucum in diebus canicularibus expressi ℞vj. coque parum, & desine requiescere, decanta, & adde mellis ℞ij. & iterum coque ad mellis crassitiam.

*Vires: Stomachicum est insigne, admodum efficax ad oris phleg-
monas, & synanchas, distillationes in fauces, & alias prefocan-
tes: pueris, mulieribus, naturisque humidis confert. Dosis ad ℞j.
gargarizando.*

Rob Juniperinum.

℞. Succum granorum maturorum succulentium Juniperi q. v. clarifica, ac coque lenissimo igne ad mellis spissitudinem, vsuique asserva. Eodem modo paratur Rob sambucinum, & Ebue linum.

Vires: Frigidis ventriculi, uteri, ac intestinorum malis prodest: status discutit: urinas, menses, calculosque eiecit: renes, & vesicam à mucositate repurgat: venena pellit, obid probè ad versus aëris infectionem, & contagiosos morbos antidotum familiare existit: ad pectus à crudo, crasso, & tenaciter infarcto phlegmate expurgandum. Dosis ad ℞ij.

Paratur etiam more solito Extractum ex Baccis Juniperi, & dicitur *Theriaca Germanorum.*

Hydromel Vinosum ex Quercetano.

℞. Mellis optimi partem unam, aquæ pluviae partes quinque, coque leniter ad iustam consistentiam semper despumando,

292 *Tyrocinium Pharmaceuticum. Lib. II.*

cuius signum bonum erit, quando recens ovum iniectum super nataverit: tunc cola, & in vase idoneo colloca super furnum, in quo panes quotidie coquantur, & relinque illic per mensem, vel usquequo fermentando defœcetur: hinc in cellam musclam traduces. Usus tamen erit ante semestrie, in terea simile fit Vino Malvatico.

Aqua Mulsa, seu Hydromel Aquosum.

℞. Mellis optimi ℥ss. aquæ fontis ℔v. coque, & ubi non amplius spumaverit cola, & repone in vase vitreo.

Vires: *Usus eius est pro potu hordinario in morbis frigidis capitis, nervorum, senum tussi, aut quando abscesus internus ruptus est in ventre infimo, alia vè parte, cum detergendi, roborandi, & à putredine preservandi adest indicatio.*

C A P U T X V.

DE AQUIS DISTILLATIS:

Aqua Cinnamomi Spirituosa.

℞. Cinnamomi electi grossè contusi ℥j. sp. vini ℔iij. aquæ rosatæ ℥ss. macerentur triduo in fimo equino: deinde distilla per B.M. & distillabit aqua fragrantissima, quam vsui asserva.

Vires: *Recreat spiritus animales, cor, caput, ventriculorum, cæteraque viscera refrigerata confortat, epilepsie confert, memoriam auget. Dosis ad ℥ij.*

Aqua Cinnamomi Lactescens.

℞. Cinnamomi acuti grossè contusi ℥ss. aquæ rosarum, & vini albi electi ana ℔iij. macerentur per dies tres: mox distilla per retortam vitream igne arenæ, vsuique asservatur ritè obturata.

Alio modo: ℞. Cinnamomi contusi ℥ss. aquæ hordei ℔viij. macera, & distilla S. A. & quandiu aqua exit lactei coloris asservetur. Conveniunt cum priori. Dosis à ℥ij. ad ℥j.

Aqua Cinnamomi Buglossata Mynsicht.

℞. Aquæ Buglossi ℥vj. cinnamomi acuti ℥ij. flor. recent. violar. & rosar. ana ℥ij. corticum radice buglossi ℥iij. flor. borraginis, & melissæ ana ℥j. specierum Diarrhodonis Abbatis ℥℔. digere simul per dies tres: hinc distilla per B.M.

Vires: Concoquit, emollit, venenis resistit, cerebrum, cor, ventriculū, hepar, & splenem confortat: oculos clarificat, urinam movet, necnon renibus, & vesicæ convenit. Dosis ad ℥iij.

Aqua Theriacalis.

℞. Radicum Valerianæ, Imperatoriæ, Angelicæ, Gentianæ, Zedoariæ, & contrayervæ ana ℥j. baccarum Juniperi, lauri, corticum exteriorum citri, arantiorum, & myrrhæ ana ℥ij. Caryophyllor. cinnamomi, seseleos, & santali citrini ana ℥℔. Summit. scordij, melissæ, rutæ, hyperici, & cardui benedicti ana M.ij. salis tartari ℥℔. Theriacæ Magnæ ℥℔. sp. vini ℥vij. Infunde, ac digere per dies quatuor in vase vitreo ritè clauso: hinc distilla ℥vj. liquoris, quem acuratè asserva.

Vires: Præstantissima est in sudoribus movendis: deinde ventriculū roborat, flatu discutit, sanguinem attenuat, humores crassos incidit: in omnibus pestilentialibus affectibus succurrit. Dosis à ℥ij. ad ℥℔.

Aqua Theriacalis Frigida Riberij.

℞. Limonum recent. succulent. N.xij. succi scordij ℥ij. succor. acetosæ, rutæ capraræ, scabiosæ, & cardui benedicti ana ℥ij. rasuræ cornu cervi ℥jv. Theriacæ veteris ℥℔. cortices limonum in tenues laminas dividantur, semina contundantur, & succus exprimat: & herbæ, quæ minus habent succi, inter pistandum succo aliorum limonum irrorentur, omniaque distillentur per B.M. S.A.

Vires: Hæc aqua vi refrigerandi, & alexipharmaca prædita, non minùs febrem, quàm malignam qualitatem opugnat. Dosis ℥j. per se, vel cum alijs liquoribus permixta.

Aqua Theriacalis Patri Sala.

℞. Succor. rutæ caprariæ, acetosæ, scordij, & citri ana ℥vj. Theriacæ Magnæ ℥j. macerata in vase vitreo, distillantur igne B. M. ad siccitatem vsque, vsuique liquorem distillatum asserua.

Vires: Prodest in febribus malignis pestilentialibus ante incertum sumpta ad ℥j.

Aqua Theriacalis Crollij, seu Spiritus Theriacalis Camphoratus.

℞. Theriacæ Andromachi ℥v. myrrhæ rubræ ℥iij. croci ℥ij. camphoræ ℥ij. spiritus vini rectificati ℥x. misce, ac digere in vase vitreo probe obturato per 24. dies: hinc distilla per B. M. lenissimo calore: spiritum distillatum reaffeunde materiæ in cucurbita relicta, digere, atque denuo distilla; idque vice tertia repete.

Solet omitti camphora, & tunc appellatur *Spiritus Theriacalis Simplex.*

Vires: Egregius eius usus est in peste, sudore ciendo, venenisque resistendis. Dosis ad ℥j.

Aqua Apoplectica Charaz.

℞. Summitatum maioranæ, flor. tilia, liliorum convalium, anethos, lavendulæ, salviæ, & primulæ veris ana M. iij. sp. vini rectificati, & aquæ flor. arantior. ana ℥iij. macerentur simul ad solem per dies octo: hinc distillantur per balneum arenæ, & aqua distillata vsui asseruetur.

Vires: Valet in corroborandis partibus nobilibus, & cerebro, tam ad præcauendam, quam ad fugandam apoplexiam, ut ad omnes cerebri morbos. Dosis ad ℥j.

Aqua Antiapoplectica Langij.

℞. Flor. recent. lilior. convalium M. xij. lavendulæ ℥j. rosmarini, stoechadis, nucis moschata, vitci quercini, radicis pœonia, & distamni ana ℥ij. cinnamomi ℥vj. piperis longi, & cubebar. ana ℥ij. vini albi generosi ℥vj. infundantur per octiduum: postea distillantur per cucurbitam vitream S. A.

Vires:

Virēs: Præstantissima est ad epilepsiam, vertiginem, lethargum, & similia. Dosis ad ℥j.

Aqua Mirabilis, sive Antiapoplectica Eiusdem.

R. Flor. primulæ veris, rosmarini, maioranæ, & vincetoxici ana M. j. radice calami aromatici, & aristolochiæ rotundæ ana ℥i℥. sem. sileris montani, foeniculi, & pœoniæ ana ℥j. cubabar. nucis moschatae, & caryophyllor. ana ℥iij. cinnamomi, & ligni aloes ana ℥ij. piperis longi, sagapeni, opopanacis, myrrhæ, & gummi Juniperi ana ℥i℥. aquæ herbarum paralysis, salviæ, & betonicæ ana ℥℥j. aquæ flor. tiliæ ℥℥i℥. Infundantur per octiduum: deinde distillentur leni calore arenæ, & distillatum liquorem vsui asserva.

Vires: Egregia est, & mirabilis in præservatione apoplexiæ: conducit omnibus ægritudinibus frigidis nervorum, curans paralysem, oris torturam, spasmus, & loquelam restituens. Dosis ad ℥j.

Aqua Hysterica ex Augustana, vulgò Panacis Eraclei.

R. Radice pœoniæ sub Luna crescenti collectæ ℥iij. seminis eiusdem ℥i℥. sileris montani, & visci quercini ana ℥jv. myrrhæ electæ, & castorij ana ℥℥. radice levistici, dictamni albi, & zedoariæ ana ℥ij. aquæ melissæ ℥℥jv. vini albi electi ℥℥iij. infusa loco calido per dies decem distillentur S. A.

Vires: Vteri suffocationes, & gravissima inde nata symptomata curat, ac mitigat. Dosis ad ℥j.

Aqua Bryonia Composita.

R. Foliorum rutæ, & artemisiæ ana ℥℥j. sabinæ M. iij. maticariæ, nepetæ, & pulegij ana M. ij. folior. ocy mi, & dictamni cretici ana M. i℥. corticum arantiorum ℥jv. myrrhæ ℥ij. castorij ℥j. contusis, & in cucurbita vitrea, seu terrea vitreata impositis affunde succi radice bryoniæ ℥℥jv. vini albi electi ℥℥xij. macerentur per dies quatuor capitulo vitreo appposito, commissuris que ritè lutatis: deinde igne leni distillentur ℥℥xij. liquoris, qui vsui asservetur.

Vires: Hystericis suffocationibus, mensibusque movendis, & affectu

296 Tyrocinium Pharmaceuticum. Lib. II.

affectibus hypocondriacis conducit. Dosis ab ℥℥. ad ℥j.

Ex residuo in cucurbita relicto fiat expressio, & filtratio, igneque lento reducatur ad extracti spissitudinem, ad vsu- que supradictos asservetur. Dosis à gr. x. ad ℥j.

Aqua Anticolica, seu Carminativa Mynsicht.

℞. Flavedinis corticum arantiorum ℥vj. radiceis zedoariæ ℥iij. baccar. lauri excorticatar. & gummi juniperi ana ℥i℥. calami aromatici, galangæ minoris, & cinnamomi acuti ana ℥j. quatuor sem. frigidior. maior. & minor. cerefolij, nigellæ, & anethi ana ℥iij. crassiuscule contusa infundantur per osti- dum in vini malvatici ℔viii. postea adde aquæ ex succo cha- mæmeli ter distillatæ, & aquæ serpilli cum vino distillatæ ana ℔j. ac in B. M. per alembicum distillentur.

Vires: Colicæ passioni, quæ à causa frigida, & humida, vel flatibus originem trahit, præmissis uniuersalibus mirè medetur. Dosis ab ℥℥. ad ℥j.

Aqua Nucum Juglandium.

℞. Iulorum, seu Florum Nucum Juglandium ℔x. conquassa, eisque affunde decocti colati aliorum Iulorum Nucum ℔xij. ac distilla, & aquam distillatam asserva. Quando autem nu- ces pervenerunt ad tertiam partem magnitudinis eius accipe ex eius ℔vj. conquassa, eisque affunde aquam supra asserva- tam, & digere per horas 24. hinc distilla, & iterum asserva aquam distillatam. Insuper accipe Nucum viridium iusta maturitatem collectarum ℔vj. conquassa, eisque affunde aquam asservatam, digere, vt antea, & distilla, vsuique aquam distillatam asserva.

Vires: Sudores cit, ventriculum roborat: valet etiam in fe- bribus malignis, in peste, variolis, colica, & hysteriis vapo- ribus. Dosis ab ℥j. ad ℥vj.

Aqua Magnanimitatis.

℞. Formicarum maiorum M. ij. sp. vini q. s. ad eminentiam digiti vnus, vel duorum: digere vase clauso donec putrefac- tione in liquorem abierint: hinc distilla per B. M. & aroma- tiza tantillo cinnamomi, vsuique asserva.

Vires: Calefacit intense, incidit: usus eius præcipuus est in atrophia, siue intrinsecus, siue extrinsecus. Dosis ad ℥ij.

Aqua Hirundinum Vsitata ex Augustana.

℞. Pullorum Hirundinum vivo corpore laceratorum, aut dissectorum N. xxij. ligni visci quercini ℥ij. seminis pœoniæ excorticati ℥j. radicis eiusdem ℥ij. aquæ liliorum convallium, flor. sambuci, pœoniæ, & tiliæ ana ℥xxxij. infundantur loco calido per 24. horas: deinde distillantur per B. M. & liquor distillatus asservetur. Interim Pulli Hirundinum ex distillatione relictæ, in retorta indantur, & sal volatilæ extrahatur, rectificetur, & aquæ asservatæ misceatur, vsuique asservetur.

Vires: Adversus epilepticos insultus potens est: apoplexiam avertit, vertiginem curat, incubo, ac paralyti auxiliatur, ac infantum convulsionibus strenuè medetur. Dosis ad ℥iij.

Aqua Regina Vngaria.

℞. Flor. recent. rosmarini ℔iij. sp. vini alcoholisati ℔vj. macera per dies tres, ac distilla S. A.

Alio modo genuino: ℞. Flor. rosmarini nuper siccor. ℔j. spiritus vini alcoholisati ℔vj. macera per dies octo, ac distilla igne arenæ, & habes spiritum dephlegmatum, & essentia rosmarini imprægnatam. Potest etiam parari in momento guttas nonnullas olei rosmarini distillati spiritui vino admiscendo.

Vires: Valet in apoplexia, lethargo, paralyti, & hysterica passione à ℥j. ad ℥ij. Vsurpatur etiam exterius in combustionibus, doloribus, tumoribusque à frigidis humoribus oriundis, in contusione, paralyti, & ubicumque spiritus excitandi sunt, sanguisque extravasatus resolvendus.

Aqua Antiphthifica, vulgò De la Palata.

℞. Testudinis eviscerati N. j. pullorum gallinar. evisceratorum N. ij. ranarum etiam evisceratar. N. xij. panis albilissimi recentis ℔j. folior. borraginis, & lactuæ ana ℥iv. panis excindatur in taleolas, & humectetur cum aqua rosata: animalia pistentur, & ex omnibus fiat stratum super stratum in alembi-

298 Tyrocinium Pharmaceuticum. Lib. II.

co vitreo, hinc distillentur S. A. per B. M.

Vires: *Analepticum, ac renutritorium est medicamentum, proficuumque phtisicis, asthmaticis, peripneumoniacis, tabidis, consumptis, & à morbo longo extenuatis, vel ijs, qui cibos solidiores assumere nequeunt. Dosis ad ℥ij. & ultra.*

Aqua Mille Florum, seu Florum omnium.

℞. Stercoris recentis vaccaë, vel bobis Majali tempore herbas depascentes colecti q. v. distilla per B. M. vel cineres cavendo ne empyreuma acquirat.

Vires: *Refrigerat, discutit; adhibetur internè in dolore colico, nephritico, urina suppressa; febribus, &c. Dosis ad ℥jv. Appellatur etiam Aqua Letaminis.*

Aqua contra Gonorrhœam ex Quercetano.

℞. Pulveris menthæ, dictamni, & radicis ireos ana ℥j. pulv. seminis agni casti, rutæ, & lactucæ ana ℥vj. terebinthinæ veteris ℥jv. vini albi ℥xx. distillentur per B. V.

Vires: *Detergit vasa spermatica in gonorrhœa fetida, & virulenta affectibus, si prius adhibita sint medicamenta anodyna, acrimoniam humoris mitigantia. Dosis à ℥ij. ad ℥j. sub mane per aliquot dies.*

Aqua Ononidis Mathioli.

℞. Corticum radicum Ononidis recent. ℔jv. minutim scindantur, & macerentur in vini albi ℔vij. & distillentur per B. V.

Vires: *Renum calculos frangit, urinam cit, ac viscidos humores dissolvit. Dosis ad ℥ij.*

Aqua Ophthalmica Donzellij.

℞. Florum cœruleorum cichorij tempore quo Sol Leônem ingreditur q. v. ex illis recentibus adimple vitreum vas angustiorificij, illudque vesica duplici adhibita diligenter obturabitur: postea in pasta farinacea sepelietur, & in furno cum panibus coquendis immitetur: cocta massa retrahetur, vasque in illa sepulchrum refogetur, quod continebit non flores,

antea, sed præcipue liquorem ex illis confectum; liquor ille per retortam ad usum distillabitur.

Vires: Arcanum est maxima efficacia in morbis oculorum, sed præcipue in illorum albugine, nubecula, vngue, suffusione, & caligine.

Aqua Aluminosa Guidonis.

R. Succor. depurator. acrestæ, & plantaginis ana ℥iij. succi portulacæ ℥vj. aluminis petrae ℥iij. albuminum ovorum N. xxx. distilla per alembicum æneum cum suo refrigeratorio.

Vires: Prodest in cacochimia, vlcibus morbi gallici cum intemperie calida, infrigidando, & exiccando.

CAPUT XVI.

DE SPIRITIBUS.

Spiritus Vini.

R. Vini generosi q. v. distilla per vesicam donec pars optima distillaverit: distillatum rectifica in B. M. toties, quoties opus sit, vsquequo nihil humiditatis combustilis relinquat, quod probatur in vase argenteo in aqua frigida immerso.

Vires: Calidus est, & siccus, penetrantissimus, incorruptibilis: putredini resistit, apoplecticos refocillat, &c. Extrinsecus resolvit tumores frigidos, & scirrhosos, coagulationem sanguinis in contusionibus arcet, cruoremque resolvit, ac discutit. Ambustis medetur si lintea spiritu vini imbuta partibus læsis applicentur, eademque repetantur, donec dolor ab igne penitus evanuerit, & postea solum bis in die. Erysipelatis summum est remedium. Et quod mirum est, externè applicatus sanguinem sstis, siquidem ab illo sanguis citissimè mirabili cum spectaculo coagulari solet. Dosis ad ℥ij. Inservit etiam loco menstrui pro plurimis dissolutionibus, & extractionibus in officinis.

Appellatur etiam Aqua Vitæ: Aqua Ardens: Oleum Vini: Essentia subtilissima: Essentia in corruptibilis: Sulphur Cœleste: Sulphur Bezoardicum Vegetabile: Menstruum Cœles-

300 Tyrocinium Pharmaceuticum. Lib. II.

te: Aqua Coelica: Lullij Coelum: Clavis Philosophorum;
Corpas Æthereum ex aqua, & igne constans: Balsamus vola-
tilis liquoris Catholici, &c.

Aqua Saponis:

Nota, quod Aqua Saponis appellatur etiam Aqua Ardens, sed non per modum patientis, vt Spiritus vini, sed per modum agentis, scilicet, quia vrit carnes quibus aproximatur, faciens ampullas, vt vesicationes, cuius apparatus talis est: R. Cineris quercus partes tres, calcis vivæ partem vnam, misce, & fac lixivium; quod evapora, vsquequo ovum immersum supernatet, & illa aqua est fortior in qua ovum immersum magis supernatat extra eam, quia quanto magis est mitis ipsa aqua tanto magis ovum submergitur in ea.

Alio modo: R. Cineris quercus Partes ij. tartari calcinati, vel cineris clavelati Partem j. fac lixivium, vt dictum est.

Spiritus Frumenti Ardens:

R. Farinæ hordei, vel cuiuscumque frumenti germinati ℞xx; fœcum vini expressarum ℥xx. fœces in aqua tepida dissolvantur, & cum ea dissolutione humectetur farina, vt massa fiat liquida benè agitando: deinde cooperta relinquatur per duas, tres vè horas, donec aqua omnes partes farinæ optimè madefecerit: hinc adde maiorem aquæ quantitatem, & agita materiam donec ad super eminentiam debitam, & in massam farinaceam liquidiusculam cum aqua supervenerit. Deinde fermententur donec massa in altum elevata in principio fermentationis sensim detumescat, & subsideat, supernatante postmodum limpido liquore, acidiusculum halitum spirante. Liquorem limpido à subsidentia farinæ factum distilla, & rectifica: sic habes spiritum, in omnibus spiritui vini æmulantem.

Eodem modo paratur Spiritus Mellis Ardens, ex Hydro-melite Vinoso: etiam Spiritus Sacchari Ardens paratur simili modo ex Hydromelite Saccharino.

Spiritus Rosarum.

R. Rosarum fragrantium recentium q. v. conquassa, & impone in vase idoneo, eisque affunde succum aliarum rosarum ad super eminentiam quatuor, vel sex digitorum, & addito manipulo vno, ac altero salis communis colloca in cellam vinariam donec fermentando acidiusculum, ac vinosum

acquirant odorem: deinde distilla per vesicam, & distillatum liquorem rectifica per balneum, vsuique asserva.

Vires: *Cor recreat, ac in omnibus eius infirmitatibus robur conciliat: vires etiam reficit. Dosis ad ℥ij.*

Eodem modo parantur spiritus ardentis omnium florum; & herbarum.

Spiritus Cerasorum.

℞. Cerasorum nigrorum q. v. conquassa, & desine fermentare in vase terreo vitreato, donec odorem vinosum acquirant: tunc distilla per vesicam, & spiritum distillatum rectifica, vsuique asserva.

Vires: *Cephalicus est, unde in morbis capitis, apoplexia, epilepsia, paralyssi, &c. peculiariter proficuum censetur. Dosis ad ℥ij.*

Eodem modo parantur spiritus omnium fructuum succulentium, & continent virtutes, & qualitates ex quibus parati fuere.

Spiritus Carminativus Francisci de Leboe Sylvij.

℞. Caryophyllorum aromaticor. corticis arantiorum, & radicis angelicæ ana ℥j. macis, nucis moschatae, radicis imperatoriae, galangæ, & zingiberis ana ℥i℥. folior. rosmarini, maioranæ, rutæ hortensis, basiliconis, & summitat. centaurei minoris ana M. ℥. baccar. lauri ℥i℥. seminis angelicæ, levistici, & anisi ana ℥℥. cinnamomi ℥vj. concisa, & contusa crassiusculè infunde in spiritus vini optimi ℥XL. & digere per viduum in B. M. hinc distilla ad siccitatem, & quicquid ascenderit magmati iterum affunde, & per biduum digere: mox tres quartas partes distilla, vsuique distillatum asserva.

Vires: *Flatus discatit, & caput roborat: prodest etiam in lethargo, epilepsia, &c. Dosis ad ℥j.*

Spiritus Volatilis Oleosus Aromaticus Eiusdem.

℞. Cinnamomi, macis, corticum exteriorum arantiorum, & citri ana ℥℥. salis ammoniaci, & salis tartari ana ℥jv. spiritus vini, & aquæ naphæ ana ℥℥℥. infunde in vase vitreo stricti oris ritè clauso per dies 15. sæpè interim agitando: postea distilla per cucurbitam vitream igne arenæ commissuris pro-

bè lutatis, vsuique distillatum liquorem acuratè asserva.

Vires: Sudorem mirificè promovet: valet etiam in affectibus cordis, epilepsia, lethargo, scorbuto, paralyssi, febribus malignis, morbis hysteriis, variolis, & mensibus movendis. Dosis à gr. vj. ad gr. xx. in liquore appropriato, sed (nota) frigido, ne spiritus exhaletur.

Spiritus Antiepilepticus, seu Gutta Anglica.

℞. Serici crudi q. v. & distilla ex retorta vitrea lutata S. A. & rectifica spiritum ab oleo separatum, vsuique acuratè asserva. Alij distillant texturam bombycinam cum suis bombycibus viventibus adhuc inclusis.

Vires: Prodest epilepsia, apoplexia, vertigini, lethargo, hysteriis affectibus, & similibus. Dosis ad ℥j.

Spiritus Cornu Cervi.

℞. Fragmenta Cornu Cervi, ac distilla per retortam vitream lutatam in recipientem capacissimum commissuris ritè lutatis igne reverberi lenissimo in primis tribus, aut quatuor horis, deinde gradatim adhibito, vsquedum non amplius stillet. Deinde vasis frigefactis materiam in receptaculum contentam, ex sale volatili, spiritu, & oleo constantem inde in matraccio, cui impone capitellum cœcum, luta commissuras, & igne leni arenæ sublima salem volatilem, cautè ignem regendo, ne spiritus, nec oleum ascendat: post hæc salem sublimatum misce cum fragmentis cornu cervi in retorta relictis optimè calcinatis, & pulveratis, & iterum, atque iterum sublima, eo vsque habeas salem volatilem cornu cervi purissimum, & albisimum, quem acuratè asserva. Hinc matraccio impone capitellum vitreum rostratum, & recipientem, commissuras luta, adauge ignem, & distilla spiritum ad dimidias, quem etiam asserva. His peractis separa oleum, in matraccio relictum à suo phlegmate per infundibulum, vel chartam emporeticam, & misce cum suo capite mortuo remanente in sublimatione salis, ac rectifica per retortam vitream igne arenæ, vsuique asserva.

Sal Volatilis Cornu Cervi.

Oleum Cornu Cervi.

Vires: Spiritus, & sal acrem sanguinis corrigunt, eumque volatilem reddendo eius circulationem promovent. Præcipuè

ope-

operantur per sudorem, & ex parte per urinam citra remanentiam astus illius ingentis, quam sudorifera cœtera parare solita sunt. Conveniunt propterea in febribus, pleuritide, mesenterij, & splenis obstructionibus, in vehementissimis tussibus, in affectibus cerebri, & nervorum, epilepsia, convulsionibus, delirio febrili, & ipsa pleuritide, lethargo, suffocatione hysterica tam intus, quàm extus odore tenui adhibita. Tuto etiam adhibentur in febribus, in quibus sanguinem inflammare nunquam est observatus. Denique cum Arcano Salis Tartari nupta in malo hypochondriaco, scorbuto, arthritide fixa, & vaga, & mensiam suppressione egregia sunt. Dosis spiritus ad ℥ij. Dosis salis ad ℥j.

Oleum valet exterius in cerebri frigidis affectibus, commissa sagitalis, coronalis, & occipitij, & primæ vertebræ articulationis regioni: in artuum frigidis molestis inungitur dolentibus locis.

Eodem modo distillantur Viperae exiccatae, Crancum, Lumbrici sicci, & similia.

Spiritus Cornu Cervi Succinatus.

℞. Rasuræ Cornu Cervi ℥j. succini pulverati ℥ss. distilla per retortam more solito, & asserva seorsim spiritum, & salem. Vires: Mirificè prossunt in epilepsia, & morbis catarrhali- bus: sudorifica sunt, diuretica, hysterica, &c. Dosis spiritus à gr. x. ad ℥j. Dosis salis à gr. v. ad ℥ss.

Sal Cor-
nu Cervi
Saccina-
tus.

Spiritus Urinae per putrefactionem.

℞. Urinae pueri sani vinum bibentis q. v. detine in vase terreo per dies 20. vel usquequo incipiat foetere: hinc liquorem clarum à foecibus decantatum distilla ad dimidias igne leni arenae per cucurbitam magnam in recipientem sat amplum. Distillatum affunde supra caput mortuum, ac iterum distilla: idque repete ad tertiam vicem, & sic transit spiritus, & sal concrevit in capitello, si calor non intensus sit.

Vires: Anodynum est insigne: obstructiones tartareas viscerum, ac mesenterij reseruat, unde magnus eius usus esse poterit in
scor-

scorbuto, hypochondria, cachexia, ieteritia flava, ac nigra: calculum renum, ac vesica atterit, doloresque inde natos sopit; Dosis ad ℞.

Spiritus Fuliginis.

℞. Fuliginis electæ q. v. & distilla per retortam fictilem igne aperto gradibus successibus, primò elebatur phlegma cum spirita albicante, postea oleum flavum, & vltimò oleum rubrum cum sale volatili, serua seorsim.

Vires: Spiritus, ac oleum confortativa sunt insignia, mirabiliter agonizantes refocillant. Dosis spiritus à gt. vj. ad ℞. Dosis olei gt. ij. vel iij. in vino, vel alio vehiculo idoneo. De oleo inquit Hartmanus, quod si post guttas tres in aceto exhibitas, sudor copiosius emanarit, signum indubitatum sanitatis, & convalescentia erit, sin secus mortis: atque hoc esse verissimum ab Hoffmanno non semel probatum fuit. Sal cum aceto extractus, & in liquorem in loco humido solutus cancriosis ulceribus semel, atque iterum inungatur, & venenositas instar vapors visibilitè extrahetur. Tandem oleum crassius lent aspergine sapius illitum, crustam instar cuticulae super inducit, qua spontè spatio 5. vel 6. dierum decidens, ulcus consolidatum esse indicat.

Spiritus Tartari.

℞. Tartari albi loti q. v. distilla ex retorta igne nudo gradatim adhibito, donec essent fumi apparere: separa spiritum ab oleo, quem misce cum suo capite mortuo pulverato, & rectifica igne arenæ per cucurbitam vitream cum suo capitello commissuris ritè lutatis, idque repete ad tertiam vicem: Ex capite mortuo potest parari Sal Tartari, vide suo loco.

Vires: Vim habet incidendi, attenuandi, resolvendi, discutienti, & obstructions referandi: per sudorem, & urinam purgat, ideòque vtiliter exhibetur in hydrope, tympanitide, arthritide, paralyssi, scorbuto, lue venerea, impetiginibus, &c. Dosis ad ℞.

Spiritus Terebinthinae.

℞. Terebinthinæ electæ q. v. iniice in cucurbita terrea; cuius duæ tertiæ partes vacuæ mancant, & distilla igne primò leni

Ienissimo, dein auctiori, & stillabit primò spiritus, dein oleum, collige seorsim, ac asserva.

Vires: Spiritus calefacit, siccatur, attenuat, urinam ciet, tartaream mucilaginem resolvit. Confert hinc in tussi, alijsque pulmonum affectibus tartareis, in lienis, & uteri obstructionibus, in calculo renum, & vesica, in stranguria, gonorrhœa virulenta, ulceribus penis ex lue venerea. Urina odorem violaceum conciliat. Dosis ad gr. vij.

Oleum, seu Balsamum calefacit, attenuat, mundificat, consolidat: hinc adhibetur foeliciter membris frigore rigidis, tumoribus scirrhotis, vulneribus inveteratis, ac putridis, gangrenæ, fissuris pedum à frigore oriundis, (pernionibus) efficaciter, quas curare dicitur.

Spiritus Mellis acidus.

℞. Mellis electi q. v. ac distilla ex cucurbita vitrea sat alta, & ampla igne arenæ per gradus, & primò stillabit aqua, quam asserva, receptaculum mutando quando guttæ acidæ apparent, & stillabit spiritus acidus cum oleo supernatante, quod separa à spiritu, quem rectificat, vsuique asserva.

Aquæ Mellis

Vires: Spiritus inservit pro tincturis, præcipuè coralliorum, extrahendis. In usu Medico inservit ad obstructiones referendas, urinam pellendam, & calculum atterendum. Dosis ad ℞.

Aqua suffusionis oculorum, & albugines sanat, capillis producendis confert.

Eodem modo paratur Spiritus Sacchari acidus.

Spiritus Papiri.

℞. Chartas albas, & forma ex eis globulos, & inde retortæ lutatæ, ac distilla igne reverberi S. A. separa spiritum ab oleo, & rectificat spiritum igne arenæ per alembicum vitreum, ad vsumque asserva.

Vires: Spiritus est diureticus insignis. Dosis ad gr. xx. Oleum prodest exterius in surditate, & etiam dentibus cum bombace impositum anodynam exercet vim. Valet etiam in hysteriis affectibus, scabie, & similibus.

Spiritus Aceti, seu Acetum Distillatum.

- ℞. Aceti fortissimi ex vino parati q. v. & distilla ex cucurbitā vitrea in B. M. vel cineribus lenissimo calore: primò ascendit phlegma insipidum, quod separa, & quando guttæ acidæ apparent muta receptaculum, & distilla spiritum acidum, cavendo sub finem, ne empyreuma acquirat. Sunt qui distillant, & asservant absque separatione phlegmatis.

Acetum Alkalisatum, seu Radicatum.

- ℞. Fœces ex aceto distillato in cucurbita relictas, & calcina ad stecitatem, quibus affunde aceti distillati quadruplum, & distilla ex arena, toties cohobando, donec omnis sal cum aceto ascenderit.

Vires: *Inserviunt pro metallis dissolvendis: interius propinasti refrigerant, & putredinem arcent. Dosis ad ℥ij.*

Spiritus Salis Ammoniaci Tartarizatus.

- ℞. Salis Ammoniaci, & Salis Tartari ana ℥viii. triturationis seorsim, & in cucurbita vitrea immixtis affunde aquæ pluvialis ℥vj. agita aliquantulum, & impone sine mora capitellum, & recipientem, commissuras luta, ac distilla ex arena spiritum, quem ad usum asserva.

Caput mortuum etiam reserva pro sale febrifugo Sylvi parando.

Vires: *Valet in opilationibus, febribus malignis, epilepsia, paralyssi, putredini resistit, diureticus est, diaphoreticus, & incisivus. Dosis à gr. vj. ad xx.*

Spiritus Salis Ammoniaci Volatilis cum Calce.

- ℞. Salis Ammoniaci ℥vj. dissolve in aqua itaut aliquid insolutum restitet: interim impone in cucurbita vitrea calcis vivæ ℥iij. cui affunde vicissim, (alembicum semper reaptando) solutionem prædictam, & receptaculo, iuncturisque ritè munitis distilla lenissimo igne cinerum spiritum fugacissimum, quem acuratè asserva. Convenit cum priori.

Spiritus Salis Ammoniaci Acidus.

- ℞. Salis Febrifugi Sylvij pulverati ℥vj. boli pulverati ℥iij. misce, ac distilla ex retorta lutata igne reverberij.

Vires: Lithontripticus est insignis: valet etiam in infirmitatibus malignis. Dosis ad gr. xij.

Spiritus Salis Ammoniaci Dulcis.

℞. Salis Ammoniaci, & Salis Tartari ana ℥jv. pulveriza, & misce optimè in retorta, & superaffunde spiritus vini optimi ℔j. & distilla igne mediocri, & spiritus salinus summè volatilis evadet, qui cautè est asservandus. Ex capite mortuo potest etiam parari Sal Febrifugus.

Vires: Totam massam sanguineam in corruptam à putredine præservat: fermenta acida præcipitat: suffocationi uterina, hypochondriaca, apoplexia, epilepsia, spasmoque medetur. Dosis ad ℥j.

Spiritus Salis Ammoniaci Succinatus.

℞. Succini pulverati ℥jv. Salis Tartari ℔℔. aquæ communis ℥iij. misce, ac digere per dies 15. in sole: hinc evapora humiditatem, & accipe huius massæ ℥vij. Salis Ammoniaci ℔℔. pulveratis seorsim, & in cucurbita inditis affunde spiritus succini ℔j. & distilla ad siccitatem, ad usumque asserva.

Vires: Mirificè prodest in convulsionibus, in hysteriis passionibus, & similibus: etiam in nervorum infirmitatibus. Diureticus est, & deobstruens, sanguinem purificat, &c. Dosis ad gr. xxx.

Spiritus Salis Ammoniaci Anisatus.

℞. Salis Tartari, & aquæ fontanæ ana ℔℔. seminis anisi contusi ℥ij. digerantur per dies quatuor: deinde adde salis Ammoniaci pulverati ℔℔. & distilla S. A. igne arenæ.

Vires: Valdè expectorat: valet etiam in colica, flatu discutiendis, &c. Dosis ad gr. xx.

Spiritus Sulphuris.

℞. Vas vitreum latum instar patinæ, in cuius medio colloca scutellam vitream os deorsum, cui appone scutellam similem sulphuris plenam, super cuius apparatus suspende filo ferreo campanam vitream lutatam, idest vas campanæ formæ, itaut à pavimento aliquid distet, ne suffocetur flamma: hoc

308 *Tyrocinium Pharmaceuticum. Lib. II.*

peracto sulphur incende cum parvis ignitis ferris, continuata sulphuris combustione, novumque semper addendo ubi opus fuerit, donec satis olei, seu spiritus sulphuris copiam acquiras: hinc phlegma ab eo separa in balneo, & rectifica igne arenae ex retorta.

Alio modo: ℞. Capitellum vitreum vastum rostratum lutatum, ne à calore ascendente rumpatur, & suspende filo ferreo, cuius rostro appone receptaculum, & procede, vt dictum est sulphur comburendo, &c.

Vasa praedicta possunt esse fictilia probe vitreata.

Virès: Ventericulum, hepar, lienem, matricem, vesicam, articulos, & intestina ex humorum abundantia, aut putrefactione male affecta curat: vermes necat, colicam passionem sanat, epilepticis prodest, alijsque quam plurimis morbis, qui originem à catarribus, & flatibus sumunt. Dosis ad gr. xij. Externe in omnibus ulceribus, tam recentibus, quam antiquis, & putridis, impetiginibus, lentiginibus, tumoribus, & inflammationibus debito modo adhibitum praestantissimum est remedium.

Spiritus Sulphuris Dulcis, seu Dulcificatus.

℞. Spiritus sulphuris dephlegmati q. v. injice in cucurbitam vitream cum suo capitello vitreo, orificium in parte superiori habente, cui impone recipientem vastum, & colloca in furno supra arenam, & commissuras optimè luta, & vicissim affunde per orificium aequalem quantitatem spiritus vini rectificati, semper orificium obturando: mox spiritum distillatum, vt antea affunde, & adde paucos carbones accensos, vt cucurbita aliquantulum calefiat, & vasa frige facta, iterum spiritum distillatum, vt antea, per orificium superaffunde, idque repete vsquequo spiritus optimè vniantur, & sine effervescencia maneant.

Hoc modo spiritus acidus, & corrosivos dulces reddimus, vt tuto intrinsecus usurpari queant: spiritus enim vini sulphur est molle, quare constringit, & intricat rodentem aciditatem spirituum acidorum.

Spiritus Nitri.

℞. Nitri rectificati ℞ij. boli communis, vel terrae sigulinae ℞vj. misce

miscè exactè, & distilla per retortam igne reverberi, in recipientem capacissimum commissuris probè lutatis, vsque quo nihil amplius spirituum egrediatur.

Vires: Valet pro contemperando aestu febrili, restinguenda siti, prohibenda angina, & mitiganda colica. Dosis ad gr. viij.

Dulcificatur etiam, vt Spiritus sulphuris. Si autem valdè dulcem desideras adauge spiritus vini duplum, vel triplum, & sic obtinebis Spiritum Nitri plus minus vè dulcem.

Vires: Bilis volatilitatem figit, eiusque acrimoniam infringit: valet etiam in pleuritide, angina, & similibus, vt & febribus ardentibus cum inflammatione partium internarum coniunctis, Item in colica flatulenta mirificè prodest. Dosis ad ℞j.

Spiritus Salis Communis.

℞. Salis communis decrepitati partem vnam, terræ figulinæ partes tres: pulverata, & mista distilla per retortam igne reverberi gradato in recipientem capacissimum, impositum quando guttulæ acidæ apparent, commissuris optimè lutatis.

Alio modo genuino: ℞. Salis Communis decrepitati q. v. dissolve in aqua, filtra per chartam, & evapora ad siccitatem vsque: iterum decrepita, dissolve, & exicca: idque repete ad tertiam vicem: hinc dissolve in aqua, itavt aliquid salis restitet indissolubilis, vt fiat muria fortissima, in qua extingue lateres, vel tegulas intensè candentes, & desine per aliquot dies, donec muræ imbuerint: post exicca, contunde, & distilla, vt superius.

Vires: Omni putredini resistit: hepatis, & lienis obstructionibus prodest, renes, & vesicam expurgat: hydropicis in primis singulare remedium præbet. Dosis ad gr. xij.

Dulcificatur etiam vt Spiritus Sulphuris.

Spiritus Aluminis.

℞. Aluminis Rupei vñi q. v. & distilla ex retorta igne reverberi more solito.

Vires: Diureticus est, calculum pellit, obstructiones lienis aperit, febres intermittentes, aestusque febriles compefcit: idque

secu-

securius facit si dulcificetur, et sp. sulphuris. Dosis ad gt. viij.

Spiritus Vitrioli.

℞. Vitrioli ad albedinem calcinati q. v. & distilla ex retorta ferrea, seu terrea probè lutata in recipientem capacissimum commissuris benè lutatis, igne reverberi gradatim adhibito, & per dies tres continuato, vel eo vsque receptaculum frigidum appareat: tunc muta receptaculum, & intende ignem sine intermissione per alios dies tres, & distillabit oleum vitrioli; quod asserva. Deinde distilla spiritum ex cucurbita vitrea igne arenæ, eo vsque guttulæ acidæ appareant, & phlegma distillatum asserva: tunc spiritum in cucurbita relictum rectifica ex retorta vitrea igne arenæ, ad usumque asserva.

*Oleum
Vitrioli.*

*Pblegma
Vitrioli.* Vires: In varijs febrium generibus summa utilitatis est: diureticus, diaphoreticus, incidens, attenuans, putredini resistens, &c. Valet etiam in obstructionibus hepatis, lienis, & mesenterij, appetitoque prostrato. Dosis ad gt. xij. Oleum vitrioli, quod nihil aliud est quam spiritus vitrioli causticus, idem prestat. Dosis ad gt. ij. Dulcificantur ut sp. sulphuris. Phlegma ophthalmicum est medicamentum.

*Spiritus Vitrioli Philosophicus, seu Cobob Antimonij ex
Hartmanno.*

℞. Aquas, seu primas loturas in dulcoratione Mercurij Vitæ decantatas, & filtra per chartam: hinc in B. M. evaporata donec apparere incipiat liquor flavus, & acidus, quem rectifica per retortam vitream igne arenæ, ad usumque asserva. Vires: Potioris virtutis habetur, quam prædictus. Medetur febribus, luem veneream mitigat, lienem, & venas mesentericas solvit, ventriculum debilitatum, & à phlegmate crasso infarctum confortat. In melancholia hypochondriaca, epilepsia, omnibusque affectibus capitis mirè prodest. Dosis à gt. iij. ad gt. x. Extrahuntur, & eius ministerio tinctura mineralium: corallia, & perle dissolvantur. Item spiritu salis acuatius solvit aurum.

Spiritus Vitrioli Volatilis Cnœfelli.

℞. Phlegmatis Vitrioli q. v. in hoc dissolve Vitrioli purificati, idest in aqua soluti, filtrati, & salificati, quantum in se suscipere vult, & distilla per matracem igne lento cinerum, & ascendit sp. vitrioli virescens, igne in fine adaucto.

Vires: In epilepsia, vertigine, & capitis affectibus præstans est: insuper ad arcendam apoplexiam, & paralysem medicamentum est desideratissimum. Dosis à ℞. ad ℥j.

Sal Volatilis Sudoriferus.

℞. Sp. Theriacalis Camphorati ℥x. Sp. Vitrioli Volatilis, & Sp. Sulphuris rectificati ana ℥ij. Sp. Tartari subtilis, & Sp. Salis Ammoniaci ana ℥iiss. misce, & digere per dies tres in B. M. hinc distilla ferè ad siccitatem, vnique liquorem distillatum asserva.

Vires: Valet in affectibus capitis, ut epilepsia, vertigine, & similibus. Dosis ad gr. xx. Inseruit etiam menstrui pro Tinctura Epileptica paranda.

Aqua Fortis.

℞. Vitrioli exiccati, & salis nitri ana p. æq. trita, & mista distilla per retortam loricatam igne reverberi gradatim adhibito, in recipientem capacissimum.

Vires: Solvit Lunam, seu Argentum, & Venerem. Externe applicatur ulceribus à lue venerea contractis: callositates demum absumit.

Aqua Regia.

℞. Salis nitri, gemmæ, & ammoniaci ana ℥vj. tritura, & misce cum triplo boli, seu terræ argillaceæ, ac distilla igne reverberi gradato.

Aqua Regia sine distillatione.

℞. Aquæ fortis, seu Sp. nitri ℥vj. salis ammoniaci pulverati ℥ij. fiat dissolutio igne arenæ in vase vitreo, & ad vsum asserva. Solvit Aurum, & obid Aqua Regia appellatur, quia Aurum Rex metallorum dicitur.

CAPUT XVII.

DE OLEIS, ET BALSAMIS DISTILLATIS:

Oleum Absynthij Distillatum.

R. Absynthij semine prægnanti à parte lignosa mundati ꝯ. v. macera in aqua per octiduum addito salis communis, & tartari crudi manipulo vno, ac altero: hinc distilla per vesicam cupræam, & separa per infundibulum oleum ab aqua, ad vsumque asserva seorsim.

Vires: Ventriculorum roborat, calefacit, exiccat, coctionem promovet, &c. Dosis ad gr. vij. Aqua idem præstat. Dosis ad ℥jv.

Eadem methodo distillantur olea essentia, seu olea essentialia dicta Menthae, Thymi, Maioranæ, Lavendulae, Hyssopi, Salviae, Rosmarini, Tanaceti, & similia.

Oleum Seminis Anisi.

R. Seminis Anisi ℔vj. tartari crudi, & salis comm. ana P. iij. digere in aqua per dies octo, hinc distilla per vesicam, & oleum ab aqua separa per infundibulum, ad vsum servandum.

Vires: Pectori medetur in contumaci tussi: sputa crassa, & tenaces succos pulmonum bronchijs impactos attenuat, flatum discutit: siccat, & calefacit. Dosis ad ℔. Aqua idem præstat. Dosis ad ℥jv.

Eodem modo distillantur olea, Essentia etiam, seu olea essentialia dicta foeniculi, carui, cumini, corticum citri, & arantiorum, baccarum Juniperi, & similia.

Oleum Caryophyllorum Aromaticorum.

R. Caryophyllor. contusor. ℔ij. salis communis M. ℔. tartari crudi ℔℔. aquæ fontanæ ℔xx. digerantur per octiduum: hinc distilla per vesicam, & oleum in fundo subsidens ab aqua separa, ad vsumque asserva.

Vires: Cor, & cerebrum confortat, ventriculo languenti ex frigida intemperie succurrit, coctionem promovet. Extrinsecus

dentibus dolentibus cum gossypio inditum dolores eorundem sedat, vulnera praesertim sanat, & Balsami veri vices obit. Dosis ad gr. jv.

Eadem ratione distillatur oleum Cinnamomi, Macis, Nucis Moschatae, & similia.

Oleum Ligni Guaiaci.

R. Ligni Guaiaci in frusta concisi q. v. & distilla ex retorta terrea, vel vitrea lutata igne reverberi gradato in recipientem capacissimum iuncturis rite lutatis: hinc separata oleum ab spiritu, quod misce cum ossibus calcinatis, vel cineribus lixiviat, & exiccatis, ut pasta fiat, & rectifica per retortam vitream igne arenae, ad usumque asserva. Spiritum etiam rectifica per retortam vitream igne arenae.

*Spiritus
Ligni
Guaiaci*

Vires: Oleum epilepsia medetur, apoplexia succurrit. Dosis ad gr. v. Exterius dentibus cum bombace impositum anodynam exercet vim: umbilico inunctum vermes necat, dolores colicos sedat, foetum mortuum, & secundinas pellit. In lue venerea, aliisque morbis diaphoresi opus habentibus commodè exhiberi intrinsecus poterit. Spiritus praeter vires assignatas, vim habet Perlas, Corallia, &c. solvendi. Dosis à ℥ss. ad ℥j.

Simili modo distillatur Oleum Ligni Buxi, Ligni Juniperi, & similia.

Oleum Succini.

R. Succini triti q. v. distilla per retortam igne reverberi servatis ignis gradibus: hinc vasis refrigeratis separata oleum à Spiritu, & sale volatili. Oleum impasta cum ossibus calcinatis, vel cinere optimè lixiviat, & exiccato, & rectifica per retortam igne arenae. Salem autem permisce cum duplo ossium calcinatorum, & sublima per matracem suo capitello coeco. Spiritum etiam rectifica per cucurbitam vitream, omniaque seorsim asserva.

*Sal Volatilis
succini.
Spiritus
succini*

Vires: Oleum hoc Sacrum appellatum fuit ob vires eius eximias, quas cum per se, vel cum alijs mixtum praestat, in epilepsia, apoplexia, melancholia, spasmo, vertigine, peste, calculo, frigidis capitis defluxionibus, cordis palpitationibus, animi deliquio,

314 Tyrocinium Pharmaceuticam. Lib. II.

liquio, ictero, difficultate respirandi, dysuria, partu difficili, (si scilicet olei succini gr. viij. vel jx. imponantur in umbilicum, & gr. v. vel vj. cum pauxillo vini bis intra horam bibantur, siue mortuum, siue vivum foetum educit statim) uteri strangulationibus, mensum retentionibus, fluore albo matricis, & vermibus. Spiritus, & sal aperiunt obstructiones, & vias urinarias: prosunt etiam in epilepsia, apoplexia, ictero, & similibus. Dosis ad ℞.

Oleum Laterinum, seu Philosophorum.

℞. Lateres, seu regulas antiquissimas in frustra mediocria confectas, & inter prunas accensas restringito in oleo vetero claro, ac in eo dimittito, quousque se oleo impleverint. Postea ab oleo exempta, in tenuissimum pulverem contundito, & ex retorta lutata distilla igne reverberi gradato, & oleum distillatum ad usum asserva, quod si interius applicetur rectificata cum novis lateribus candentibus, & pulveratis, ut antea impastando.

Vires: Penetrat, digerit. materiam omnem excrementosam consumit. Aurium tinnitui à flatu crasso, iisque verminantibus medetur: paralyti, spasmo cynico, ischiadi, gonagra, podagra, ceterisque articularum affectibus prodest: potum, aut inunctum splenis tumores solvit: cerebrum calefacit, memoriam firmat, dentium dolores sedat: iniectum utero menses provocat, foetum vivum, aut mortuum educit: viscidas oculorum suffusiones delet: vermes interficit: venenis insuper frigidis potenter resistit: scorpionis morsum, & noxas ab opio, aut hyoscyamo propellit: calculum vesicae pellit, & mirifice commendatur ruptis è doloribus partus. Dosis à gr. ij. ad gr. jv.

Appellatur etiam Oleum Sapientiae: Oleum Benedictum.

Oleum Divinum: & Oleum Sanctum.

Loco supradicti apparatus potest parari cum cinere quercus, vel calce viva oleum impastando, ita ut in massam duriusculam reducatur, hincque ut dictum est distillando.

Oleum Cerae.

℞. Cerae citrinae q. v. liquefiat igne moderato, & sine supra
cum

eum donec bullas ulterius non producat : tum commisce duplum sui ponderis ossium calcinatorum, & distilla per retortam igne moderato, & acquies oleum penetrantissimum.

Vires : Resolvit, attenuat, penetrat, emollit, discutit, ac propterea utile est apostematibus duris, & tumoribus frigidis: sanat fissuras papillarum in mammis mulierum, & dolores earum mitigat, vulnera etiam recentia consolidat, si ea bis in die inungas: confert, & ambustis commistum cum oleo ovorum.

Oleum Saponis paratur eodem modo : quod retergit, & resolvit potentissime : dolores iuncturarum compefcit à causa frigida ortos, coacta digerit, contusa dissipat, urinam movet, colicam pellit.

Oleum Vitellorum Ovorum distillatum.

℞. Vitellorum ovorum ad duritiem coctorum q. v. contunde; & torrefac igne lento ad humiditatis consumptionem: hinc misce cum duplo ossium calcinatorum, & distilla per retortam igne gradato : separa oleum ab aqua, & asserva.

Vires : Sanguinem extra vasa in vulneribus existentem abstrahit, vetando materia generationem, ea mundificando, ac consolidando, calidum, & guttatim supra, & circum instillando.

Oleum Mirabile Fuliginis ex Hoffmanno.

℞. Fuliginis splendentis, & succini albi pulverati ana p. æq. distilla per retortam igne arenæ, primò phlegma, deinde oleum album, & rubrum simul cum sale volatili: rectifica per alembicum, & acquies salem volatilem. Oleis demum affunde sp. vini, digere aliquantisper, & distilla oleum camphoræ odorem æmulans.

Vires : In omnibus ferè affectibus, in primis in pleuritide, imò agonizantibus exhibitum eor refocillat : & si sudor post eius usum subsequatur, erit signum infalibile reconvalescencie. Dosis gr. iiij.

Oleum Antimonij Beguini.

℞. Antimonij crudi, & sacchari candidi ana ℥iv. aluminis vfti ℥j. simul trita, & mista distilla ex retorta igne valde moderato, & accipies oleum rubicundum.

316 Tyrocinium Pharmaceuticum. Lib. II.

Vires: Eius usus tantum est externus, præsertim in gangræna, & sphacelo, ad separandam carnem mortuam, à viva: item, bubones pestilentiales utiliter cum eo circumliniuntur, quibus postea emplastrum magneticum, vel aliud atrabens superimponitur, & felicissimè curantur.

Galbanetum Paracelsi ex Cratone.

℞. Gummi Elemi, gummi hederæ, galbani, & olei laurini ana p. æq. distilla per retortam in arena, & asserva seorsim primum aquam, deinde oleum clarum, tertio oleum crassum instar mellis, quod in primis vtendum est.

Alio modo: ℞. Galbani ℥ss. gummi hederæ ℥ij. distilla igne arenæ per retortam, & distillatum misce cum terebinthinæ ℥j. olei laurini, & spicæ ana ℥j. distilla denuo, & ad usum asserva.

Vires: Antiparalyticum est, cephalicum, & omnibus morbis nervorum, obstructionibus, paralyti, apoplexiæ, lethargo, & similibus confert.

Galbanetum Hartmanni.

℞. Galbani ℥ss. sp. terebinthinæ ℥j. misce, ac digere in cucurbita vitrea satis amplà per octiduum loco calido: hinc distillata ad siccitatem, distillatum asserva. Convenit cum priori.

Galbanetum Vterinum Senerii.

℞. Galbani ℥ss. sp. terebinthinæ ℥j. olei lewendulæ distillati ℥j. para, vt supradictum.

Balsamum Peruvianum Artificiale.

℞. Terebinthinæ venetæ, & resinæ ana ℥j. ladani, olibani, gummi elemi, & olei balanini ana ℥ss. macis, & flor. lewendulæ ana ℥iv. spicæ, & ligni aloes ana ℥ij. myrt hæ, aloes, & sanguinis draconis ana ℥ss. valerianæ minoris, ireos, cypri longi, acori veri, asari, benzoini, & styracis ana ℥j. zedoariæ, galangæ minoris, caryophyllor. cinnamomi, castorij, & mastiches ana ℥vj. Pulveranda pulverentur grosso modo, & cum terebinthinâ, resinâ, gummi elemi, & oleo balanino, prius liquefactis fiat pasta, quæ indatur cucurbitæ

Vitræ cum suo capitello, & recipiente, iuncturisque benè loricatis, fiat distillatio ex arenâ igne lento: primò prodibit aqua limpida, deinde oleum aureum, & tandem balsamum colore nigro-rubente, quod sub nomine Balsami Peruviani venit.

Vires: Capitis vulneribus cum ossium lensione succurrit, & membranarum. Pleuriticis si cum aqua bibatur ℥j. mirabiliter prodest: tussi, catarrho, capitis refrigerationi, & stomachi medetur: vulneribus capitis semel in die peruncto prodest: penetrat enim facîle etiam ad partes longius remotas. Tumores omnes dissolvit. Aqua convenit in epilepsia, convulsionibus, debilitate stomachi, flatibus, &c. Dosis ad ℥ss.

Balsamum Mirabile ex Pharmacopea Extemporanea:

℞. Thuris ℥ij. mastiches, caryophyllor. galangæ, macis, & cubebæ ana ℥ss. ligni aloes ℥j. pulverata misce cum mellis ℔ss. terebinthinae venetæ ℔j. quibus adde sp. vini comm. q. s. (scilicet uti solet ad tincturæ extractionem) & distilla, ut supradictum, quando acceperis omnem aquam limpida suppone aliud receptaculum, secundò enim prodibit balsamum nobile rubrum, quod rectificat.

Vires: Externè curat vulnera omnia curabilia inter 24. horas, nempe si applicentur guttæ aliquot. Curat ulcera antiqua, cancras, fistulas, lupos, noli me tangere intra 15. dies applicatione quotidiana. Convenit etiam ad carbunculos, eos extinguit intra tres horas. Contra omnes oculorum morbos, tertiâ quoque die gt. j. instillando. Internè exhibeatur ad gt. v. vel x. ad contusiones, hæmorrhagias internas, phthisim, & affectus nervorum. Sic Peregrinus, qui eum revelavit.

Balsamum, seu Oleum Aloeticum Schroderi.

℞. Aloes hepaticæ ℔j. myrrhæ ℥ij. thuris ℥ss. distilla igne lento cinerum ex cucurbita humili.

Vires: Ventriculo illitum purgat, & expellit lumbricos.

CAPUT XVIII.

DE SALIBUS.

Sal Absynthij fixus.

R. Cinerem Absynthij à carbonibus purificatum, & coque in aqua in vase terreo, vt fiat lixivium, quod decantat, idque repete novam aquam supra cinerem affundendo, coquendo, & decantando vsquequo aqua insipida appareat: hinc liquores decantatos sale absynthij impregnatos filtra per chartam, & evapora in vase vitreo igne arenæ ad siccitatem vsque. Post hæc salem remansum calcina in crucibulo ad albedinem, dissolve in aqua, & filtra iterum, atque iterum per chartam, & evapora in vase vitreo igne arenæ ad pelliculam: tunc colloca vas loco frigido per noctem, & sequenti die separa crystallos decantando liquorem, quem iterum evapora ad pelliculam, locoque frigido, vt antea colloca, idque repete vsquequo omnis sal reducatur in crystallos, quos exiccatos asserva.

Vires: Aperit, urinam, ac sudorem movet, febribus pestilentialibus, hydropi, obstructionibus, &c. confert: ventriculorum roborat, & appetitum excitat. Dosis ad ℥℥.

Eodem modo parantur omnes sales fixi, seu cinericei.

Sal Acetosella Essentialis.

R. Succum Acetosellæ depuratum, & coque in vase vitreato aliquantulum inspissando: deinde colloca loco frigido per noctem in vase ligneo: sequenti die separa crystallos, quos exicca, ac repone in vase vitreo ritè obturato.

Vires: Refrigerat, & corroborat: sanguinem purificat, astumque febrilem mitigat. Dosis ad ℥j.

Eodem modo parantur omnes sales Essentiales, è succis vegetabilium.

Crystallus Tartari.

R. Tartari albi grossè pulverati, & loti q. v. coque in aqua per quadrantem horæ igne sat forti, semove ab igne, deti-

ne momentum, & decanta in aliud vas aquam supernatantem: residuum iterum coque in nova aqua, & decanta: idque repete ad dissolutionem totius tartari: aquas decantatas coque per quadrantem horæ, & desine requiescere in loco frigido per noctem: sequenti die elue tartarum manibus, permite requiescere aliquantulum, & decanta aquam supernatantem: idque repete tartarum in nova aqua coquendo, eluendo, & decantando, vsque dum aqua limpidissima, & clara appareat, & tartarum videas purum, & crystallinum absque vlla fœculentia: tunc clarifica, inter coquendum, cum albuminibus ovorum, repone in loco frigido per noctem, & videbis tartarum purum, partim supernatante instar cuticulæ, partim instar crystallorum ad fundum vasis residere, & parietibus adhærere: vtrumque cuticulam scilicet, & crystallos collige, exicca, ac asserva.

Vires: Crassos, & tartareos humores incidit, ac attenuat: commode adhibetur in obstructione hepatis, lienis, mesenterij, renum, & in affetu hypochondriaco, &c. Hinc quoque sibi primas vindicat inter digestiva vniuersalia, cuius rei gratia, & cathartici premitteri plerumque solet. Quinimò ad laxandam alvum commodissimum medicamentum est, si saltem gr. j. ac altero die grydij acuat. Dosis ad ℥ij.

Sunt qui cuticulam supernatantem seorsim colligunt (nominem Cremoris Tartari) & crystallos itidem seorsim (titulo Crystalli Tartari) verum cum vtrumque eiusdem sit naturæ, & efficacæ, distinctionem hanc parvi momenti esse rectè autumat Schroderus.

Appellatur etiam *Acidum Tartari, Sal Essentialis Tartari, & Tartarus Depuratus.*

Sal Tartari.

℞. Tartari crudi q. v. calcina ad albedinem igne nudo inter chartas madefactas inclusum: post humecta illum in crucibulo iniectum, & iterum inter carbones accensos calcina ad albedinem: hinc in aqua dissolve, filtra per chartam, & evapora in vase vitreo igne arenæ ad peliculam, colloca in loco frigido per noctem: sequenti die separa crystallus, liquoremque iterum ad peliculam evapora, & procede sic vsque ad finem, sicca crystallos, & ad vsum asserva.

320 Tyrocinium Pharmaceuticum. Lib. II.

Vires: *Aperit, obid mirificè prodest in obstruccionibus: optimum est medicamentum in ulceribus, serpiginitibus, tinea, scabie, & similibus tam internè, quam externè adhibitus. Dosis ad ℥j. Inservit etiam pro tincturis vegetabilium extrahendis, & magisterijs nonnullis precipitandis.*

Potest etiam parari ex capite mortuo in distillatione spiritus Tartari relicto, si iterum ad albedinem calcinetur.

Tartarus Solubilis.

℞. Crystalli Tartari ℥viij. Salis Tartari ℥jv. aquæ fontanæ ℔v. misce, ac dissolve igne arenæ in vase vitreo, filtra per chartam, & crystallisa S. A. Appellatur etiam *Sal Vegetalis, & Tartarus Laxativus.*

Vires: *Laxativum est insigne suaviter purgans; aperit, obid prodest cachexiæ, hydropi, & obstruccionibus. Dosis ad ℥ij.*

Tartarus Martialis solubilis.

℞. Tartari solubilis ℥jv. Extracti Martis Aperitivi ℥ij. aquæ puræ ℔j. dissolve, filtra, & evapora igne lento cinerum ad siccitatem, & ad usum asserva.

Vires: *Obstrueta liberat, obid confert cachexijs, hydropi, menstruorum, & urinæ suppressioni. Dosis ad ℥b.*

Tartarus Emeticus.

℞. Crystalli Tartari ℥jv. Salis Tartari ℥j. Croci Metallorum pulverati ℥ij. misce in mortario vitreo, vel lapideo agitando per horam: hinc coque in aqua per horas duas in vase vitreato, filtra calidè, ac crystallisa S. A.

Vires: *In melancholia hypochondriaca, vertigine, epilepsia, hydropi, ac apoplexia, humores crassos, & viscidos in ventriculo, vicinisque locis contentos, per vomitum, ac fecesum eijciendo mirificè valet. Dosis à gr. .jv. ad ℥b.*

Tartarus Vitriolatus, seu Magisterium Tartari.

℞. Olei Tartari purissimi per deliquium facti q. v. cui affunde guttatim spiritum vitrioli, donec strepitus, seu effervescentia cesset;

cæset, idque in vase vitreo capace, & fiet coagulatum: hinc humiditatem igne lepidissimo cinerum evapora, & exiccatum ad usum asserva.

Vires: Digestivum est præstantissimum, tartarum in corpore humano efficacissimè resolvens: hinc utilissimè exhibetur in obstructionibus mensium. Dosis ad ℥j.

Spiritus Salis Coagulatus Mynsicht.

℞. Salis Absynthij purissimi ℥j. sp. salis communis rectificati ℥i℔. misce, & coagula in vase vitreo igne leni cinerum ad siccitatem evaporando, ad usumque asserva.

Vires: Prodest in illiaca, colica, febribus, icteritia, dysenteria, apoplexia, podagra, urina suppressa, hydropse, vesica calculo, & flatibus. Dosis à gr. vj. ad gr. xv. in vehiculis appropriatis.

Spiritus Vitrioli Coagulatus Eiusdem.

℞. Salis Acetosæ crySTALLINI, & summè rectificati ℥j. sp. vitrioli rectificati ℥i℔. misce, & coagula, vt superius.

Vires: In corroborando languente ventriculo, cuius digestionem promovet, necnon in febribus, siti, &c. secretum est: valet etiam in omnibus morbis calidis capitis, suffocatione matricis, calculo, ictero, peste, morbis epidemicis, &c. Dosis est in iusculo ad gratam aciditatem.

Nitrum Nitratum ex Bateana.

℞. Nitri purissimi ℥vj. sp. Nitri optimè rectificati ℥jv. misce, & distilla per retortam vitream igne arenæ ad siccitatem: spiritum distillatum affunde super Nitrum in retorta relictum, iterumque distilla, vt antea: idque ad tertiam vicem repete, ignem sub finem augendo: deinde retortam frangito, sallemque eximè, vsuique asserva.

Vires: Sitim extinguit: in febribus ardentibus, biliosisque incendiis mitigat, urinam cit. Dosis ad ℥℔. in Julapijs, & gargarismis.

Nitrum Antimoniatum.

℞. Aquas, seu primas loturas Antimonij Diaphoretici, & filtra

322 Tyrocinium Pharmaceuticum. Lib. II.

per chartam, evapora, & crySTALLISA S. A.

Vires: Prodest in febribus malignis, hydropse, lue venerea, & similibus. Dosis ad ℥℥. Insuper ipsa aqua, seu prima lotura absque evaporatione est utilissima in lotione adversus scabiem, & pruriginem, & ad lavanda, mundificandaque sordentia ulcera: ad sedandos (nempè si calefacta cum linteis applicetur) dolores arthriticos, calidos, ad resolvendos tumores ab humoribus solidis, & subtilibus ortos.

Nitrum Fixum.

℞. Nitri puri q. v. funde in crucibulo, eique superiniice paulatim pulveres carbonum vsquedum non amplius deflagret: calcina per horam, dissolve in aqua, filtra, ac evapora S. A. Convenit cum seLe Tartari.

Sal Polycbreustus.

℞. Nitri puri, & florum Sulphuris ana p. æq. misce exactè, & detona vicissim in crucibulo accenso: deinde addauge ignem per horam: hinc dissolve in aqua, filtra, ac crySTALLISA S. A.

Vires: Serositates per secesum, ac urinas evacuat. Dosis à ℥℥. ad ℥vj. in liquore appropriato.

Sal, seu Lapis Prunella.

℞. Nitri puri ℥ij. funde in crucibulo inter prunas collocato, eique fuso superiniice vicissim florum sulphuris ℥j. & vbi sulphur deflagratit, & nitrum erit solutum effunde supra marmor, ad vsuque asserva. Appellatur etiam *Nitrum Præparatum*: *Nitrum Tabulatum*: *CrySTALLUM MINERALE*: & *Lapis Anodynus*. *Vires* easdem, & dosim obtinet, quas Nitrum, vide suo loco.

Sal Febrifugus Syloï.

℞. Caput mortuum ex distillatione Spiritus Salis Ammoniaci Tartarificati, & dissolve in aqua, filtra per chartam, & evapora ad siccitatem, vel ad pelliculam more solito, vsuique asserva.

Vires: Diureticus est, obstructa liberat, febribusque intermitentibus modetur. Dosis à ℥℥. ad ℥℥.

Arcanum Duplicatum Mynsicht.

℞. Caput mortuum aquæ fortis ex p. æq. vitrioli, & nitri distillatæ, & dissolve in aqua tepida, filtra, & evapora ad siccitatem, & remanebit sal in fundo, quem calcina per horam igne fortissimo: hinc dissolve in aqua, filtra per chartam, & evapora, vt crystallifetur. In defectu capitis mortui aquæ fortis, potest parari ex partibus æqualibus nitri, & vitrioli simul diu, & ad summam rubedinem calcinatis.

Vires: *In melancholia, insania, mentis alienatione, peste, morbis epidemicis, febribus, &c. secretum est. Dosis ad ℥ss. Appellatur etiam Sal de Duobus: Sal Sapientia: Sal Dulcis Holstia: Nitrum Vitriolatum: & Panacea Duplicata.*

Sal Theriacalis Compositus.

℞. Salis absynthij, scordij, centaurij, & cardui benedicti ana ℥iv. quibus in aqua solutis immerge septem circiter vyperas mundatas, & coque ad viperarum mollitiem in vase vitreo obturato, igne lenissimo: filtra, & evapora ad siccitatem, vel crystallifa.

Vires: *Valet in morbis malignis, epidemicis, & contagiosis. Dosis à ℥j. ad ℥j.*

Sal, seu Vitriolum Martis Riverij.

℞. Olei Vitrioli, aut Sulphuris ℥ss. sp. vini ℥j. misceantur in sartagine ferrea nova, & munda, & affere contegantur: intra 15. dies fiet per se salina concretio, quæ soli postmodum exiccetur, & ad vsum in vase vitreo stricti oris benè obturato asservetur.

Vires: *Obstructiones aperit, viscera roborat, eorumque calidam intemperiem emendat. Dosis ad gr. xx.*

Sal Martis subdulcis Schroderi.

℞. Limatram Martis purissimam, & irrorata cum aceto distillato optimo, vt pasta fiat, quæ siccescat: siccatum tere, & irrorata iterum, &c. idque repete multoties. Tandem affunde phlegma aceti, coque bulliendo, & filtra: deinde humiditate in B. M. abstracta, digere cum spiritu vini, crystallifa, & ad vsum asserva.

324 Tyrocinium Pharmaceuticum. Lib. II.

Vires: Vim habet incidendi, & aperiendi: obstructions etiam contumaces viscerum, & uteri mirifice reserat. Dosis ad ℥ss.

Sal Cachecticus Chalybeatus.

℞. Salis Prunellæ ℥ss. & ℥ij. Arcani Duplicati ℥ij. & ℥ij. Vitrioli Martis ℥j. subtilissimè trita calcinentur in vase vitreo igne arenæ ad rubedinem, dando ultimò ignem paulò fortorem, vt liquentur in massam rubicundam, quam ad usum asserva. Dosis ad ℥j.

Sal Urinae Volatilis.

℞. Urinae recentis pueri sani vinum bibentis magnam quantitatē, & evapora ad mellis spissitudinem: deinde sublima in matraccio longi colli cum suo capitello, commissuris ritè lutatis igne gradato, & prodibit sal in capitello instar nivis, sese elevans, frigore coagulabilis, sed leni calore fusibilis: distillatum rectifica per matraccium, & habes salem volatilem, & spiritum. Convenit cum spiritu Urinae, vide suo loco.

Lapis Imperialis.

℞. Salis Nitri, Salis Gemmæ, & Sulphuris ana ꝑ. æq. liqueant in vase terreo, & effunde in lapide marmoreo ad modum lapidis prunellæ.

Alio modo: ℞. Aluminis ℥j. funde in vase terreo, & adde pulveris salis ammoniaci, & salis gemmæ ana ℥ss. ijs liquefactis adde pulveris cinnamomi, & caryophyllorum ana ℥ij. & præcipitetur eodem modo.

Vires: Valet ad dentium dolorem, & ulcera oris, & gingivarum.

Borrax Artificialis.

℞. Salis Ammoniaci, nitri, & salis tartari ana ℥j. salis communis, & gummi arabici ana ℥ij. mastiches, & aluminis rupei ana ℥ss. dissolve in vrina, filtra, & coque donec materia in sale concreseat.

Vires: In usu Medico facit ad menstrua, ac partum provocandum, fetum mortuum pellendum, veneremque stimulamdam. Dosis ad ℥ss.

Sal Vitrioli.

℞. Caput mortuum in retorta relictum ex distillatione spiritus vitrioli, & dissolve in aqua fervente, filtra, & evapora ad siccitatem, & remanebit sal in fundo, & parietibus vasis, quem asserva.

Vires: Vomitorium est insigne in epilepsia, aliisque cerebri symptomatibus, ex ventriculo sursum actis vaporibus ortis. Dosis à ℥j. ad ℥ij. Terra residua appellata Corpus exanime, seu Terra Vitrioli prodest maximè in diarrhæa, & dysenteria.

Gilla Vitrioli, seu Vitriolum Vomitivum.

℞. Vitrioli albi q. v. dissolve in aqua, filtra, & coagula: repe-
te hoc secundo: tertio dissolve in aqua rosata, filtra per
chartam, & crystallisa S. A. Convenit cum priori. Dosis à
℥b. ad ℥b.

Sal, seu Saccharum Saturni.

℞. Cerussa, vel Minij q. v. extrahe salem cum aceto distillato digerendo igne arenæ per duos, tres vè dies sæpè agitando: deinde liquorem decantando, idque tertia, vel quarta vice repetendo: hinc liquores decantatos filtra per chartam, & evapora in vase vitreo igne arenæ ad peliculam: tunc coloca vas in loco frigido per dies duos: crystallos separa, & liquorem, vt antea evapora, idque repete vsquequo omnis sal reducatur in crystallos, quos exiccatos asserva.

Vires: Intra corpus sumptus frigiditate sua libidinem, ac febres ardentissimas extinguit. Dissolvit tumores duros, & scirrhusos: applicatur commodè contusionibus, confertque inflammationibus, & rubedini oculorum in aqua rosacea, & euphrasia, vel cilijs quoque impositus. Dosis ad gr. vj.

Sal Iovis.

℞. Stanni q. v. & in vase terreo non vitreato liquefactum, rudicula ferrea agita, donec planè in calcem abierit: est operatio 30. aut 40. horarum: ex hac calce extrahe salem cum aceto distillato eodem modo, quo de Saturno dictum est.

Vires: Secretum est efficacissimum in suffocatione uteri, quam
ad-

admiraculum compefcit, tam intrinsecus, quam extrinsecus adhibitur. Commendatur itidem extrinsecus ad omnia ulcera foetida, fistulas, cancrum, & alia fibiomena. Dosis gr. ij. vel iij. & ultra, repetitis vicibus.

Sal Coralliorum.

℞. Corallij rub. pp. q. v. dissolve cum aceto distillato: solutionem filtra per chartam, & evapora igne arenæ in vase vitreo, usque asserva.

Vires: Convenire aiunt in depravata sanguificatione, aliisque hepatis, ac cordis affectibus. Dosis ad ℞j.

Eodem modo parantur sales improprie sic dicti ex omnibus lapidibus, cornibus, crustaceis, & metallis.

Sal Coralliorum per Calcinationem.

℞. Corallij rub. q. v. & calcina per biduum in furno figulino ad albedinem summam: deinde solve in aceto distillato, in quo remaneant loco tepido per octiduum, & solutio rubescet: Menstruum abstrahe igne lento ad siccitatem usque: salem hunc solve pluries in rore majali, filtra, & coagula: hinc detine per tres septimanas in cineribus calidis, ut maiorem acredinis suæ partem deponat. Convenit cum priori.

C A P U T XIX.

DE FLORIBUS, ET SUBLIMATIS.

Flores Antimonij, seu Magnesia Saturnina Meteorisata.

℞. Cucurbitam fistilem tubulum, seu canalem in latere habentem, & colloca in arena satis profundè, super quam impone ollas quatuor, vel plures, per partes infernas apertas, sese invicem excipientes: ollæ superiori superpone capitellum vitreum, cuius rostro recipientem appone: hoc peracto ignem gradatim admove, ut cucurbita igniatur; tunc iniice per foramen cochlear vnum pulveris sequentis: ℞. Antimonij pulverati ℞j. arenæ ℞iij. foramen tege, & sic vicissim, & paulatim materiam iniice. Si rectè ignem rexeris, colliges triplices flores, scilicet albos, flavos, & rubros.

Vires : Purgant omnes impuritates in stomacho, & intestinis existentes, idque tam per vomitum, quam per secessum, vel in substantia, vel in infusione cum vino facta exhibiti. Eorum usus precipuus est in hydrope, podagra, epilepsia, & catarrhis. Dosis in substantia à gr. ij. ad gr. v. in infusione ad gr. viij.

Flores Antimonij per inferiora tantum purgantes.

℞. Mercurij Vitæ partem vnam, salis fossilis partes duas, misce, & sublima: sublimatum lava, & supra illud combure spiritum vini bis, aut ter. Dosis gr. vj. vel viij.

Flores Sulphuris.

℞. Sulphuris communis q. v. pulverisa grossitèr, & immitte cucurbitæ ficiili, & apposito alembico vitreo sublima igne primum miti, postea fortiori, & videbis paulò post elevari flores in alembicum, qui repetitis sæpè alternis alembicorum vicibus, studiose sunt colligendi: hanc florum sublimationem sæmel, atque iterum reitera, si puriores desideras. Possunt etiam parari cum similibus vasis, quibus flores Antimonij sublimantur.

Vires : Propinquantur in omnibus pulmonum affectibus, asthmate, tussi antiqua, & recente, phthisi, catarrhis in pectus defluentibus, colica, pleurisi, apostematibus, aliisque affectibus, qui exiccatione opus habent. Dosis à ℥j. ad ℥j.

Flores Sulphuris Benzoinati.

Parantur, vel sublevando alembicum omni hora, interea dum sublimantur flores sulphuris, & in cucurbita ℥j. pulveris benzoini proijciendo: vel collocando flores iam factos in patena terrea vitreata, in cuius medio scutella terrea promineat, cui inditur ferrum accensum, mox iniiciuntur particulæ benzoini, projectione continuata donec sit satis: quo facto teruntur flores sulphuris cum floribus benzoini exaggeratis, servanturque tanquam odoris iucundi, & maiorum virium.

Flores Benzoini.

℞. Benzoini pulverati q. v. impone in ollà rutundà, quam claude duplici charta pyramidalis in modum manicæ Hippo-

328 Tyrocinium Pharmaceuticum. Lib. II.

pocratis convoluta : hinc sublima igne leni gradatim adhibito , & colliges flores niveos, sæpius chartas novas mutando.

Vires: In asthmate, tussi inveterata, alijsque pectoris, ac pulmonis affectibus conveniunt. Dosis à gr. ij. ad gr. jv. cum syrupo allquo pectorali, tempore præsertim matutino.

Flores Salis Ammoniaci simplices.

℞. Salis Ammoniaci, & salis communis decrepitati ana p. æq. sublima ex cucurbita igne arenæ, sublimatosque flores asserva. Conveniunt cum sale Ammoniaco.

Flores Salis Ammoniaci Martiales.

℞. Salis Ammoniaci ℥j. limaturæ martis ℥ss. misce diligenter, & ex cucurbita igne arenæ sublima S. A. Vase refrigerato separa quod sublimatum est, & misce cum æquali pondere limaturæ martis, ac iterum sublima.

Vires: In quartana, melancholica hypocondriaca, & scorbuto insigne sadoriferum est: cruditates ventriculi tollit, ac obstructions viscerum reserat. Dosis à gr. jv. ad ℥ss.

Flores Lapidis Hæmatitis.

℞. Lapidis Hæmatitis subtilissimè pulverati, & Salis Ammoniaci pulverati ana p. æq. misce in vase terreo, & humecta cum aqua, exicca in umbra; iterum humecta, idque repete ad tertiam vicem: deinde sublima per cucurbitam fictilem humilem cum suo capitello, & recipiente. Asserva seorsim spiritum egressum, & flores, quos etiam *Arophi Paracelsi*, & *Aroma Philosophorum* appellant.

Sunt, qui flores sublimatos eluunt aqua, filtrant per chartam, & præcipitant affusione olei tartari per deliquium, edulcorant, & siccos asservant.

Vires: Sudores promovent, & obstructions aperiunt. Dosis ad ℥j. Spiritus aperit, deobstruit, mensstruaque provocat. Dosis ad gt. xx.

Caput mortuum in alembico relictum asserva pro tinctura Lapidis Hæmatitis Adstringentis patanda.

Ens Veneris.

℞. Vitrioli optimi ad summam rubedinem calcinati, loti, & exiccati, & salis ammoniaci ana p. æq. misce, & sublima ex retorta vitrea optimè lutata igne nudo forti, altera, atque altera vice, usquequo rubicundum, aut flavum colorem acquirat, semper cum suo capite mortuo sublimatum miscendo, ad usumque servando.

Vires: *Anodynum est: prodest etiam in rachitide, & vermibus infantum necandis, ad obstructionesque aperiendas. Dosis à gr. v. ad ℞.*

Mercurius Sublimatus Corrosivus.

℞. Mercurij in aqua forti soluti, vitrioli ad albedinem calcinati, & salis communis decrepitati ana p. æq. misce exactè in mortario marmoreo, & sublima ex cucurbita humili igne aperto gradato. Sublimatum asserva.

Mercurij Sublimati vera præparatio.

℞. Mercurij vivi depuratissimi ℞℞. vitrioli ad albedinem calcinati, & salis communis decrepitati ana ℞j. subigantur cum modico aceti, exiccantur, & siccata terantur, & simul misceantur in mortario lapideo tandiù donec Mercurius cum salibus in pulverem habeat. Tritam materiam inijce in cucurbita cum capitello, & igne aperto gradato sublima. Sublimatum collige, tere, eique adde vt antea novum salem, & vitriolum, optimè misce, ac iterum, vt antea sublima; idquo tertia vice reitera, vel donec Mercurius instar albissimorum crystallorum meteorisetur. Hoc modo Mercurius Sublimatus paratus magis vsui Medico adaptatur, cum absque malignitate sit, & noxa, quàm ex nitro, aquà forti, &c. paratus.

Mercurius Sublimatus comprobatur, si eidem gutta olei tartari per deliquium affundatur, vel cum sale tartari confricetur, & si fiat flavus bonus: si verò nigricans erit arsenico adulteratus. Mistus etiam cum aqua calcis, si rubescat bonus, sin secus malus.

Appellatur etiam *Mercurius Meteorisatus, & Draco Fortificatus.*

Mercurius Dulcis.

℞. Mercurij sublimati corrosivi paulo ante descripti ℥viij.
Mercurij vivi purificati, seu cum sale, & aceto loti, & pos-
tea cum aqua loti, & siccati ℥vj. misce exactissimè in mor-
tario vitreo, vel lapideo cum pistillo ligneo, vt mercurius
vividus non amplius appareat; sed pulvis cinereus remaneat,
quem ex cucurbita vitrea humili, seu phiala sublima igne
arenæ gradato per quatuor, vel quinque horas, vel eo us-
que materiam sublimatam lateribus vasis videas: idque re-
pete ad tertiam, vel quartam vicem, semper pulverem ru-
brum infundo, & album in vitri collum sublimatum reij-
ciendo, medium verò pulverando, & post ultimam sublima-
tionem integrum asservando.

Vires: In hydrope, peste, pleuritide, podagra, icteritia, &c.
miranda præstat, sanguinem enim purificando, & medullam in-
ossibus rectificando, simul omnia noxia è corpore humano ra-
dicalitèr pellit. Insuper vermes enecat, & omnia ulcera vene-
rea, & ipsam luem veneream, cerebrique fluxiones potenter
exiccat, & radicatus tollit. Dosis à ℞j. ad ℞℞.

Appellatur etiam *Aquila Alba: Draco mitigatus: & Pan-*
chimagogum Minerale.

Mercurius Dulcis duodecies sublimatus, & supra por-
phyricum lapidem lævigatus, mox in spiritu vini per dies
15. maceratus, & postea exiccatus, dicitur *Panacea Mercu-*
rialis.

Idem Mercurius Dulcis sexies sublimatus, à Turquero de
Maierne *Calomelas* dicitur; qui potest inservire pro *Calome-*
las Riverij, illum abluendo multoties aquis cordialibus, de
inde aqua vitæ Juniperinà ad digiti mensuram imbibendo,
ipsamque comburendo, idque ter repetendo.

Manna Mercurij Beguini.

℞. Mercurij probè mundati q. v. dissolve in aqua forti: hinc
præcipita aquam marinam affundendo; præcipitatum subli-
ma ex cucurbita vitrea more solito: deinde sublimatum ite-
rum in eadem aqua dissolve, & sublima vt supra, & habebis
Aquilam Cœlestem nive candidiorem, quam abluere aquis
cordialibus.

Panacea
Mercu-
rialis.

Calomelas
Turqueti.
Calomelas
Riverij.

Vires: Maximè prodest in morbis venereis. Purgat tantum per inferiora. Dosis à gr. x. ad gr. xv.

Rubinus Arsenici Diaphoreticus.

℞. Arsenici albi electi q. v. & sublima bis, vel ter in arena, semper pulverem subtilissimum, qui in cucurbita inflat farinæ bolatilis adhærescit separando, est enim arsenici venenum; partem crystallinam misce exactè cum æquali pondere florum sulphuris, & sublima.

Vires: Specificum est in affeñibus pulmonum ex crassis catarribus. Datur quoque ad sudorem eiendum in morbis malignis, & venenatis. Dosis à gr. jv. ad gr. viij. Si extrinsecus adhibeatur curat omnia ulcera maligna curatu difficilia.

Cinnabaris Officinarum, seu Artificialis.

℞. Sulphuris communis ℥iij. vel jv. huic liquefacto affunde Mercurij vivi ℥vj. spatula lignea benè agitando incorpora, donec Mercurius à sulphure planè consumptus videatur. Postea massam refrigeratam tere super marmoreum lapidem, & sublima ex sublimatorio lutato, igne primò leni, dein auctiori, &c. primò ascendit fumus citrinus, paulatim rubescens. Quando itaque fumus nigro-rubeus atcendere incipit, vrge ignem violentissimum per horas 4. vel 6. & sublimabitur cinnabaris, adhærescetque lateribus vasis, quam exime reiectis fœcibus in fundo, & capitello.

Alio modo: ℞. Sulphuris communis ℥iij. Mercurij vivi ℥jv. misce agitando in mortario lapideo vsquequo Mercurius non amplius appareat, ac sulphur aliquantulum efflagare sine, vt pulvis remaneat niger: hinc sublima semel, ac iterum, vt cinnabarim nancisceris rubram.

Fundamentum huius præparationis est hoc: Acidum sulphuris in igne corrodit mercurium, eumque secum vnit, & in altum evehit, vt exinde sale concreseat corpus cinnabarinum. Hoc modo fieri cinnabarim patet inde, quia beneficio alkalium, aut cum limatura martis, ex cinnabari resuscitari potest mercurius vivus, si scilicet, cinnabaris cum alkalibus distilletur, quatenus alkalia absorbent acidum sulphuris, inde mercurius à compedibus acidis solutus in forma viva se sistit,

Præparatio Cinnabaris Artificialis ducit nos in cognitionem Cinnabaris Nativæ, quæ ante quam in usum veniat prius depurari debet, cum plerumque nonnihil de sulphure arsenicali eidem adhareat tetra symptomata inducendo. Modum optimum illam depurandi ostendit Hoffmannus in clave: Cinnabaris Nativa electa, quæ gravida mercurio, & sulphure præstantioribus pulverisata coquitur in aqua purissima in tigillo alembicato, ut fumus metallicus in auras evanescat: hæc coctio sæpius iteranda, & pars subtilissima supernatans à scorijs separanda est. Postea in vas argenteum infunde in spiritu vini, quo sapius accenso, & superfuso vsui asserva. Cinnabaris hæc ita depurata vix cedit cinnabari antimoniæ, quæ est omnium præstantissima, cum sulphur antimoniæ sit naturæ solaris.

Vires: Cinnabaris quamvis per se non sit diaphoretica, tamen alijs addita vim illorum diaphoreticam exaltat, & promovet: polychrestum enim, exaltatorium, & præstantissimum, ac securissimum alexiterium est, egregium temperativum, resolutivum, & anodynum remedium: hinc non solum à Recentioribus, sed etiam à Veteribus cinnabarina fuerant commendata, non solum in epilepsia, sed alijs morbis convulsivis, iisque tam internis v.g. colica virorum, passione hysterica, in morbillis, & variolis, ante sui eruptionem cum epilepsia coniunctis, quam partium externarum morbis spasmodicis. Extrinsecus adhibetur ad sanandam luem veneream, & scabiem in suffimentis. Dosis ad ℥j.

Cinnabaris Antimonij, & eius Butyrum.

℞. Antimonij purissimi pulverati, & Mercurij Sublimati corrosivi ana p. æq. misce exactè in mortario lapideo, & distilla per retortam vitream ex arena, igne primo mediocri: sic liquor, seu Butyrum Antimonij instar glaciæ egreditur, qui si concreseat in collo, ne id obstruat, admove cautè carbonem accensum, ut liquatum in recipientem distillet, vsuique asserva. Ignem fortiter auge horis aliquot, vel eo vsque videas Cinnabarim collo retortæ adhaerentem, quam collectam sublimatione vna, ac altera purifica.

Vires: Cinnabaris valet ad sudorem in morbo Gallico, lepra,
ete-

elephantiaſi, alijsque ſmilibus contumacioribus morbis provo-
candum. Datur etiam in epilepſia puerorum cum equali pon-
dere cranij hominis ꝑꝑ. perlarum, &c. Doſis à gr. iij. ad
ʒʒ.

Butyri Antimonij uſus per ſe eſt exteruus ſolum in gan-
grana, & ſphacelo, in quibus ſi pars mortua illinitione huius
butyri circum liniatur, non ſerpit ulterius putredo, ſectioque
feliciùs peragitur. Simili ratione carbunculus peſtilentialis bu-
tyro hoc circumlitus, paulatim emoriendo excutitur, adeòque
aptus redditur, qui poſtmodum emplaſtris alijs obediat. Appe-
llatur etiam Oleum Glaciale: Oleum Mercuriale Antimonij: &
Liquor Gummoſus.

N. Si maiorem copiam Butyri, quam Cinnabaris deſide-
ras, materiam ante diſtillationem, in humidum locum per
triduum repone.

Butyrum Iouis.

℞. Limaturæ Iouis ʒij. ſublimate corroſivi ʒʒʒ. miſce in mor-
tario marmoreo, ac diſtilla per retortam, ut Butyrum Anti-
monij nuper dictum, ad uſumque aſſerva.

Vires: *Ulcera ſcrophuloſa, cancroſaque curat inurendo profun-
dam ſcharam, quæ ſublata, balſamo ſulphuris ad cicatricem
perducit.*

C A P U T XX.

DE REGULIS, CALCIBUS, ET CALCINATIS.

Regulus Antimonij.

℞. Antimonij crudi ʒʒ. tartari crudi ʒix. nitri purificati ʒʒʒ.
pulveris carbonum ʒj. pulveriza, & miſce: deinde co-
llòca crucibulum inter prunas, ut candeat: tunc iniſce co-
chlear unum pulverum, & ſtatim crucibulum regulà coope-
re, & detonatione finita amoto cooperulo novos pulve-
res iniſce, & claude, ad finem uſque ita continuando. Tan-
dem da ignem ſæſionis, & crucibulum move tundendo, ut
regulus fundum perat: hinc crucibulo frigefacto regulum

à scorijs separa, lava, ac asserva ad usum.

Vires: Ex eo fusio formantur pilula, instar pilarum plumbeorum, quae in iliaca passione auxilium ferunt. Item figurantur ex eo vascula, quae si vinum ad ℥vj. per horas sex, vel octo in eis relinquatur, praebent vinum suavissimum per superiora, & inferiora suaviter purgans. In defectu vasculorum potest infundi Regulus.

Regulus Antimonij Martialis.

℞. Ramentorum Martis ℔j. appone in crucibulo, & da ignem fusionis, donec incipiant liquefcere, tunc adde Antimonij pulverati ℔ij. fluant, & Regulus fundum petet dum sulphur Antimonij arripit Martem in scorijs superficietenus detentum. Regulus hic si aliquoties fundatur, & infusionibus aliquid de nitro, & tartaro iniiciatur, & à scorijs separetur, tandem stellam instar Solis radiantis contrahit, hinc Regulus Stellatus dicitur, qui magis aptus est, quam prior ad vasa figuranda, quia minus frangibilis.

Crocus Metallorum, seu Hepar Antimonij.

℞. Antimonij pulverati, & nitri pulverati ana p. aeq. milice, & detona in crucibulo candente, & calcina per quadrantem horæ: hinc hepar, seu crocus à scorijs separetur, & subtilissimè pulveratus aquà calidà multoties eluatur, vsque dum aqua insipida appareat, ad usumque exiccatum asserva.

Vires: Convenit in melancholia hypochondriaca, sanguine grumoso, vertigine, epilepsia, apoplexia, hydrope, febribus praecipuè intermitentibus, pestilentialibus, & similibus. Dosis à gr. v. ad gr. x.

Pulvis Emeticus Alexandri Quintillij.

℞. Hepatis Antimonij optimè loti ℥j. & praepara in alcohol supra porphyritem cum aqua rolata, & exiccatum iniice in matraccio vitreo, eique affunde spiritus vini ℥iij. digere per dies tres: deinde in vase vitreato accende, & spatula agitata ad extinctionem spiritus, exiccatumque asserva.

Valet ad praedicta maiori cum securitate. Dosis à gr. vj. ad

ad gr. xx. Alij omittunt digestionem in spiritu vini, & co-
ytuntur sola præparatione cum aqua rosata.

Crocus Metallorum Rulandi.

℞. Antimonij electi, nitri puri, & salis communis ana p. æq.
eaque minutissimè seorsim trita, & commixta in crucibulo,
luto probè munito pone, ita tamen, vt in superficie me-
dio aliquod foramen parvulum relinquatur, per quod arse-
nicales, & venenati spiritus exhalare queant: hinc infurnum
venti colloca, ignemque fuforium accende, vt in catino suf-
ficienter fluant, tandiu continuando, quandiu fumus per fo-
ramen illud in superficie relictum ascendat. Quando om-
nes spiritus fumantes evanuerunt, ignis propè ad quadran-
tem horæ fortiter adaugeatur: deinde crucibulum exima-
tur, infigidatumque aperiatur, & invenietur Antimonium
in fundo sicut Regulus, qui à salibus malleo detruncetur,
atque in pulberem teratur, qui instar cinnabaris rubicun-
dissimus, & in medicina vilissimus est. Convenit cum præ-
cedentibus. Dosis ad ℞. plus, minus vè cum aqua cardui
benedicti, aut alio convenienti liquore, à Rulando Aqua
Benedicta appellato. Appellatur etiam *Terra Sancta*: &
Terra Benedicta.

Vitruum Antimonij Hyacinthinum.

℞. Antimonij puri q. v. pulveriza, & calcina in vase figulino
amplo, ac lato, non vitreato, continuo scilicet materiam ru-
dicula agitando, ne concresecat, quod si id præter spem
evenerit, denuo pulverizari oportet. Deducendus est hic
labor, ignisque augendus in tantum, vt vas paulatim ignia-
tur, materiaque cinereum colorem, seu gryseum acquirat,
nec fumum (a quo diligenter cavendum) amplius emittat.
Calx ista in crucibulo benè, & satis fusa, (quod immisso styl-
lo ferreo experiri licet) effundatur in tabulam lapideam, vt
in vitrum habeat, quod si adhuc nigrum, ac opacum fuerit,
reiteranda est fusio donec pellucidum, ac hyacinthinum
colorem nanciscatur.

*Vires: Humores crassos, viscidosque eijcit, in ventriculo, vi-
cinisque locis superfluos, idque per vomitum, ac per album.*
Venenis quoque in peste resistit, præcipuè si cum aceto propine-
tur,

tur, quippè hac ratione, & sudorem ciet. Vitale quoque est in febribus putridis, ac malignis, hydropè, &c. Dosis à gr. j. ad gr. jv.

Antimonium Diaphoreticum, seu Lac Antimonij.

℞. Reguli, seu Hepatis Antimonij pulverati ℞ij. nitri rectificati pulverati ℞iij. misce: hinc detona vicissim in crucibulo accenso inter prunas collocato: detonationibus finitis detineatur igne violento per integram horam: deinde dissolve materiam in aqua ferventi in vase vitreato. Liquorem lactescentem, detinendo momentum, ut partes regulinæ indissolubiles subsideant, in alio vase decanta, & sic procede, usque dum omnes partes subtiles calcis antimonij extraxeris. Aquæ, seu loturæ omnes iunctæ detineantur, & dum pulveres subsideant, liquorem clarum supernatantem per decantationem abstrahè, ac asserva pro Nitro Antimoniato parando. Calcem iterum, atque iterum novâ aquâ purâ, usquequo insipida appareat elue: hinc exicca, ad usumque cautè custodito. Appellatur etiam *Terra Virginea*.

Vires: Corruptioni resistit, sanguinem mundificat, adversus omnes obstructions hepatis, lienis, mesenterij, aliarumque partium internarum, retentionem mensum, cachexiam virginum, hydropem, melancholiam hypochondriacam, luem veneream, ulcera tam interna, quàm externa, scabiem, &c. conducit. Conferet etiam in febribus malignis, exanthematibus, & variolis: rumpit interna apostemata, verùm non subito, sed paulatim operationes suas exercet. Dosis ad ℞j. Externè cum equali pondere Draconis mitigati mira præstat in ulceribus putridis, præcipuè venericis, acidum corrosivum absorvendo.

Communiter paratur Antimonium Diaphoreticum ex Antimonio crudo, sed comodocumque scopus huius præparationis sit ad Antimonium aperiendum, eiusque sulphur absorbendam, & fixandum, & regulus, & hepar Antimonij non solum à scorijs sint purificati, sed etiam suum sulphur magna ex parte sit fixatum, & magna ex parte substantia sua sit soluta, accipimus loco Antimonij crudi Regulum, aut Hepar.

Antimonium Diaphoreticum ex Regulo Antimonij, &
Nis

Nitro, vt dictum est paratum dicitur *Cerussa Antimonij Sale*. Quæ si denuo cum nitro calcinetur, vel sine fusione ad citrinum colorem reverberetur, planè sit diaphoretica, & citra nauseam easdem ferè operationes, & quidem maiori cum fructu operatur, quæ dicitur *Cerussa Antimonij Diaphoretica*.

*Cerussa
Antimonij Sale.
Cerussa
Antimonij Dia-
phoretica*

Antibecticum Petri Poterij.

R. Reguli Antimonij ℥iv. Iovis selecti ℥v. funde simul, vt in vna veniant: hæc mistio frigefacta pulveretur, & misceatur cum triplo nitri pulverati, & detonetur in crucibulo accenso inter prunas collocato, vt in apparato Antimonij Diaphoretici dictum est: & dum stat mistura in fusione agitur cum bacillo ligneo, vt flamma eructet, & sub hac sulphure Iovis superabundante evolante candidum acquiratur Antibecticum, & tutum vsurpetur sine omni periculo vomitionis, quia communiter cœrulescit, sed malè, hic enim color cœruleus oritur à sulphure Iovis nondum fixato. Postea edulcoretur eodem modo, quo Antimonium Diaphoreticum.

Vires: *Commendatur in phthisi, aliisque pulmonum, hepatis, & uteri affectibus, purpura, febribus ardentibus, & malignis.*
Dosis ad ℥℔.

Si primæ loturæ salificentur, vt de Nitro Antimoniato dictum est, habetur Nitrum fixum alkalinum in obstructionibus, mensium suppræssione, hydrope, & similibus utile.
Dosis ad ℥℔.

Bezoardicum Minerale.

R. Butyri Antimonij rectificati ℥iv. affunde guttatim spiritus nitri rectificati ℥iv. abstrahe deinde spiritum igne arenæ: iterum affunde spiritus nitri ℥ij. evapora ad siccitatem: hinc præcipitatus hic calcinetur per sesqui horam, teratur, abluatur, & exiccatus asservetur.

Vires: *Magnum est alexiterium, saluberrimumque remedium bezoardicum, quod sudores provocando magnos effectus monstrat in omnibus pestilentialibus, & venenatis affectibus.* **Dosis** ad ℥℔. Appellatur etiam *Antimonium Diaphoreticum Crollij*: *Bezoardicum Minerale simplex*: & *Bezoardicum Officinarum*.

Bezoardicum Solare Crollianum.

℞. Butyri Antimonij ℥ss. solve affundendo sensim sp. nitri q. s. Deinde ℞. Auri fini ℥ss. solve in aqua regia: his peractis utramque solutionem claram misce, & abstrahe menstruum gradatim: abstractum iterum affunde, cui adde spiritus nitri ℥j. abstrahe iterum, idque repete aliquoties. Calx hæc edulcoranda, & ignianda est.

Vires: Sudorificum est egregium. Vsus est in lue venerea, peste, polagra, hydrope, febribus, obstructionibus lienis, &c. Dosis à gr. iij. ad gr. viij.

Bezoardicum Lunare.

℞. Butyri Antimonij ℥j. dissolve in spiritu nitri: deinde accipe Argenti fini ℥j. dissolve in aqua forti: utramque solutionem coniunge, & ter cohoba ad siccitatem per alembicum distillando: relictam massam calcina in crucibulo aliquot horarum spatio.

Vires: Specificum est in omnibus capitis, ac cerebri affectibus. Dosis à gr. jv. ad ℥ss.

Bezoardicum Ioviale.

℞. Reguli Antimonij ℥iij. Iovis Anglici purissimi ℥ij. liquefiant invicem, & redigantur in pulverem subtilem, & adde Mercurij sublimati ℥x. quæ omnia inter se mixta, & retortæ immissa distilla. Butyrum distillatum inde cucurbitæ, & distillando omnem humiditatem abstrahe, & tantum adde spiritus nitri, quantum pondus exempti pulveris requirit, & ex arena vsque ad aridum distilla. Iterum exime, in pulverem redige, & abstractum liquorem vnâ cum ℥ij. spiritus nitri suffunde, & secunda vice, vt prius ad siccitatem vsque abstrahe. Album pulverem denuo exime, quem minutissimè tere, & liquorem distillatum cum alijs ℥ij. spiritus nitri affunde, & tertia vice distilla. Tum demum exemptum, & tritum pulverem tigillo immitte, & ad ignem duas, vel tres horas sine excandescere, & postea in spiritu vini extingue, sicca, ac asserva.

Vires: Diaphoreticum est insigne, & efficacissimum secretum in omnibus, & singulis matricijs egritudinibus, alijsque mulierum

terum morbis quam plurimis. In febribus, peste, scorbuto, morbis epidemicis, & omnis generis imbibito lethali veneno, ut etiam in omnibus casibus, in quibus Bezoardicis, & sudoriferis est locus. Dosis à gr. iij. ad gr. vj. in Aqua Theriacali, vel simili.

Bezoardicum Martiale.

R. Croci Martis per reverberationem parati q. v. extrahe tincturam cum Butyro Antimonij: deinde fige per spiritum nitri, ut Bezoardicum Ioviale.

Vires: Specificum est in omnibus fluxionibus ventris, praesertim ab hepate originem capientibus. Dosis ad ℞.

Arcanum Corallinum.

R. Mercurij purificati ℞℞. spiritus nitri ℞ij. misce in retorta vitrea, ut dissolvatur Mercurius: hinc distilla cum tribus cohobijs, & Arcanum in fundo manens exiccetur igne forti: deinde abluatur aqua tepida, usquequo aqua insipida appareat, exiccetur, & infundatur supra eum spiritus vini ad eminentiam duorum digitorum, & digerantur per diem: postmodum accendatur spiritus, & exiccatum asserva.

Vires: Magnum est secretum in lue venerea, hydrope, scabie, podagra, cancro, ulceribus, &c. Dosis à gr. jv. ad ℞.

Lacerta Viridis.

R. Mercurij vivi purificati ℥jv. dissolve in ℥jv. aquae fortis, vel sp. nitri: interim dissolve ℥℞. veneris laminati in eodem liquore, quo dissolutus fuit mercurius: postea coniunge duas solutiones, & abstrahere per arenam virgendo in sine ignem, ut maxima pars spiritus tollatur. Praecipitatum tere, ac digere cum aceto distillato in B. M. per dies duos: hinc fac bullire, ut purissima pars solvatur in aceto: deinde decanta, & iterum, ut antea digere cum aceto distillato, fac bullire, decanta, & sic deinceps usque dum acetum distillatum non tingatur ex caeruleo colore. Solutiones iunctas evapora ad siccitatem usque, & asserva.

Vires: Specificum est medicamentum in gonorrhoea virulenta, quam nimiam tollit, & insufficientem promovet, ideoque singulis diebus continuandus eius usus est, donec omnis fluxus sedatus

datus sit. Dosis à gr. ij. ad gr. vj. Appellatur etiam Mercurius Præcipitatus Viridis, seu Veneræus.

Turpethum Minerale.

℞. Mercurij purificati q. v. olei vitrioli, vel sulphuris rectificati duplum : misce in vase vitreo, & digere in arena ad mercurij dissolutionem : distilla per retortam ad siccitatem cum tribus cohobijs, vltimò igne vehementi, dum retorta candeat. Massam albam exime, & ter cum aqua calida ablue, donec præcipitatum videris versum in pulverem flavissimum, super quem spiritum vini ter accende.

Vires : In expurganda lue venerea præstantissimum est medicamentum, purgans per inferiora, ac superiora, sed non nisi robustioribus exhibendum. Dosis à gr. jv. ad gr. vj. Externè in ulceribus Gallicis si unguentis permisceatur mira præstat, exiccat enim, & malignitatem corrigit.

Mercurius Diaphoreticus, sive Ethiops Mineralis.

℞. Mercurij purificati, & florum sulphuris ana p. æq. misce exactissimè in mortario vitreo, seu marmoreo vsquequo mercurius non amplius appareat: hinc in vase terreo accende, vt fiat pulvis nigerrimus.

Alio modo : ℞. Mercurij purificati ℥iv. florum sulphuris ℥iij. misce exactissimè in mortario vitreo, seu marmoreo ad extinctionem mercurij, ad vsunque asserva.

Vires : Prodest in lue venerea, hydrope, & similibus: lumbricos necat : ptyalissimum non movet. Dosis ad ℥j.

Mercurius Præcipitatus Ruber.

℞. Mercurij vivi ℔j. Aquæ Regiæ, seu Fortis ℔ij. digere in vase vitreo ad dissolutionem mercurij: hinc evapora humiditatem, & massam relictam pulverisa, & calcina ad rubedinem. Appellatur etiam Pulvis Ioannis Vigonis.

Vires : Valet ad ulcera, & vulnera externa mundificanda, & carneas excrescentias consumendas.

Chalybs cum sulphure preparatus.

℞. Laminam chalybis candentem, & scintillantem, cui admove magdaleones sulphuris, cuius vi chalybs liquefcit, &

recidit granulatim in vas fictile suppositum aqua frigida plenum. Granula exiccata tere, lava, & præpara more solito. Appellatur etiam *Crocus Martis Niger*.

Vires: *Obstructa viscera liberat, & humores crassos attenuat: unde prodest in cachexia, pallidis virginum coloribus, ictero, mensium, iccoris, lienisque obstructionibus, affectu hypochondriaco, & similibus. Dosis ad ℥j.*

Crocus Martis Aperitivus.

℞. Limaturæ Martis, & sulphuris vivi pulverati ana p. æq. hu-
meſta cum aqua, vt pasta inde fiat in vase terreo non vi-
treato, & detine per diem: hinc calcina igne forti ad rube-
dinem semper spatula ferrea agitando: deinde præpara supra
porphyrum more solito. Convenit cum superiori.

Alio modo elegantiori: ℞. Limaturæ Martis q. v. irrota in vase
figulino cum tantillo aquæ pluvialis, vel roſis maialis, vt
pasta fiat, quæ sicceſcit in umbra: postea pulveriſa, & iterum
vt antea irrota, exicea, & pulveriſa: idque ad decies repete,
& limatura in ærugine convertetur, quam, si nigreſcat ob
nimiam humiditatem, calcina in vase terreo ad rubedinem,
& præpara more solito. Præstantior est supradictis.

Crocus Martis Adstringens.

℞. Croci Martis cum sulphure parati optimè reverberati q. v.
macera in aceto forti per horam: mox decanta liquorem su-
pernatantem, idque repete ad sextam vicem: hinc calci-
na igne reverberi in patina ferrea per octo horarum spa-
tium.

Vires: *Vim habet sistendi fluxiones ventris: prodest in sputo sanguinis, menſtruis superfluis. Dosis ad ʒ℥.*

In Marte, qui à Zacuto Lusitano mali hypochondriaci
Alexipharmacum, cachexiarum Panacea dicitur, & à Lu-
dovico Polychresti titulo insignitur, unde operandi diversi-
tas dependeat, vt modò adstringat, modò aperiat, magna
lis est inter Authores. Nonnulli vim aperitivam in volati-
liori potissimum residere parte, ac proinde in sale, vim ad-
strictivam in fixiori, adeoque in terra latitare putant. Alij
diversitatem operationis in præparationis diversitate quæ-
runt.

runt. Zuvelferus in apolog. contra Tachenium ex Helmontio probat Martem aperire potestate specifica, & appropriata, constringere verò qualitate secunda, aut per accidens; quatenus acredinem, & mordacitatem humorum demit. Sydenhamius massæ sanguineæ, iam effoctæ, & languescenti, volatile quoddam fermentum, ceu calcaria, subdere putat, à quo spiritus antea iacentes excitantur. Highmorus tract. de affect. hypoch. Marti causam facultatis aperitivæ per accidens adscribit, dum scil. in cachexia, aut malo hypochondriaco vasa maiora totius massæ sanguineæ turgida Martis stypticitas constringit rursus, & contrahit, vt æquali proportione ad singula vasa derivetur sanguis, & hoc modo minoribus vasis ad excretionem dicatis iterum suus restituitur sanguis, vt debito tempore illum excernant, & ita circulatio sanguinis suum recuperat tenorem. Verum est, Martem per se semper adstringere, quod sapor eo linguæ admoto testatur: aperire autem per accidens, vti ostendit Tachenius, non solum tonum partium, & fibrillas roborando, sed salia acida, & coagulabilia (à quibus induci solent obstructions) absorbendo, absorptaque secum per alvum educendo, vnde hoc modo sublata causa tollitur obstructio. Hinc est quod assumpta Martialia fœces nigro colore tingant, & nisi excrementa ita tingantur, ferrum in consideratè propinatur, non enim reperit humorem, qui illud dissolvat.

Mars triplici modo vsurpatur, nempè vel eius limatura cruda sat solubilis in hypochondriaco, quod excrementa tincta testatur, & hoc modo citius, & felicius curationem absolvere, quàm si his quovis modo fuerit præparatus; docet expertissimus practicus Thoma Sydenham.

Ijs ergò, qui eum sic ferre possunt, crudus in substantia exhibeatur, quia sic melius operatur, quò minus enim Mars acido est saturatus extra corpus, eò meliùs operatur intra corpus.

In subiectis tamen tenerioribus, ventriculum inbecillum habentibus Mars crudus propinati non debet, metus enim est, ne in ventriculi fundo subsideat, & ex inde vim vitriolicam, ac vomitivam acquirat, vti notat Panarolus pentec. 5. obser. 32. vel exhibetur præparatus, nunc per alkalia, nunc per acida. Per alkalia croci præparati parùm valent: alkalia enim

enim agunt in acidum Martis, & abeunt in magisterium calciforme iners, & nullius vsus, insolubile, & inalterabile. Hinc melior est præparatio Martis cum acido facta, vt ab eodem superficietenus saltem rodatur Mars, huiusque compages referetur, haud verò per concentrationem acidi penitus saturetur. Talis est vulgaris præparatio cum sulphure, quæ est omnium pessima, cum Mars saturatus acido sulphuris nihil aliud faciat, quam onerare ventriculum, quod patet si enim affundatur aqua fortis ab illa non soluitur.

Inter Martialia præparata excellent Vitriolum Martis, & Tartarus Martialis sic namque imitatur naturam adhibendo loco acidularum naturalium Martem superficietenus solutum.

Præparata Martialia sub forma liquida, quæ tincturæ nomine veniunt, (inter quas excellit tinctura Martis cum sale vegetali parata) præparatis sub forma sicca, seu crocis, (licet ad adstringendum aptioribus) sunt præferenda, quia in illis Mars magis solutus facilius operatur, in his magis compactus maiores ventriculo parat labores, & dolores. In illorum vsu alvus aperta est seruanda, quod si non sit, omni oëtiduo pilularum aloeticarum vsus interponendus est, insuper blaudus instituendus est corporis motus pro meliori operatione, & faciliori succorum attenuatione: deinde omnia acida sunt vitanda, quia Martem saturant, vnde postmodum saturatus vitiosa salia relinquit intacta.

Tandem cathartica exhibenda non sunt, licet pilulæ ex sola aloe, si alvus non respondeat admittantur. Audi Clar. Thomam Sydenham disert. epistolari ad Gul. Cole, sic disserentem:

Nec mihi solemne est toto illo spatio, quo ægra chalybeata sumit, catharticum aliquod statis intervallis exhibere. Cum tã in genere hysterico, quàm hypochondriaco, chalybis vires à cathartico intercidi, atque infringi mihi videatur. Quando enim id mihi palmarium sit, vt spiritus in ordinem redigam, atque eorum systema redintegrem, firmemque, quod toto vix oëtiduo resarciberam chalybis ope, cathartico vel lenissimo exhibeo die vnica rursus demolior; atque ita diruta extruenda, atque à me extructa subruendo, & ægros, & operam ludo, vanus, & infelix Ardelio.

Plumbi Calcinatio, seu Vstio.

℞. Plumbi laminati ℞ij. sulphuris pulverati ℞ij. fac stratum super stratum in vase terreo, deinde calcina igne violento; hinc sæpius ablue, exicca, ac asserva ad usum.

Eodem modo calcinatur *Æs* in olla collocata in furno re-verberi, ignem augendo donec *Cuprum rubicundissimum*; & instar cinnabaris appareat.

Calx Saturni, seu Plumbi, idest Minium.

℞. Plumbi q. v. & in vase terreo non vitreato liquefactum, rursus dicula ferrea agita, donec, igne continuato, in pulverem rursus bicundissimum Plumbum abierit.

Aluminis Vstio.

℞. Aluminis Rupei q. v. calcina in vase fictile novo non vitreato, tandiu, donec alumen spiritibus expulsi porosum, & quasi spumosum relictum fuerit: idem præstat caput mortuum ex distillatione spiritus aluminis in retorta relictum. *Carneas excrescentias* absunit.

Aluminis Plumosi præparatio.

℞. Aluminis Plumosi P. j. salis communis fusi P. ij. miscentur, & reverberentur in crucibulo per horas 12. postmodum materiam exime, & aliquoties aqua calida lava, donec pulverem ab omni falsedine liberum habeas. *Cosmeticum est*, & scabiem sanat.

Salis Communis Decrepitatio.

℞. Salis Communis q. v. & iniice cochleatim in crucibulo accenso inter prunas collocato, semper crucibulum tegula tegendo: decrepitationibus finitis reponatur sal in vase vitreo optimè obturato. Tandem decet decrepitare salem tempore vsus.

Vires: Si parti posteriori colli in sacculis calidus adiungatur poros aperit, & humiditates superfluas capitis consumit. Etiam in officinis pro varijs præparationibus inservit.

CAPUT XXI.

DE LAPIDIBUS MEDICINALIBUS ARTIFICIALIBUS.

*Lapis Martialis, seu Pyra Medicamentosa, vel Martialis
Helvetij.*

Rj. Limaturæ Chalybis ꝑꝑ. ℥jv. tartari albi loti ℥viij. pulve-
rata subtiliter misce in vase terreo, & humecta cum
aqua vitæ communi, vt fiat massa liquidiuscula, optimè, &
diu spatulâ ferreâ agitando: deinde colloca ad fermentan-
dum in loco humido, bis in die spatulâ ferreâ massam agi-
tando, quam exiccata tere, iterumque novâ aquâ vitæ
humecta, colloca ad fermentandum, &c. idque ad septies
repete, vel eo vsque chalybs solutus sit, & cum tartaro ex-
acte maritatus. Deinde materia exiccata subtiliter pulvere-
tur, & cum aqua vitæ fiat massa, ex qua formentur globuli,
pyrorum figuram æmulantes filo apensi, & ponderis ℥ij. quâ
exiccati ad vsum afferventur.

*Vires: Suspenditur pyrum in vase continenti ℥j. aque ferra-
ria tepida, seu aqua communis, eo vsque liquor ad libitum
tingatur, quo vtuntur Medici pro vna dosi in obstructionibus,
cachexijs, chlorosis, & similibus.*

Lapis Medicamentosus, seu Salutis.

Rj. Vitrioli ℥j. niri ℥ss. cerussæ, aluminis, & boli armene ana
℥jv. salis ammoniaci ℥ij. omnia subtiliter pulverata infun-
dantur in aceto ad super eminentiam duorum digitorum in
olla satis capaci per dies duos: hinc coque leniter ad du-
ritiem lapideam, & calcina per horam igne forti, ad vsum
que asserva.

*Vires: Tollit, & desiccet ulcera: defluxiones, tineam, erysipe-
las, scabiem, & serpigines curat. Modus vtendi est, si liquecat
eius ℥j. in aqua pluviæ ℥j. filtretur, filtraturâ hac utere,
tum lavando, tum linteolum imbuendo. In erysipelis autem cum
aqua, seu decocto floris sambuci, & parum sp. vini camphorati
mira præstat.*

Lapis Causticus.

℞. Calcis vivæ ℥ij. cinerum clavellatorum ℥ij. fac lixivium cum aqua communi, filtra per chartam, evapora ad siccitatem, & sal remansum in fundo calcina in crucibulo, & ubi humiditas consumpta fuerit, cautè ignem rege vsquequo instar olei appareat, & tunc in promptu cauteria figura, quæ in vase vitreo optimè obturato, locoque sicco custodito.

Vires : Brevisiter carnes excrescentes absunit, crustamque facit.

Lapis, seu Magnes Arsenicæ.

℞. Antimonij crudi, sulphuris flavi, & arsenici albi ana p. æq. pulverentur subtiliter, lentoque igne liquefiant, & vase refrigerato eximatur materia, quæ frigore indurefcit, vel si placeat, ante refrigerationem cauteria figurentur. Appellatur etiam *Cauterium Potentiale*.

Vires : Vfus eius est in peste, ubi in forma periapti de collo suspenditur. Insuper præter alios vfus ingreditur in *Emplastrum Magneticum*. Carneas excrescentias in *ulceribus* absunit, & cicatricem inducit.

Lapis Infernalis, seu Sal Causticus Molinetti.

℞. Lunæ cupellatæ ℥j. aquæ fortis ℥ij. misce in vase vitreo, & dissolve igne arenæ: deinde auge paulatim ignem, vsque dum lapidem Lunæ instar lanæ acquiras, qui per gradus perficitur vsque ad humiditatis consumptionem, & instar olei in fundo appareat, tunc cautè in proplastice idoneo in promptu iniice.

Vires : *Cauterium* est præstantissimum, dimidia hora spatio *fonticulum* inducens. *Vlcerum carnem excrescentem solo tactu tollit.*

CAPUT XXII.

DE MAGISTERIJS, ET PRÆCIPITATIS.

*Manna, seu Saccharum Aluminis : vel Anti-hecticum verum
Poterij.*

Rx. Aluminis Rupei ℥vj. dissolve in aqua, filtra per chartam,
& evapora in vase terreo vitreato ad pelliculam: hinc
affunde Aquæ fortis saponis (ex cinere quercus, & tartaro
calcinato, vel cinere clavellato paratæ) ℥vj. & fiet coagu-
lum, quod desine requiescere, & præcipitabitur in Magis-
terij, quod (livivio decantato) lava multoties cum aqua
pura tepida, vt dulcescat, & siccatum ad vsum asserva.

Modus vtendi: Prima die sub hora sexta matutina submi-
nistrabitur ægrotanti ℥ss. jusculi sequentis tepesacti: **Rx.** *Fusculum*
Carnis vitulinæ, & cucurbitæ albæ cum seminibus ana ℥ss. *Anti-hec-*
rasuræ cornu cervi ℥j. rasuræ eboris ℥ss. condriillæ ℥ij. por- *ticum,*
tulacæ ℥jv. viperæ eviscerata, & pululi gallinacci etiam
eviscerati ana N. j. aquæ fontanæ ℥vj. coquantur in vase
clauso, vel circulatorio per horas quatuor, & adde croci pa-
rum: sequenti die sub hora assignata ministrabitur ℥ss.
Magisterij Aluminis prædicti in ℥ij. decocti cornu cervi, &
singulis diebus continuabitur alternatim nunc jusculum,
nunc Magisterium: & simul singulis noctibus inungantur
vertebræ, seu spina ægrotantis cum butyro plumbi sequentis:
Rx. Aceti fortis ℥vj. lithargyrij pulverati ℥jv. digere per ho-
ras 24. decanta liquorem, cuius **Rx.** ℥ij. olei amygdalarum
dulcium sine igne extracti ℥j. agita simul in mortario plum-
beo, vt fiat vnguentum nutritum, addendo inter agitan-
dum vicissim de tinctura ex lithargyrio decantata q. s.

Saccharum prædictum valet etiam in dysenteria acidum
intestina exulcerans, & corrodens absorbendo.

Magisterium Sulphuris.

Rx. Florum Sulphuris ℥j. salis tartari ℥ij. misce, & superfun-
de aquæ puræ ℥iij. digere in arena per diem, itavt sub fi-
nem bulliat aqua, & sulphur solvatur, spatulâ lignea conti-
nuo agitando, liquorque rubeus appareat: postea filtra ca-

lidè per chartam emporeticam, & superaffunde paulatim
 aceti distillati q. s. & præcipitabitur pulvis lacteus, quem
 edulcora cum aqua reiteratis ablutionibus, ultimo aquà cor-
 diali abluendo, & exiccatum asserva.

Vires: Balsamum est pulmonum, ac velut ignis consumens, &
 exiccans. Exhibetur utiliter illis, qui molestantur catarrhis,
 fluxu capitis, asthma, phthisi, tussi, colica, &c. Promovet
 expectorationem, intercipit defluxiones ad articulos, ventosita-
 tes ventriculi, ac intestinorum præcavet, ac discutit. Dosis ad
 ℞. Appellatur etiam Lac Sulphuris: Butyrum Sulphuris:
 Præcipitatum Sulphuris: & Cremor Sulphuris.

Lac Sulphuris hæcticis, & aridis non peculiariter prodesse
 ait Crollius, nec phthisicos oculariter iuvare, agendo in hu-
 midum radicale. Sulphur enim, eiusque lac, verba sunt Billi-
 hij Lib. II. Cap. VI. lecta revera dignissima, ægros hos
 non aliter ac sitientia siccis arua, solantur.

Imago lactis est, non res, non nutrit quod ex sulphure
 emulgetur lac, sed ignis occulti more balsamum vitæ ab-
 sumit. Vis sulphuris fervida, atque excalfactoria quantum
 æstuant, siccescentisque flagellat. Vera tamen est huius
 lactis sulphuris censura Zuelferiana, Magisterium Sulphu-
 ris nullam singularem meretur laudem, cum parum differat
 ab aliorum magisteriorum præparationibus. Flores, inquit,
 aut crudum sulphur in virtutibus longè ipsi præfero.

Magisterium Iovis Mynsicht.

℞. Calcis Stanni q. v. & cum aceto distillato forti extrahè sa-
 lem, ut est artis: hinc extractioni huic filtratè instilla gutta-
 tim spiritum vitrioli optimè rectificatum, & sic statim albes-
 cet instar lactis, & præcipitabitur pulvis albus ad vasis fun-
 dum, quem exime, toties aquà pluviali distillatè edulcora,
 donec omnis acrimonia separetur: tandem pulverem exic-
 catum ad usum asserva.

Vires: In aberratione uteri, & alijs affectibus hystericeis mi-
 randa præstat: assumptum enim uterum, vel ex eo tetros va-
 pores ad supernas partes ascendentes cogit, sistit, & gravif-
 sima symptomata hinc solita nasci impedit. Dosis à gr. jv.
 ad gr. vj.

Magisterium Crystallorum Montanarum Cnœffellij.

℞. Crystallorum pellucidarum ℔ij. Spiritus vitrioli non dephlegmati ℔ij. Crystalli igniatur, & extinguitur in spiritu, qui labor decies repetendus est: tandem supra porphyritem redigantur in subtilissimum alcohol.

Vires: Calculum atterit: prodest, & podagra, & alijs quam plurimis morbis, unde Paracelsus dixit: in lapillo duro non est medicina præstantior crystallo, felix ille, qui potest præparare. Dosis ad ℥ss.

Magisterium Coralliorum.

℞. Corallia pulverata, & impone in vase vitreo, eisquæ affunde acetum distillatum ad eminentiam duorum digitorum, & digere per dies octo, quotidie vas sæpè agitando: filtra liquorem supernatantem, & super corallia iterum affunde acetum distillatum, & procede, vt antea: hinc solutionibus filtratis affunde olei tartari per deliquium quantum satis esse videbitur: pulvis præcipitatus edulcoretur aqua distillata, & exiccatus ad vsum asservetur. Dosis à ℥ss. ad ℥ss.

Eodem modo parantur Magisteria Perlarum, Matris Perlarum, Cranij humani, Vngulæ Aleis, Cornu cervi, Ovis Sepiæ, Cæterorumque Lapidum, & testatorum. Rerum ex quibus Magisteria parata fuere vires possidere aiunt: sed notandum, quod vulgaria hæc Magisteria nihil aliud esse, quàm calces ferè insolubiles, quibus non exigua portio menstruorum solventium, & aliquorum præcipitantium tenaciter adhæret, quod ponderis auctio faciliè probat. Ipsa ergò corallia cruda, perlæ, & similia in pulverem redacta eorundem magisterijs præferri debent. Item ablutiones, & edulcorationes sunt supervacaneæ, cum nullo modo aciditas menstrui solventis, (quæ iam tum in aliud ens commutata est) elui potest. Vide Zuvelserum, Etanullerum, & Robertum Boyle.

Magisterium Tartari Purgans.

℞. Salis albisissimi Tartari q. v. solve in aceto distillato: hinc abstrahe humiditatem lento igne, novumque acetum distillatum affunde, solve iterum, ac abstrahe: operationes solu-

lutionis, & abstractionis repete, donec acetum distillatum stillet aciditate sua pristina, qua octava, vel nona imbibitione fiet: exiccetur postmodum, & affunde spiritum vini, eumque abstrahere aliquoties cohobando.

Vires: Purgat per inferiora: utile est in omnibus morbis deploratis: summum est sanguinis depurativum, si sale volatili cornu cervi, viperarum, salis ammoniaci, &c. affotietur. Egregium est antihypochondriacum: par non habet in arthritide, calculo, ac omnibus morbis tartareis. Dosis ad ℥℥. Appellatur etiam Arcanum Salis Tartari: Terra foliata Tartari: & Sal Vini Essentialis.

Magisterium, seu Resina Scammonij.

℞. Scammonij electi mediocriter pulverati q. v. solve in spiritu vini rectificatissimo: hinc filtra, & in balneo per alembicum abstrahere ad medietatem saltem spiritus; deinde liquori in alembico relicto affunde aquæ rosatæ quantum ad præcipitationem sufficiat, & præcipitabitur resina scammonij purissima, absque omni venenosa acredine, nauseosaque sapore, & odore omnino libera, quam remoto phlegmate exicca, & ad usum asserva.

Vires: Vtramque bilem, aliosque humores diversos sine omni lesione, & nausea ex corpore humano educit: propterea vomitius, suavius, & nobiliter catharticum in rerum natura inveniri poterit. Dosis à gr. vj. ad ℥j. Appellatur etiam Cremor Scammonij: Panacea Scammonij, seu Solutivi Vegetabilis Syriaci, vel Convolvuli Cathartici Syriaci, unde Pulvis Syriacus dictus.

Magisterium, seu Resina Jalappæ.

℞. Radicis Jalappæ grossè contusæ q. v. affunde spiritus vini rectificatissimi q. l. ut tres, vel quatuor digitos supereminet: digere vase obturato in loco calido per aliquot dies: postea cola cum forti expressione, filtra per chartam, & filtrato liquori affunde aquam rosatam, ut præcipitetur resinosa substantia Jalappæ ad fundum, & adhuc ablue, exicca, & asserva.

Vires : Serosos, biliososque humores commodè evacuat : delicatulis, & cætera pharmaca aversantibus maximè accommodatur. Dosis à gr. vj. ad ℥j.

Eodem modo parantur Magisteria, seu Resinæ Turpethi, Gummi de Perù, Ligni Sancti, Ligni Aloes, Succini, & similia.

Nota : Resinæ non sunt exhibendæ in liquoribus aquosis, (quia reviviscunt, & partim cochleari, partimque faucibus, & ventriculo adhærent, & hypercatharsim inducunt) nisi prius cum modico vitelli ovi dissolvantur. Commodè etiam usurpari possunt in conservis admiscendo pulverem aliquem salinum (scilicet salem tartari, cremorem tartari, tartarum vitriolatum, tartarum laxativum, atcanum duplicatum, &c.) à quo tanquam absterfivo impediatur resinarum adhæsiò, & velicatio.

Mercurius Vitæ.

R. Butyri Antimonij q. v. rectificata ex retorta vitrea igne arenæ : liquori distillato affunde aquam, & fiet coagulum, ac præcipitabitur pulvis albus, qui abluatur donec nullam amplius acrimoniam sapiat, exicca, ac asserva. Primas loturas etiam asserva pro spiritu vitrioli Philosophico parando.

Vires : Totius corporis, & præcipuè primæ regionis humores noxios, per secesum, ac vomitum expurgat. Ususque insignis est in peste, capitis morbis, lue venerea, ulceribus malignis, febribus, arthritide, hydrope, ubi, & ut plurimum sine vomitu operatur ob acido-salsas aquositates in hydropicis abundantes, cum salia acida volatilitatem purgantium figant, ita ut saltem per inferiora purgent. Dosis à gr. ij. ad gr. jv. Eandem dosim macerari licet in haustu vini, eumque filtratum exhibere.

Præterea Angelus Sala in ternario bezoard. Cap. XXIII. Mercurius Vitæ in partu difficili desperato, tanquam maximum commendat remedium his verbis : *Et incontinenti quando nascere, & vix movere cœperit, facultas expultrix ad expellendum fœtum simul calcar accipiet. Nec ab horreariis à tali medicamento, eo ipso enim plurimis in acie novecula quasi constitutis, hoc in casu præsto fui, æquè delicatis, quibus nulla spes*

superstes erat, quàm rusticis, & paganis, ut undequaque bartolari quis posset: quinimo foetum semi putridum sæpè, & secundinam biduum, vel triduum post partum relictam beneficio istius medicamenti, salva matris vita discedere fecimus. Mercurius Vita ergò quilibet Medicus hac in parte optima denotamendatum sibi habeat, &c.

Billichius etiam Lib. II. Cap. XIV. Observ. & paradox. chym. in partu difficili triduo felicitissimum eius usum expertus est.

Thachenius in Hipot. Chym. Cap. XXIV. p. m. 232. inquit: Mercurij Vita 7. grana cum vino hausta vomitum, atque secessum movent: in difficili partu Divinum sanè refugium.

Appellatur etiam Pulvis Angelicus: Pulvis Algarroth: Pulvis Emeticus: & Aquila Alba, sed notà, quod Aquila Alba appellatur etiam Mercurius Dulcis.

Mercurius Vita correctus.

℞. Mercurium Vitæ, & in phiala igne arenæ fove donec rubere in cœperit: postmodum vini spiritum sapius ab eo abstrahe.

Vires: Purgat sat commodè per alvum, impuritatesque quas-cumque educit. Dosis à gr. jv. ad gr. v.

Mercurius Vita Catharticus.

℞. Mercurium Vitæ, & cum sale communi aliquoties, diutiusque tere, & falsedinem postea per aquam ablue: sic solum vim per secessum purgandi obtinet. Dosis ad gr. vj.

Mercurius Præcipitatus Albus.

℞. Mercurij purificati ℞ss. aquæ fortis ℞j. dissolve in vase vitreo: solutioni huic affunde aquam salam, ut præcipitetur mercurius, quem edulzora aqua pura multoties eluendo, & exiccatum asserva.

Vires: Purgat per inferiora, ac superiora: valet in siphylide, elephantiasi, tinea, scrophulis, &c. Dosis ad ℞ss. Externè cosmeticam est insigne, unde Mercurius Cosmeticus etiam appellatur.

Si solutioni prædictæ, loco aquæ salis, affundas aquæ fetidæ liquidæ ℥ss. & præcipitas affundendo vinam recentem, præcipitaturque abluet, & siccas, habes Mercurium Præcipitatum Incarnatum, solum per seculum moventem, & in virtute Arcano Corallino æmulantem. Dosis à gr. vj. ad ℥j.

Mercurius Præcipitatus Incarnatus.

Aurum Fulminans, seu Solopetans.

℞. Auri laminati, & in frustra incisi q. v. dissolve digerendo in aquâ regia: solutioni affunde guttatim bonam quantitatem olei tartari per deliquitum, donec solutio clara, & alba evadat: sic præcipitabitur aurum instar limi, cuius elue falsedinem aquâ communi, calcemque auri calori hypocausti lenissimo exicca, vel sponte sua exiccati permittite.

Vires: *Sudores est humores malignos eiciendo.* Dosis gr. iij. vel jv.

N. Aurum hoc fulminans cautè tractes, ne flammam concipiens detrimentum inferat, concipit enim promptissimè, ac deorsum vergens, quidquid substratum, non sine adstantium periculo, in frustra disijcit. Lavigaturus itaque memento singulis vicibus parum sumas, non ferro, sed ligno agitando.

Sulphur Antimonij Anodynum, & Antiepilepticum, Chermes Minerale, & Pulvis Aurificus dictum.

℞. Tartari crudi selecti ℥v. calcina ad albedinem, & in jace in manica, eique affunde sensim aquæ ferventis ℥xvj. ut fiat lixivium in vase terreo subiecto colligendum: interim ℞. Antimonij crudi selecti grositer contriti, & cribrati, partibus mediocribus, & subtilibus per setaceum equinum medicrem separatis ℥jv. impone in olla terrea nova vitreata, & affunde lixivium supradictum, & coque ad medietatis aquæ consumptionem: tunc remove ab igne, desine momentum, & decanta liquorem supernatantem sine perturbatione in manica: hinc liquorem filtratum in vase terreo vitreato supposito collectum desine requiescere, & frigescere, & fiet coagulum rubicundum: filtra per chartam emporeticam duplicatam, in qua manebit sulphur, quod edulcora aquâ calida, eam semper per chartam post refrigerationem separando, alias transit simul sulphur, cui edulcorato, & exiccato affunde sp. vini ℥jv. & accende, idque ad secundam vicem repete, & exiccatum ad usum asserva. Dosis à gr. iij. ad gr. vj.

354 Tyrocinium Pharmaceuticum. Lib. II.

Antimonium in olla relictum potest inservire pro alijs
preparationibus antimonialibus, supradicta tantum excepta;

Sulphur Auratum, seu Aurum Medicorum.

℞. Scorias Reguli Antimonij, quas fac bullire in aqua, vt fiat
lixivium, quod filtra calidè per chartam emporeticam, eique
affunde acetum distillatum, vsquequo præcipitetur sulphur,
quod, lixivio decantato, aqua multoties elue, vt dulcescat,
exicca, & asserva.

Vires: Sanguinem purificat: in alijs vomitum ante sudorem;
in alijs sedem post sudorem movet. Febris tertianis, &
quartanis hora una ante paroxysmam conduct. Pesti, variolis,
luis venerea, &c. proficuum est. Dosis à gr. v. ad gr. xv.

Fœcula Ari.

℞. Radicum Ari q. v. lava, ac conquassa optimè in mortario;
fortiter exprime, & expressionem desine requiescere, vt sub-
sidaeat fœcula, quam, succo supernatante decantato, sicca,
ac asserva.

Eodem modo parantur fœculæ Bryoniæ, Iridis, Poeniæ;
&. Vide Lib. I. Cap. III. de fœculis notatum.

CAPUT XXIII.

DE MISCELANEIS GALENO-CHYMICIS.

Aloë Lota succo Rosarum.

℞. Aloes optimæ mundæ, & electæ ℥iv. succi rosarum ru-
brarum ℥viij. Aloë trita, & per crassius cerniculum cri-
brata, simul cum succo Maij Mense Solis radijs, in vase vi-
treo ampleo linteo raro obturato multoties movendo, ad
succum consumptionem insoleatur, ex qua ferè siccata orbiculos
finge, & vase vitreo loco sicco, & frigido ad usum asserva.

Vires: Venterculum roborat, lumbricos necat, & expellit, pu-
tredinem arcet, suaviterque purgat. Dosis à ℥j. ad ℥j.

Eodem modo lavatur, seu nutritur Aloë cum succo Vio-
larum.

Aloë Lota Simplex.

R. Aloës purissimæ grossè tritæ ℥j. aquæ pluvialis calefactæ ℥iij. misce in patina vitrea, & agita: finito sordes, & calculos subsidere, & puram, pingue mque aquam, cui se pura Aloë miscuit cola, & sordes in fundo abijce: hinc colaturâ tectâ linteolo in sole exiccetur.

Diagrydium Sulphuratum, seu Cholagogum simplex Galeni.

R. Scammonij electi q. v. tere crassiusculè, & spande supra chartam bibulam, & superimponè crati, sub quo carbo sit vivus, in quem sulphur incende, vt fumigetur scammonium, & charta tandiu teneatur supra fumum, vsquedum scammonium liquefieri, & chartæ adhærere incipiat: cave solum, ne comburatur, ideòque à fumo remove, ac pulveratū ad vsum asserva.

Diagrydium Cydoniatum Eiusdem.

R. Scammonij optimi q. v. tere grossiter: deinde excava aliâ quot cydonia mala magna, & in cavitatem eorum impone scammonium, & cooperi foramina cydoniorum: hinc involve in massa cydonia, & assa in fornace donec cydonia perfectè sint assata, & massa probè sit cocta, quod cognoscēs, si massa perforata stylo ligneo tentabis num cydonia vndique tenerescant: deinde exime scammonium, vsuique asserva.

Alio modo: **R.** Scammonij electi pulverati q. v. dissolve in succo cydoniorum depurato, filtra, ac lento igne cinerum coagula: pastillos forma, ac asserva.

Diagrydium Glycyrrhisatum.

R. Aquæ puræ tepidæ ℥j. glycyrrhizæ rasæ, & contusæ ℥j. infunde per 24. horas: mox expressioni calidæ iterum infunde glycyrrhizæ rasæ, & contusæ ℥j. fac, vt antea, idque repete ad tertiam vicem. Deinde in colaturâ dissolve Scammonium pulveratum, filtra, & inspissa igne lenissimo cinetum, forma in pastillos, quos exiccatos asserva.

Vires: Biliofos, acres, serosos, & calidos humores, ac tenues blandè educant. Dosis ad ℥j.

Gutta Gummi Correctio.

R. Guttae Guinami q. v. dissolve cum spiritu vitrioli, qui deinde per decantationem abstrahatur: residuum lente exiccetur, quod si ter id fiat optimè corrigitur.

Vires, Prodest hydropicis, scabiosis, paralyticis, ceterisque affectibus à pituita, & sero salis, vel ceteris humoribus commixtis. Dosis à ℥ss. ad ℥j.

Radici Ari preparatio.

R. Radicum Ari Mentis Martio collectarum, q. v. scinde in taleolas, quas humecta cum vino albo, exicca, idque secunda, & tertia vice repete.

Vires: Tartarum tam pectoris, quam pulmonum incidit, vrinam cit, obstructions resoluit. Dosis ad ℥ss.

Sanguinis Hirci preparatio.

R. Hircum mediocris ætatis, cui per mensem nihil aliud vescendum des, præter pimpinellam, apium, petroselinum, aut similes plantas lithonipticas: deinde ætatis principio, cum Sol Cancrum ingressus fuerit, suspendendo cornibus, crura posteriora reflecte, & testes abscinde, & recepto inde cruore, aqueum effunde, concretum verò exicca, ad usumque asserva, qui instar vitæ difficilissimæ triturationis existit.

Vires: Alexipharmacus est, deobstruit, dysentericis convenit, sanguinem concretum resoluit, calculum atterit, pleuritidem curat. Dosis ad ℥j.

Cornu Cervi, Alcis, Cranij, &c. Spagyrica preparatio.

R. Cornua, &c. in frustra dissecta, & suspende in capitello vesicæ interim aquæ cephalicæ distillantur per dies quatuor, vel plures: postea subtilissimè pulverentur.

Alio modo ex Zuveltero: **R.** Rasuræ minutissimæ Cranij humani, vel cornu alicuius animalis q. v. contunde in mortario cum aqua appropriata, ut veniat ad pultis formam, quæ pasta chartæ albæ superextensa, & inclusa, iterum exiccetur, & pulverifetur, & hoc pluries repetatur, donec rasura in pulverem subtilissimum redigi queat.

N. Cranium, quod in usum Medicum veniat, sumi debet ex homine violenta morte interempto, & non humato.

Pulmonis Vulpis preparatio.

℞. Pulmonem recentem Vulpis, & extrahe ex eo arteriam, & lava cum vino odorato, exicca, ac repone in loco sicco, absynthio, ne putrescat, involutum.

Vires: Consolidat, abstergit, valet ad vitia pulmonum, & angustia pectoris. Dosis ad ℥j.

Asellorum, seu Millepedum preparatio.

℞. Asellos vivos, & inebria, seu suffoca eos in vino albo optimo, exicca, ac asserva.

Vires: Efficacissimi sunt in calculi, & vesicae doloribus. Calculum mirabiliter resolvunt, & per mucum crassum exterminant. In asthma etiam, oculorum cataractis, fistulis, & mammis exulceratis profunt. Dosis ad ℥ss.

Bezoardicum Animale.

℞. Corda, & iecinora viperarum, felle abstracto exicca in sole: hinc pulverisa, & asserva.

Vires: Valet in variolis, & morbillis, febribus malignis, & contagiosis. Dosis ad ℥j.

Lacca Lavatio.

℞. Aristolochiae longae, & Schoenanthi ana ℥ij. aquae ℥iij. decoquantur in vase circulatorio rite lutato per horas tres: hinc colaturae insperge Laccae ℥xvj. decoquantur in eodem vase igne lento donec aqua fiat coloris sanguinei, & quicquid in Lacca boni fuerit dissolvatur: deinde per laneum pannum cola, & remanentes sordes abijce: transecolatam vero, & sanguinei coloris aquam inspissa in duplici vase ad mellis crassitiam, & tepidam massam in trochiscos fingito.

Pulpa Cassiae extrahendi ratio.

℞. Cannas, seu siliquas Cassiae siliquae ponderosas, non resonantes concussas, aperi eas, & contentam in eis pulpam, seu medullam cum laminis, & seminibus suis diligenter extrahe:

358 Tyrocinium Pharmaceuticum. Lib. II.

he : exempta projice super inversum setaceum equinum, quod deinde pone supra bullientis aquæ vaporem, & averso cochleari medullam casisæ hinc, & inde ducito confricando, confestim sub inde auferto, ne plus quàm decet de vapore imbibat, idque tandiu facito, donec quantum voles collegeris : notandum, quod tempore vsus semper recens pulpa extrahatur, quia reposita acescit. Eodem modo extrahitur Pulpa Tamarindorum.

Gelatina Cornu Cervi.

℞. Rasuræ Cornu Cervi ℥ss. aquæ tepidæ ℥vj. macerentur loco calido per horas octo in vase circulatorio iuncturis ritè lutatis : hinc coquantur igne arenæ ferè ad dissolutionem : deinde vasis refrigeratis fiat colatura, cui adde sacchari albi ℥ss. vini albi ℥iv. succi limonum ℥j. clarificentur cum albuminibus ovorum, despumentur, & iterum fiat colatura, quæ igne lento inspissetur ad Gelatinæ consistentiam.

Vires : Analepticum est medicamentum, & renutritorium, stomachum roborat, vomitum, fluxus ventris, sanguinisque sputum sistit, malignitati humorum adversatur. Dosis ℥j. aliquoties in diem repetendo.

Saccharum Penidium.

℞. Sacchari clarificati q. v. & inspissa igne lento donec in magnas bullas attollatur, & gutta in aqua iniecta præcipitetur in filis formata cum sonoritate vitri instar frangibilis, cavendo ne aduratur : tum ab igne remotum supra tabulam marmoream oleo amygdalarum dulcium inunctam effundatur, & vbi nonnihil induruerit, ac propemodum terebinthinæ crassitiem obtinuerit, de vncò suspendatur, manibusque amylo subinde conspersis toties detrahatur, iterumque vncò aglutinetur donec indurescat, & candorem acquirat : tandem in tenues massulas funicali instar contortas in tabula amylo conspersa effingatur.

Saccharum Candidum, vel Candisatum, seu Candum.

℞. Bonam quantitatem stercoreis equini recentis, & in loco temperato paucà aquà irrigato accumula pedibus premendo, & nonnihil aquà aspergendo, ibique detineatur optimè

coopert-

zoopertum per dies tres, vel donec manus calorem acquisitionem multum diu haud perfertur possit. Tunc accipe ℞. vel xij. sacchari clarificati, & coque igne lento usquequo gutta calida inter digitos stensa filum sine interruptione fiat: tunc iniice in promptu in vrceolo, in quo spatia nonnulla integra sint immissa, cuius os ritè operculetur, & ligetur linteo, & duplici charta, & sepeliatur in medio stercore parati, ibique detineatur per dies 15. Hinc vrceolo è stercore extracto, & deoperculato decantetur saccharum liquidum; candisatum verò abluatur in promptu semel aquà purà, & vrceolus igne admoveatur huc, & illuc obvertendo, vt optimè calefiat, & tunc per totum conteratur, saccharumque eximatur, exiccetur, & asservetur.

Saccharum Tormentillæ.

℞. Pulveris radicum Tormentillæ ℥iij. cinnamomi ℥ss. sacchari in aqua cinnamomi soluti ℞j. coque, & funde in tabellis, quas pulveratas asserva.

Vires: *Eximij usus est in abortu præcavendo, & fetu roborando. Dosis ℥ss. per aliquos dies continuando.*

Eleosaccharum Anisi.

℞. Olei Anisi distillati ℞j. sacchari pulverati ℥j. misce in mortario vitreo, vsuique asserva.

Vires: *Stomachum roborat, coctionem iuvat, asthmaticis auxiliatur. Dosis ad ℥j.*

Eodem modo paratur Eleosaccharum Foeniculi, Cinnamomi, Citri, Nucistæ, & similia.

Mixtura Antipleurítica Tachenij.

Dissolve camphoram in spiritu vini quantum is dissolvere potest, & in alio vasculo habeas tantundem spiritus vini croci tinctura saturatum: hos spiritus misce.

Vires: *Huius tinctura xx. plus minus vè guttæ in olei lini recenter expressi ℥ij. exhibitis indubitatè sanantur omnes pleuritici, imò, & quos animam iam iam expirare timebatur. Ne rideas hyperbolem.*

Mixtura de Tribus.

℞. Aquæ Theriacalis camphoratae ℥v. sp. tartari rectificati ℥iij.
sp. vitrioli ℥j. misce ac asserva.

Vires: *Sudorem cit, putredini resistit, magnarumque virium
censetur in febribus malignis. Dosis ad ℥j.* Appellatur etiam
*Aqua de tribus: Mixtura simplex: & Diaphoreticum in pera-
cutis.*

Aqua Hysterica Lemortis.

℞. Assæ fœtidæ ℥ij. myrrhæ ℥β. castorij ℥v. bryoniæ ℥iij. se-
minis rutæ ℥iβ. croci ℥j. salis volatilis succini ℥ij. sp. vini
super herbas cephalicas, & uterinas, ut sunt: salvia, sabina,
maiorana, lavendula, melissa, & similes rectificati ℥xx. salis
tartari ℥j. Digerantur simul in fimo equino per dies duos:
deinde tinctura separetur, ad usumque in vase stricti oris
probè clauso asservetur.

Vires: *Valet in affectibus uterinis, convulsivis, & contractu-
ra: necnon in arthritide. Dosis à ℥β. ad ℥j. in vehiculo appro-
priato.*

Aqua Styptica Lemeri, seu Arterialis Mustanti.

℞. Cholcotaris, aluminis vli, & sacchari candi ana ℥β. urinæ
pueri sani, & aquæ rosar. ana ℥β. aquæ plantaginis ℥ij. mis-
ce, & diu agita in mortario, simulque asserva, & tempore
usus decanta liquorem.

Aqua Arterialis.

℞. Aquæ plantaginis, rosarum, & portulacæ ana ℥jv. vitrioli
Romani, & aluminis crudi ana ℥β. sacchari candi ℥ij. mis-
ce, & soluta filtra per chartam, & adde sp. vitrioli gr. xij. &
utere.

Aqua Arterialis alia ex Vidos.

℞. Vitrioli Albi ℥iij. aluminis rupei ℥iβ. aquæ fontanæ ℥xxx.
misce, & soluta filtra per chartam emporeticam quadrupli-
catam, & adde sp. vitrioli gr. viij. ad usumque asserva.

Vires: *Valet ad omnes fluxiones sanguinis tam internas, quam
externas. Dosis ad gr. xij.*

Aqua Ophthalmica Bruni, seu Collyrium Bruni.

℞. Aquæ rosar. albat. & vini albi ana ℥i℥. aloes hepaticæ subtiliter pulveratæ ℥j. misce ad usum.

Vires: Commendatur ad palpebrarum scabiem pruriginosam.

Aqua Ophthalmica ex Vidos.

℞. Aquæ primæ calcis ℥ij. aquæ secundæ calcis ℥jv. aquæ tertiæ calcis ℥vj. salis ammoniaci ℥j. omnia sæpe agitentur in vase æneo, & horis 12. transactis filtra per chartam, ac asserva. Appellatur etiam: *Aqua Calcis Cærulea. Aqua Cælestis. & Aqua Sapphyrea.*

Vires: Ad omnia ferè oculorum vitia, imò ad ulcera quævis mundificanda utilis est: cancrum, ambustionem, aliaque multa vitia sanat: oculis aliquot guttæ instillantur. Efficax etiam est ad pelles oculorum auferendas.

Aqua Ophthalmica Quercetani.

℞. Croci Metallorum pulverati ℥j. aquæ euphragix, vel foeniculi, aut similis ℥v. misce ad usum.

Vires: Virtutis est mira contra amblyopiam, amaurosim, & suffusionem.

Aqua Lampranci ex Guldene.

℞. Vini albi ℔ij. aquæ plantaginis, & rosarum ana ℥iij. autipigmenti pp. ℥ij. viridis æris pp. ℥j. mista serventur ad ulcera putrida mundificanda, & exiccanda.

Aqua Phagadenica, seu Ulceraia, vulgò Agua Roxa de Vidos.

℞. Sublimati corrosivi pulverati ℥j. aquæ primæ calcis ℔ij. & ℥iij. aquæ vitæ communis ℥jv. misceantur, & agitentur diu in mortario vitreo, vel marmoreo, ad usumque asserva.

Vires: Ulcera inveterata, putrida, sordida, & cancerata mundificat: superfluas carnes exedit: usurpatur etiam in gangrena. Si nimis fortis existit mitigare oportet cum aqua secunda calcis.

Oxyrrhodinum.

℞. Olei rosati ℥iij. aceti ℥i. misce exactè. Vfus eius est pro defensivo ad dolores leniendos.

Deliquium Tartari, seu Oleum Tartari per Deliquium.

℞. Tartari ad albedinem calcinati, seu Salis Tartari q. v. colloca in cella vinaria frigida, & humida, donec resolvatur in liquorem, idque in vase vitreo plano, postea filtra, ac asserva.

Vires: *Optimum est remedium in omnibus serpiginibus, vulneribus, ulceribus, præsertim autem venereis, tinea, scabie, verrucis, faciem erugat, & cutem reddit planam. Est porro huius olei elegans usus in extractis vegetabilium conficiendis: eius enim gutta aliquot cum menstruo mixta, extractionem faciunt, & catharsim ipsam promovent.*

Alkaest Glauveri paratur eodem modo ex Nitro Fixo, & coavenit cum Deliquio Tartari.

Oleum Myrrhæ per Deliquium.

℞. Ova ad duritiem cocta, exime eis vitellos, quorum locum reple Myrrhæ pulveratæ, & colloca in loco frigido suspensa, vt oleum in vase supposito distilletur, quod ad usum asserva.

Vires: *Valet ad maculas faciei delendas, herpes, & similes cutis corrosiones.*

Scoria Ferri preparatio.

℞. Scoriæ Ferri, à lapidibus purgati q. v. & reduc in pollinem, & lava multoties cum aqua pura, quovsque nullum inquinamentum in aqua reperiat, vt non solum ab excrementis defœcetur, verum etiam ab empyreuma ex igne contracto liberetur; deinde irrora cum aceto acerrimo, & insola per 40. dies, singulis diebus cum aceto irrorando: hoc peracto præpara more solito supra porphyrum cum aceto humectando, & exiccata ad usum asserva.

Viride Aris.

℞. Laminas Cupri, & stratifica cum siliquis vvarum recenter

expressis, & asperge cum parte vna aceti acerrimi, & partibus tribus vrinæ sanorum, addendo aliquid aluminis, & nistri: & si mistura exiccerur ante ærugationem, denuo humectetur novâ vrinâ, donec laminæ in viride æris convertantur.

CAPUT XXIV.

DE OLEIS EXPRESSIS.

Oleum Amygdalarum Dulcium sine igne.

℞. Amygdalas dulces excorticatas ab utroque cortice, ac minutissimè tritas, & imple sacculum, vel liga eas in linteum, & exprime fortiter sub prælo, & oleum expressum asserva.

Vires: Gutturis, faucium, bronchiorum, & spiritualium asperitatem lenit: phthysicis, & atrophia laborantibus, ac consumptis utile: uteri, vesicæ, & urine ardores mitigat: partuum dolores torminosos discutit, &c. Dosis ad ℥ij.

Oleum Amygdalarum Dulcium cum igne.

℞. Massam, ex qua exprimisti oleum prædictum, & tere denudè, ac cribra, & optimè tepefac vapore aquæ ferventis, & exprime, vt dictum est. Alij loco vaporis aquæ ferventis torreunt in caldario, vsquequo massa illa tepefiat, tantillo aquæ ferventis aspergendo, & exprimunt.

Eodem modo parantur olea expressa Amygdalarum amararum: Nucum Juglandium: Nucis Moschatæ: seminis Lini: Sesami: Papaveris: seminum frigidorum maiorum: Baccarum Lauri, & similia.

Amygdalæ à pellicula rubra excorticantur modo sequenti: Affunde super amygdalas aquam tepidam, non ferventem, itavt aqua superemineat, obtura vas, & antequam aqua frigeat, frica amygdalas inter digitos, vel inter asperum linteum, & perfectè excorticatæ exiccentur; hinc tere, & exprime oleum.

Semen autem Sesami excorticatur sequenti modo: Infunde Semen Sesami in aqua frigida per diem, & noctem: deinde

aquâ decantata, extende Sesamum in panno, vt aliquantulum exiccetur sæpè huc, & illuc obvertendo: post hæc inter lintheum asperum frica, vsquedum cuticulæ separantur: tunc infunde in aquâ plurima, & cuticulas supernatantes auferto; deinde exicca ad solem, & ventila, si aliquid de cuticulis remanserit, tere, & exprime oleum.

Oleum Vitellorum Ovorum expressum.

℞. Vitellorum ovorum ad duritiem coctorum q. v. comminutos frige igne temperato, in vase terreo vitreato donec rufescant, & oleum emittant, continuè spatulâ, ne adurantur, movendo, oleum sic calidè exprime, & asserva.

Vires: Valet ad asperitatem cutis, impetigines, fissuras labiorum, manuum, & pedum: dolores ulcerum, articularum, & omnium locorum nervosorum. Præterea utile est locis igne ambustis, & in membranis cerebri vulneratis, ulcera maligna cicatrizat, & pilos regenerat.

C A P U T XXV.

DE OLEIS COCTIS, ET INFUSIS:

Oleum Rosatum Vulgare, seu Vsuale.

℞. Olei communis clari ℞vj. folior. rosar. recent. ℞ij. macerentur simul, & insolentur per dies octo: deinde bulliant ad humiditatis consumptionem, exprime: idque fac secundâ, & tertiâ vice, semper recentes rosas infundendo, & oleum colatum asserva ad usum.

Vires: Vim habet repellentem; mitigatoriam, concoquentem, & discussoriam: inflammationes extinguit, roborat, coquit, densat, humectat, mitigat, &c.

Eodem modo paratur oleum Liliorum Alborum abiecto quod croceum est: etiam Oleum florum Cheyri; Chamæmeli, Sambuci, Ebuli, & similia: etiam Oleum ex comis Anethi, Rutæ, Menthæ, & similia: Etiam sumendo loco olei communis, oleum omphacinum parantur simili modo oleum Rosatum Omphacinum, accipiendo rosas nondum

penitus apertas, Oleum Violarum, Nenupharis, & Oleum ex comis Absynthij.

N. Si olea prædicta, & sequentia, præcipuè ex aromaticis composita, loco decoctionis in vase aperto ad humiditatis exhalationem, coquantur per tres, vel quatuor horas in vase circulatorio iuncturis ritè lutatis, & postea vasis refrigeratis, & expressione facta separetur humiditas per infundibulum obtinebis olea valdè imprægnata ex partibus essentialibus simplicium, quod odor, & sapor indicat.

Oleum Papaveris Mesues.

℞. Caputum, florum, & foliorum papaveris albi ana ℥iv. olei ℔iij. insolentur per octiduum, cola, & reitera secundam, & tertiam infusionem: cola tertia vice, & asserva.

Vires: *Dolorem lenit, & somnum inducit, capiti, pulsibusque adhibitum.*

Oleum Cydoniorum Eiusdem.

℞. Carnis Cydoniorum nondum perfectè maturorum, & conquassatorum, & succi aliorum cydoniorum ana ℔iij. olei omphacini ℔xv. insolentur dies 15. hinc coquantur ad humiditatis consumptionem: expressioni adde tantundem carnis, & succi cydoniorum, fac vt antea, idque ad tertiam vicem repere, cola, & asserva.

Vires: *Refrigerat, & astringit totum ventrem inferiorem, ac nervos laxos cogendo roborat: retentricem partium facultatem firmat, & ventris defluxiones sistit.*

Eodem modo paratur Oleum Myrtilorum ex eorum succo, & fructibus immaturis contulsis.

Oleum Mastichinum Eiusdem.

℞. Olei rosati omphacini ℔j. Mastiches ℥iij. vini odoriferi ℥iv. coque per horas tres in vase circulatorio, cola, & asserva.

Vires: *Ventriculi concoctionem, & retentricem vim firmat: in lienteria, & intemperie frigida sicca salubre existit: ad coeliacorum cruciatus utile: cerebrum, nervos, & iuncturas roborat.*

Oleum Euphorbij Eiusdem.

℞. Euphorbij recentis ℥℔. olei cheyri, & vini albi ana ℥jv. parerur, vt Mastichinum.

Vires: *Iuvat frigidus cerebri, & nervorum affectus, cephalalgiam, hemicraniam, lethargum, naribus immissum: articulorum quoque, hepatis, & splenis dolores illitum iuvat.*

Oleum Irinum Eiusdem.

℞. Radicum Iridis scobinar. ℔ij. flor. eiusdem ℔jv. olei sesami, vel communis ℔xv. insolentur in vase vitreo per dies 15. postea coque S. A. cola, idque secunda, & tertia vice repete.

Vires: *Abstergit, maturat, ac resolvit: dolores frigidus sedat, materias in pectore, & pulmone contentas maturat: doloribus hepatis, splenis, & iuncturarum confert. Eorumque durities, & apostemata dura lenit.*

Oleum Balsaminæ.

℞. Pomorum Balsaminæ maturorum à seminibus purgatorum, & minutim, incisor. & olei ana p. æq. insola in vase vitreo obturato per 40. dies, vel macera in fimo equino: cola, & asserva.

Vires: *Vulnerum inflammationes arcet: eadem facile, ac citò unit, ac persanat, doloribus, ac ulceribus mamillarum auxiliatur: uteri exulcerationes ac inflammationes iniectum curare posse existimatur; punctis, ac ulceratis nervis utiliter adhibetur: specificum est pro vesicae ulceribus, si per instrumenta apta in illam intrudatur.*

Oleum Althææ.

℞. Radicis Althææ ℔j. seminis lini, & foenugræci ana ℔℔. scyllæ recentis ℥ij. lota, tritaque macerentur triduo in aquæ tepidæ ℔vij. deinde bulliant donec inspissetur aqua: exprime, & pro vnaquaque libra mucilaginis expressi adde olei ℔ij. & fervefiant ad humiditatis consumptionem, cola, & asserva.

Vires : Leniter digerit, & insigniter emollit, ac resolvit tumores, & inflammationes. Inservit etiam pro Unguento Althææ parando.

Oleum Resolutivum ex Augustana.

℞. Radicis Althææ, cucumeris asinini, & bryoniæ ana ℥iij. olei ℥x. macerentur aliquantulum, deinde coquantur ad humiditatis consumptionem, exprime, & asserva.

Vires : Resolvit, digerit, mollit, alta penetrat, ac frigidos, & contumaces dolores sedat.

Oleum Baccarum Lauri per decoctionem.

℞. Baccarum Lauri maturar, & contritar. q. v. coque in aqua; cola, & colatura frige facta illud pingue, quod supernatat collige, ac asserva.

Vires : Calefacit, aperit, mollit, discutit, & exiccat, obid intemperiem frigidam sanat : cerebri, nervorum, articularum, ventriculi, intestinorum, hepatis, lienis, renum, ac uteri affectibus frigidis medetur, ac dolorem his succedentem abolet : rigori febrili spinæ dorsi illitum, paralyfi, nervorum vitijs, capitulis doloribus inveteratis, ac distillationibus auxiliatur, &c. Dosis ad gr. vj.

Eodem modo paratur *Oleum Omphacinum* ex olivis im-maturis, quod etiam *Oleum Rude* appellatur.

Oleum Laurinum per infusionem.

℞. Baccarum Lauri recentium, & foliorum eiusdem ana ℥viij. contusa infunde in ℥iij. olei per dies duos : mox adde vini optimi ℥iv. coquantur S. A. cola, & id repete secunda, & tertia vice. Convenit cum superiori sed mitius.

Oleum Ligni Sancti Magistrale.

℞. Ligni Sancti (cobinati) ℔j. aquæ vitæ ℔ij. infunde per dies tres : deinde adde olei baccar. lauri, anethi, & chamæmeli ana ℥iv. tacamalcæ pulveratæ ℥iv. olei communis ℔i℔. macera per dies octo : hinc coque in vase duplici ad aquæ vitæ exhalationem, cola, & ad usum asserva.

Vires: *Ad iuncturarum dolores à frigidis, & viscidis humoribus natos, magno cum emolumento adbibetur.*

Oleum Hyperici simplex.

℞. Florum viridium Hyperici semine prægnantium ℞j. olei ℞iij. vini electi ℥iv. infusa per dies 40. hinc coque S. A. cola, & asserva.

Vires: *Dolori pepbrítico, colico, & ischiadico confert: etiam in capitis ulceribus prodest.*

Oleum Hyperici compositum.

℞. Florum Hyperici ad maturitatem seminis ferè accedentium, & contusorum ℞j. olei veteris clari ℞ij. vini odoriferi ℞j. macerentur tribus diebus: deinde bulliant in duplici vase ad vini consumptionem: hinc expressioni adde, ut antea novos flores, & vinum, macera, coque, & exprime, idque repete ad tertiam vicem addendo in tertia infusione rebinthinæ claræ ℞j. croci ℥iv. cola, & asserva.

Vires: *Calefacit, & siccatur, essentia est tenuis, unde ad omnes dolores à frigido contractos valet, & anodynum existit: ischiadicis præterea, & varicibus utiliter adbibetur: contra dentium dolorem, podagram, chiragram, articularumque dolores salubre remedium: nervorum puncturis, & vulneribus efficax est, & illitu, ac fotu convulsiones prohibet, ambustis cicatrizes ducit, & vulnera glutinat.*

Oleum Nardinum ex Mesue.

℞. Spicæ Nardi ℥iij. maioranæ ℥ij. ligni aloes, enulæ, folij indi, calami aromatici, foliorum lauri, cyperi, schoenanthi, & cardamomi ana ℥iij. contusa humectentur cum vini, & aquæ fontanæ ana ℞j. & adde olei sesami ℞vj. macerentur per noctem: postidie coquantur in duplici vase ad humiditatis consumptionem, vel coquantur per horas tres in vase circulatorio commissuris probe lutatis, cola, & asserva ad usum.

Vires: *Calefacit, tenuat, digerit, modicè astringit, quo circa ijs auxiliatur, qui calore, & astrictione indigent, ut stomachicis, distillationi, ac thoracis vitio obnoxiijs: ventriculum fir-*

mat, & coctionem procurat: viscerum pblegmoni, iecoris inflammationi, ac pulmonum ulceribus illinitur: cerebri, & nervorum frigidos affectus sanat, ac aurium dolores mitigat, tremulis, & paralyticis summum est remedium: uteri praefactiones, oclusiones, & tumores suppositum discutit, aut etiam iniectum vesicae dolori, renumque calculis optulatur.

Oleum Croci Eiusdem.

℞. Croci ℥j. myrrhae electae ℥ss. aceti ℥ivss. olei ℥iijss. macerentur simul per dies quinque: sexto die adde cardamomi contusi ℥jx. calami aromatici ℥j. septimo die coquantur in duplici vase ad aceti consumptionem, vel in vase circulato rio, ut dictum est, cola, & ad usum asserva.

Vires: Nervos, ac uterum roborat, eorum dolores sedat, convulsioni, & uteri noxijs confert, durities dissipat, necnon corpori colorem vividum praestat.

Oleum Corticum Capparum.

℞. Corticis radicem capparis ℥j. cortic. radic. tamaricis, florum eiusdem, seminis agni casti, aspleni, & cyperi ana ℥ij. rutae ℥j. olei ℥ij. aceti albi acerrimi, & vini albi ana ℥ij. trita leviter infundantur per octiduum: deinde coquantur in duplici vase ad humiditatis consumptionem, coletur, & vsui asservetur.

Oleum de Capparibus Pharmacopoeae Regiae.

℞. Corticum radicem Capparum, & fructuum, aut potius gemmarum Capparum ana ℥jv. corticum radicis tamaricis, & summitatum eiusdem floridarum ana ℥ij. foliorum rutae recentium, cicuta, ceterach, seminis agni casti, & florum gentianae ana ℥j. radicem cyperi, & gentianae ana ℥ss. olei communis ℥iij. vini albi, & aceti fortis ana ℥ss. aut vini albi optimi, aceto omisso, ℥ij. Contundenda, contundantur, omniaque simul digerantur horis 24. super cineres calidos; deinde igne arenae humidae exhaletur humiditas, oleumque colatum vsui asservetur.

Vires: Lienis tumores duros, & scirrhusos adiuvat, eiusque obstructionibus valde familiare est.

Oleum Antipleuriticum Petri à Castro.

℞. Cucurbitas longiores, quas suspende per aliquos dies in loco concluso, quò Solis radij non pertingunt: deinde discindantur, & pulpa abijciatur, caroque à cortice separetur, & huius corticis accipe ℞j. olei vetustissimi ℞iij. coque simul ad humiditatis consumptionem, & cola in olla capacissima oleum, in quo extingue virgam ferream (non chalybeam) optimè accensam, repetendo id octodecim vicibus; semper ollam obturando, & hoc peracto vsui asserva.

Vires: In patella, benè calida infundatur parum huius olei, post accipiatur mapella immunda, quæ usurpata fuit, & complicetur in quadruplum, pariterque calefacta quantum perferre potest patiens, ponatur super stupam, & alligetur, ne oleum motu à parte affecta recedat: inungatur autem persequendo dolorem quocumque processerit. Quando Pleuriticus inunctus non incipiat expuere post quinque horas, renovetur inunctio.

Oleum Antipleuriticum, seu Balsamum Cucurbitæ ex Vidos.

℞. Cucurbitarum longarum scobinarum dum ad devitam magnitudinem excreverunt, & olei communis ana p. æq. coquantur in olla vitreata ad humiditatis consumptionem: hinc virga chalybis accensa extingatur in oleo, evolvendo huc, & illuc, idque repetatur vsiquequo oleum non deflagret, semper ollam optimè obturando; hoc peracto cola, vsuique asserva. Convenit cum superiori.

Oleum Aparicij Viride ex Segoviense Scheda.

℞. Olei ℞xij. rosmarini, & hyperici ana ℞xxj. rutæ, absinthij, chamæmeli, lentisci, verbasci, centaury, & sanguinariæ ana ℞ss. Herbarum contusarum infundantur in oleo, & insolentur per 30. dies: postea adde vini optimi ℞vj. lumbricor. terrestrium ℞j. cooperto vase coquantur S. A. & facta colatura adde resinæ pini ℞j. colophonix ℞ss. terebinthinæ abietinæ ℞ij. gummi Juniperi recentis ℞jv. dissolvantur igne lento, & iterum colentur: colaturæ adde subtiliter pulverata: myrrha electæ, & thuris ana ℞jv. mastiches ℞ij. sanguinis draconis ℞j. aloës hepaticæ, & boli armenæ ana ℞ss. optimè cum oleo calido misceantur per horas 4. hinc vas in
magis

magnam furfuris quantitatem sepeliatur, & frigefactum asservetur.

Oleum Aparicij Ioannis de Ongoijs.

℞. Vini albi generosi, & olei veteris ana ℥iij. flor. & folior. hyperici ℥ss. cardui benedicti, valerianæ, & salviæ domesticæ ana ℥iv. terebinthinæ venetæ claræ ℥ss. thuris masculi ℥v. myrrhæ ℥iij. sanguinis draconis ℥j. Herbarum contusarum coquantur cum oleo, & vino ad humiditatis consumptionem, deinde expressioni adde terebinthinam, & rursus bulliant lento igne per quadrantem horæ, & tunc addantur reliqua pulverata, & iterum bulliant aliquantulum, ut thus, & myrrha dissolvantur. Denique soli exponatur per dies decem in vase vitreo, deinde usui asservetur.

Vires: Hanc descriptionem ab ipso met Aparicio Catholici Regis Nostri Medico habuisse narrat præfatus Ioannes de Ongoijs, cui adscribuntur decem facultates sequentes: Prima est, quod omnibus vulneribus capitis confert. Secunda, omnibus plagis, seu vulneribus artuum, tam superiorum, quam inferiorum nempe brachiorum, & crurum. Tertia, confert omnibus vulneribus penetrantibus in quasumque parte fuerint. Quarta, ad sclopetorum vulnera valde proficuum est medicamentum. Quinta, omnibus apostematibus, seu tumoribus præter naturam mirifice succurrit. Sexta, hæmorrhoidibus ita proficit, ut omnes sanet. Septima, omnibus morbis arthriticis utilissimum est medicamentum. Octava, caneros omnes curat. Nona, morbum rennum valde opitulatur. Ultima, ulceribus, & plagis antiquatis maxime confert.

Oleum Moschellinum Nicolai.

℞. Olei puri ℥vj. vini odoriferi ℥ss. folij, aut macis, nardi indicæ, costi, & mastiches ana ℥ss. styracis calamitæ, croci, myrrhæ, cinnamomi, & cassiæ lignæ ana ℥vj. carpobalsami, caryophyllor. & bdellij ana ℥ss. moschi ℥j. nucis moschatae N. ij. Tere, ac macera per biduum in oleo, ac vino folium, myrrham, cassiam, carpobalsamum, & bdellium: deinde coque in duplici vase ad vini exhalationem: hoc peracto cola, & colaturæ insperge subtilissimè pulverata reli-

qua, præter moschum, & iterum macera, & coque paulisper: ultimo addito moschum, & omnia probè miscito, reponito, ac interdum vas agitato.

Vires: *Frigidis affectibus est præstantissimum, ventriculum præsertim roborat, & calefacit; dolores lateris illitum sanat, stranguriosis, colicis, ac nervorum omnibus propè vitijs confert.*

Oleum Castorij ex Arnaldo de Villanova.

℞. Pulvæ castorij non rancidi, nec nigri ℥j. olei antiqui ℔j. vini electi ℥ij. tere castorium, & omnia mista coque per horam in vase circulatorio ritè lutato, & asserva absque coelatura.

Vires: *Facultatem habet crassos humores existentes incidendi, & attenuandi: optimumque est in quibuscumque frigidis affectibus.*

Oleum Scorpionum Simplex Mesues.

℞. Scorpiones vivos circiter xx. vel paulò plus, vel minus, olei amygdalarum amarar. ℔ij. misce, ac insola dies 30. in vase vitreo stricti oris probè obturato: hinc cola, ac asserva.

Vires: *Lapidem renum, & vesicæ frangit, & expellit, lumbis, pubi, peritonæo illitum, aut per meatum urinarium iniecitum.*

Oleum Scorpionum Magnum Matthioli.

℞. Olei olivarum veratissimi ℔ij. florum recentium hyperici modicè conquassatorum M. iij. misce, ac insola in vase vitreo probè obturato per x. vel xij. dies: dehinc in calente B. M. macerentur horis 24. tum verò cola, & exprime. Hoc per actò.

℞. Florum virentium hyperici, chamædryos, calaminthæ, & cardui benedicti ana M. j. contusa macerentur in oleo prædicto per triduum in balneo; postea colentur cum expressione. Post hæc.

℞. Florum hyperici à caulibus repurgatorum, ac modicè contusorum M. iij. sumergantur in eodem oleo, ac per triduum itidem in balneo macerentur, colentur cum expressione: & eadem infusio reassumptis semper recentibus floribus reiteretur, donec oleum sanguineum colorem acquirat. His peractis.

℞. Granorum viridium hyperici, quod defluit, in cacumine plantæ natorum, in quibus semen continetur M. iij. contundantur, & vino albo meraco perfusa, in prædictum oleum immissa insolentur per octiduum: postea verò tridui spatio in balneo macerentur, colentur cum expressione, laborem hunc novis semper reassumptis seminibus ter, vel quater sic repetendo, vt oleum obscuri sanguinis colorem referat. Tunc verò:

℞. Scordij recentis, calaminthæ, centaurij minoris, cardui benedicti, verbenacæ, & dictamni cretici ana M. ss. tusa, in oleo supradicto macerentur per biduum in balneo, colentur, & exprimantur, vt supra. Postea:

℞. Zedoariæ, radicis dictamni albi, gentianæ, tormentillæ, aristolochiæ rotundæ ana ℥iij. scordij M. j. hæc omnia tusa, vt prius, macerentur in prædicto oleo rursus in balneo per triduum, colentur cum expressione. Oleo expresso, & colato infunde denuò styracis calamitæ, & laseris, seu benzoini ana ʒvj. baccarum Juniperi ℥ss. melanthij ʒij. cassiæ lignæ odoratissimæ ʒjx. junci odorati, & cyperi rotundi ana ʒss. santali albi ʒss. contusa immittantur in oleum, rursusque, vt antea per triduum in eodem balneo macerentur, tum colatum, ac expressum oleum calens superaffundatur trecentis scorpionibus vivis diebus canicularibus collectis, qui prius vitreo vase conclusi, ac calidis cineribus super impositi in iram exarserint, & sudare incœperint. Hi vñà cum hoc oleo tridui spatio in balneo macerati exprimantur, oleumque abiectis scorpionibus percoletur. In hoc rursus infunde rhabarbari electissimi, myrrhæ, & aloes hepaticæ ana ʒiij. spicæ ʒij. croci ʒj. Theriacæ, & Mitridatij ana ʒss. tundenda contundantur, ac cum cæteris oleo prædicto immergantur, macerenturque in balneo calente per triduum: postea absque colatura reponatur in usum.

Oleum Scorpionum Magnum Phar. Ang. Ren.

℞. Olei olivarum ℔iij. summitatum hyperici M. x. scordij M. ss. calaminthæ, & cardui benedicti ana M. j. herbæ contusæ macerentur in oleo per dies quatuor, aut quinque: hinc coquantur ad humiditatis consumptionem, colaturæ infunde radicem Zedoariæ, dictamni albi, gentianæ, & aristolochiæ rotundæ ana ʒiij. baccar. Juniperi, Styracis, ben-

374 *Tyrocinium Pharmaceuticum. Lib. II.*

benzoini, myrrhæ, Theriacæ, & Mitridatij ana ℥℥. cinnamomi ℥vj. scorpionum vivorum N. CCC. Macerentur simul per dies tres calore B. M. in cucurbita vitrea optimè operculata: deinde exprimatur, & coletur, ad usumque asservetur.

Oleum Scorpionum Compositum Pharn. Norimb.

℞. Olei Hypericonis terna infusione florum, & comarum facti ℔℔. scordij recentis M. ij. rutæ M. ℔. corticum citri, & styracis ana ℥vj. rhabarbari, myrrhæ, & aloes hepaticæ ana ℥iij. spicæ Indicæ ℥ij. croci ℥j. Theriacæ, & Mitridatij ana ℥j. scorpionum vivorum N. C. Macerentur simul in cucurbita vitrea igne B. M. per dies tres: deinde asserventur simul sine expressione, nec colatura.

Vires: Viperarum, aspidum, ac venenatorum animalium moribus auxilio est. Pulsibus, ac extimæ cordis parti ad sinistram mamillam inunctum, repetita per ternas horas illinitione, omnibus venenis per os sumptis, si modò ea corrodentia non fuerint, efficacissimè succurrit, quin etiam pestiferis morbis sic adhibitum medetur, nec non ab iisdem præservat.

Oleum Vulpinum.

℞. Vulpem integram interaneis exemptis, olei veteris clari ℔vj. salis communis ℥iv. anethi, & thymi ana M. ij. salviæ, rosmarini, & chamæpityos ana M. j. coquantur simul in vase circulatorio commixturis ritè lutatis donec caro ab ossibus recedat: hinc vasis refrigeratis fiat colatura, & asservetur oleum in usum.

Vires: Discutit, digerit, ac resolvit humores crassos, & frigidos, ob id usus eius est ad nervosi generis iniurias frigidas, & articulares affectus.

Oleum de Catulis.

℞. Catulorum canis nuper natorum N. ij. olei violati ℔vj. vini rubri ℔j. lumbricorum terrestrium ℥iij. florum tœchadis, anthos, chamæpityos, lavendulæ, chamæmeli, & anethi ana M. j. bulliant omnia in B. M. ad humiditatis consumptionem: deinde cola, colaturæ adde terebinthi-

na ℥ss. Spiritus vini ℥jv. & asserva in vase vitreo probè clauso.

Vires: Anodynum est in vulneribus: articularum doloribus confert, & nervis à causa frigida imbecillioribus roborandis: nervosumque genus omne illitum recreat.

Oleum Catellorum Compositum, seu Baculum Paralyticorum.

℞. Olei olivarum ℥vj. catellorum nuper nator. N. ij. lumbricorum. terrestrium lotor. ℥ij. coquantur in vase clauso leni calore per horas duas: hinc colaturæ adde axungia gallinæ, axungia equi, & olei scorpionum Mesues ana ℥ss. gemmarum populi recentium, summitatum hyperici semine prægnatar. ana ℥ij. chamæmeli, lavendulæ, salviæ, rutæ, serpilli, stœchad. origani, pulegij, rosmarini, & absynthij ana ℥ij. contusa macerentur in loco calido vase vitreo probè clauso per dies octo: deinde in balneo coquantur ad humiditatis consumptionem, cola, ac asserva. Convenit cum superioriori maiori cum efficacia.

Oleum Viperarum Mesues.

℞. Viperarum vivarum ℥ij. olei sesami ℥ij. & ℥iij. coquantur igne lento in vase vitreo obturato donec caro ab ossibus decidat, cola, ac asserva.

Vires: Cutim extergit, & impetigines, aliaque cutis vitia sanat.

Oleum Lumbricorum Terrestrium.

℞. Lumbricorum Terrestrium probè lotorum ℥ss. Olei rosari ℥ij. vini ℥ij. coquantur in duplici vase ad humiditatis consumptionem, cola, ac asserva.

Vires: Anodynum est, cuius fotu nervi recreantur, vulnera, resolutionesque eorum curando.

Oleum Lacerti.

℞. Olei communis ℥iij. Lacertorum vivorum N. jv. plus, minus vè secundum magnitudinem, seu parvitatem suam, coque ad humiditatis lacertorum exhalationem, colaturam asserva pro faciei rubedine emendanda illitum.

Oleum Reginae.

℞. Olei sesami, & communis ana ℥ij. Lacerti vivi N. j. benzoini ℥ij. Styracis calamitæ ℥j. decocti abrotani masculi ℥ss. Lacertus, & decoctum misceantur cum oleis, & coquantur in olla vitreata ad humiditatis consumptionem; hinc adde gummata, quibus solutis cola, ac asserva.

Vires: Adhibetur ad producendos capillos, & eorum destivium prohibendum: idque utilius consequetur, si prius pilorum destivio cum Lanado, & vrsi pinguedine glabris locis illinatur.

CAPUT XXVI.

DE VNGUENTIS, ET BALSAMIS

*Vnguentarijs.**Vnguentum Rosatum Mesues.*

℞. Axungia porcina recentis novies cum aqua calente, & toties cum aqua frigida lotæ, & rosarum rub. recent. contular. ana ℥vj. mista, detineantur per dies septem: deinde coquantur igne lento ad humiditatis consumptionem; cola, ac exprime: Rursus tantundem rosarum, vt antea colaturæ adde, & macera per dies septem, & adde succi rosar. rub. ℥iij. coque igne lento ad humiditatis consumptionem; cola, & frige factum separa Vnguentum à foecibus, cui misce olei amygdalar. dulcium ℥j. vsuique asserva.

Vires: Calorem immoderatum extinguendo, phlegmonas omnes, erysipelata, & herpes sedat: dolorem capitis à causa calida, & ventriculi, renum, & hepatis incendium mitigat.

Vnguentum Rosatum Santalatum.

℞. Vnguenti Rosati ℥j. pulveris santali rubri ℥ss. misce, ac asserva.

Vires: Valet in hepatis intemperie calida, & in dolore renum ex intemperie calida contracto, & similibus.

Vnguentum Pomorum ex Valentina.

R. Axungia porcinae recentis, & abluta ℥vj. Pomorum dulcium redolentium minutim incisorum ℥iij. aquae rosata ℥ss. coquantur in vase terreo vitreato ad humiditatis consumptionem, suspendendo inter coquendum, identidemque fricando, contusa, & in panno ligata benzoini optimi, & styracis calamitae ana ℥ij. caryophyllorum ℥j. deinde cola, & post refrigerationem à foecibus separa, diuque agitato, vsuique asserva.

Vires: Valet ad faciem decorandam, & etiam vitia labiorum, & narium, rimasque manum, & pedum emendanda.

Vnguentum Citrinum ex Hyeronimo De la fuente.

R. Axungiae albiſſimae lotae ℥vj. cerussae lotae, & pp. ℥iij. liquefacta axungia, ei permisce cerussam, agita, & transcola per pannum lineum subtilem, & in parte colaturae dissolve camphorae ℥ij. & misce cum reliquo vnguento semper agitando, ad refrigerationem vsque, vsuique asserva.

Vires: Valet ad faciem decorandam, & impetigines delendas: Appellatur etiam Vnguentum Album Camphoratum.

Vnguentum Populeon Nicolai Emendatum.

R. Oculorum, seu Gemmarum Populi recentium ℥iſſ. Axungia porcinae recentis ℥iij. Gemmae Populi contundantur, & macerentur in axungia, donec sequentes herbae collectae fuerint: **R.** Foliorum papaveris nigri, mandragorae, cymarum rubi tenerimarum, hyoscyami, solani, lactucae, vermicularis, sempervivae maioris, bardanae, violariae, & umbilici veneris ana ℥iv. herbae contusae misceantur cum Axungia, & Oculis Populi, & coquantur ad humiditatis consumptionem, cola cum expressione, vsuique vnguentum frigefactum asserva.

Vires: Somnum conciliat, & febrificantibus, ac caput dolentibus propter calorem inunctum fronti, & temporibus, aut plantis pedum, aut manuum carpis prodest.

Vnguentum Album Rhafis.

℞. Olei rosati ℞j. cerussæ pulveratæ ℞ss. ceræ albæ ℥iij. li-
quesiat cera in oleo, postea addatur cerussa, & agitetur un-
guentum usque ad refrigerationem, usuique asservetur.

Vires: *Valet ad pruritum, scabiem, adustionem, ulcera, pustu-
larum eruptiones, acrem serpiginem, intemperiem ulcerum ca-
lidam, aliaque multa cutis vitia sananda.*

Vnguentum Minij.

℞. Olei rosati ℞j. Minij pulverati ℞ss. ceræ albæ ℥iij. fiat, vi
supra dictum. Convenit cum eo.

Vnguentum Magistrale.

℞. Olei rosati ℞iij. ceræ albæ ℥jv. cerussæ ℥iij. lithargyrii ℥ij.
minij ℥iij. liquefacta cera in oleo, misce cerussam pulvera-
tam, & agita aliquantulum: deinde adde lithargyrium, & vl-
timo minium semper agitando usque ad refrigerationem,
usuique asserva. *Convenit cum unguento Albo, & de Minio,
& præterea fomiculis applicatur.*

Vnguentum Plumbi Leonardi de Bertapalia.

℞. Olei rosati ℞ij. & ℥iij. ceræ ℥jx. Plumbi viti pp. & lithar-
gyrii ana ℥ij. cerussæ, & antimonij pp. ana ℥j. fiat Vnguen-
tum S. A.

Vires: *Valet ad ulcera cancerosa, exiccat, tergit, calorem prurigin-
osum mitigat, &c.*

Vnguentum Diapompholigos, seu de Tutia.

℞. Olei rosati ℞j. succi granorum iolani ℥viij. bulliant simul
ad humiditatis consumptionem: hinc adde ceræ albæ ℥iij.
liquefacta cera adde cerussæ lotæ ℥jv. plumbi viti, & tutiæ
pp. ana ℥ij. thuris ℥j. fiat vnguentum.

Vires: *Prestantissimum est ad ulcera sananda, eorum enim
calorem mitigat, humiditatem seccat, malignitatem cancerosam
domat, dolorem lenit, cavitatem carne implet, & ad cicatrizem
perducit. Maxime autem tibiaryæ vlscribus prodest.*

Vnguentum Lithargyrij.

℞. Lithargyrij subtiliter pulverati, & olei rosati ana ℥ij. aceti rosati ℥iij. coquantur simul ad linimenti duriusculi consistentiam, & extra ignem adde olei rosati ℥ss. misce optimè agitando: mox iniice in mortario continenti olei rosati ℥ss. & cum pistillo diu magno cum labore agita: hinc adde aceti albi ℥ij. Continuetur agitatio diu, vt fiat exacta mixtio, & albescat: postea adde olei rosati q. s. vt continua agitatione fiat vnguentum iustæ consistentiæ, vsui asservandum.

Vires: *Valet ad refrigerandum, & sæpè magno cum successu in pruritu, scabie, & similibus applicatur.*

Appellatur etiam *Vnguentum Nutritum, & Vnguentum Triapharmacum.*

Vnguentum Album Sarracenam ex Valentina.

℞. Lithargyrij, & cerussæ ana ℥iij. olei rosati ℥ss. aceti rosati ℥ij. coquantur ad cerati consistentiam: hinc in mortario æneo optimè agita addendo aquæ rosatæ ℥ij. albuminum ovorum N. ij. iterum agitato, & ℞. Olei rosati ℥ss. sevi caprini ℥ij. liquefac, & affunde prædictis, iterum diu, ac fortitè agita, & sub finem misce mastiches albæ pulveratæ ℥ß. seminis cucurbitæ per setaceum equinum traiecti ℥iij. camphoræ gr. vj. denuo diu agita, vt fiat perfecta mistio, ac serua.

Vires: *Valet in ulceribus ad repellendum, & refrigerandum, partibus circumstantibus appositum: etiam erysipelata reprimat, & ambustis medetur.*

Vnguentum Viride Oliberis.

℞. Vnguenti Plumbi, Tutia, Lithargyrij, & Albi Rhafis ana ℥ij. Populeonis ℥jv. succi solatri ℥iij. olei rosati omphacini ℥ß. misce in mortario plumbeo diu agitando, vsuique asserva.

Vires: *Valet in ulceribus, ad eorum inflammationes mitigandas, corrosionesque absorbendas.*

Vnguentum Ophthalmicum, vulgò De los Capuchinòs.

℞. Butyri suilli recentis novies aqua rosata loti ℞j. viridis æris, rutia ꝑꝑ. & stercoris lacerti ana ℥ß. camphoræ ℥ij. ceræ albæ ℥ij. Vnguenti rosati ℞ß. liquabilia liquentur, quibus misceantur reliqua subtilissimè pulverata, vt fiat vng.

Vnguentum Ophthalmicum aliud ex Valentina.

℞. Vnguenti Pomorum, & Rosati ana ℞ß. rutia ꝑꝑ. ℥iß. misce exactè.

Vires: Si ad angulos, & palpebrarum ora adhibeantur, humorum fluxiones arcent, acrimoniam mitigant, dolorem sedant, calorem temperant, &c.

Vnguentum Calcis.

℞. Calcis novies lotæ, exiccatae, & pulveratae ℥ij. olei rosati ℞j. ceræ albæ ℥ij. fiat vng. S. A.

Vires: Ambusta curat; valet etiam ad pruritum, eryspelatæ, & antiqua tibiaram ulcera.

Vnguentum ad Ambusta.

℞. Stercoris recentis Equi ℥jv. Axungia porcina ℞j. frignantur ad humiditatis consumptionem, expressioque vsui afferretur.

Vnguentum contra Scabiem.

℞. Axungia porcina ℞iß. terebinthina ℥xv. lithargyrii ℥x. cerussa, & mercurij sublimati ana ℥iß. vitellorum ovorum N.x. succum decem limonum, misce, vt fiat vnguentum.

Vires: Confert ad scabiem, & pruritum, cuius feruorem temperat, vitiosum humorem cuti impactum extergit, mitigat, & emendat.

Vnguentum Herpeticum, vulgò de Zabila.

℞. Succu Sebar ℞ß. pulveris Ioannis Vigonis ℥ß. Vnguenti Tutia, Plumbi, Minij, Magistralis, & Albi Rhasis ana ℥jv. misce, & diu agita in mortario plumbeo, vt fiat exacta mistio.

Vires: Mirificè curat scabiem, herpes, fissuras, aliaque cutis fœditates, ulceraque mundificat.

Vnguentum Rubeum ex Bertapalia.

℞. Olei rosati ℞℞. ceræ ℥vj. liquefacta cera adde lithargyrii pulverati ℞℞. pulveris Ioannis Vigonis ℥ij. misce, ac agita ad refrigerationem vsque, ac ad usum asserva.

Vires: Ulcera putrida extergit, cicatrizem inducit.

Vnguentum Aegyptiacum ex Guidone.

℞. Mellis ℞j. aceti albi acerrimi ℞℞. floris æris pulverati ℥j. aluminis pulverati ℥℞. coque simul semper agitando ad vnguenti consistentiam.

Vires: Ad ulcera antiqua, & fistulosa extergenda mirifice valet: putredinem aufert, saniem absorbit, carnem excrescentem, & mortuam exedit.

Vnguentum Apostolorum.

℞. Ceræ flavæ, resinæ, terebinthinæ, & gummi ammoniaci ana ℥xjv. galbani, & myrrhæ ana ℥℞. lithargyrii ℥jx. aristolochiæ longæ, thuris, & bdellij ana ℥vj. opoponacis, & floris æris ana ℥ij. olei communis ℞ij. Gummata dissolvantur in aceto, coeantur, & lenissimo igne inspissentur ad mellis consistentiam: deinde in aliud vas coque ad linimenti consistentiam oleum, & lithargyrium cum libra vna aquæ, quibus postea adde ceram, & terebinthinam, & liquefacta affunde hæc gummatis semper agitando: tandem adde aristolochiam, & thus subtiliter pulverata, agita, & ultimo adde viridem æris, misce agitando, vsuique asserva.

Vires: Vulnèra, & ulcera contumacia, & fistulas expurgat, & detergit: fungosam, aut mortuam carnem exedit, absorbit, & novæ restitutionem accelerat. ad Erysipelam dissolvit in aq. v. v.

Vnguentum, seu Ceratum Balsamicum.

℞. Olei ℞ij. lithargyrii pulverati ℥jv. coquantur igne lento per quadrantem horæ in vase terreo vitreato, & adde cerossæ pulveratæ ℞℞. continuetur decoctio per aliam quadrantem horæ, & adde terræ sigillatæ pp. ℥ij. coquamur ad emplastri consistentiam: tunc adde ceræ citrinæ ℞j. saponis rasi, & colophonix ana ℥jv. liquefactis, & semi refrigeratis adde Balsami nigri ℥ij. misce, & frigesactum ad usum asserva.

Vires: Prodest in ulceribus quibuscumque, strumis, apostematibus frigidis, inflammationibus, carbunculis malignis: aperit, expurgat, resoluit, cicatrizem inducit, &c.

Vnguentum Alabastris ex Augustana.

R. Succi chamameli ℥iv. succi rosar. ℥ij. succi rutæ, & betonica ana ℥i℥. mucilaginis radicis althææ ℥ij. olei rosati omphacini ℔i℥. coquantur simul ad humiditatis consumptionem: colaturæ adde ceræ ℥jv℥. liquefacta cera insperge alabastris pp. ℥iij. misce, ut fiat vnguentum.

Vires: Capitis dolorem mitigat, si vè is fuerit per consensum, aut per essentiam in febre, & extra febrim, & omni tempore paroxysmi, excepto principio. Livores ex percussionibus auferit.

Vnguentum Defensivum de Bolo ex Fragofo.

R. Olei Mastiches, cydoniorum, & rosati ana ℥iij. aceti rosati ℥iij. bulliant ad humiditatis exhalationem, & adde ceræ albæ ℥ij. & ℥ij. liquefacta cera adde pulveris santali rubri ℥℥. boli armenæ pp. ℥ij. agita vsque ad refrigerationem, vsuique asserva.

Vires: Vim habet refrigeratorem, astringentem, & roborantem, optimèque convenit initio fluxionum calidarum, proinde incipienti pblegmoni, erysipelati, & similibus prodest.

Vnguentum Refrigerans Galeni.

R. Olei rosati omphacini ℥jv. ceræ albæ ℥j. liquefacta cera in oleo adde aquæ frigidissimæ quantum agitatione accipere possit vnguentum, & albeat: postremo adde pauxillum aceti rosati.

Vires: Vbi cumque refrigeratione, & humectatione opus est, eius usus esse poterit: heceticis prodest, nec non renum dolori à causa calida proveniente opem fert.

Vnguentum Cucurbitæ ex Ludovico de Oviedo.

R. Succorum depuratorum portulacæ, plantaginis, solatri, & cucurbitæ ana ℔℥. olei amygdalarum dulcium, & violati ana

ana ℥viij. coquantur igne lento ad succorum consumptionem, & cum oleo colato, & ceræ albæ ℥jv. fiat unguentum.

Vires: Valet ad corrigendam siccam intemperiem, & aliquantulum calidam: nam per excessum est frigidum, & humidum, ideoque valet ad consumptos hecticos, ad macie laborantes, contractos in febris ardentibus, & ad renum inflammationes.

Unguentum Resumptivum.

℞. Olei rosati, violati, nenupharis, & amygdalarum dulcium ana ℥j. axungia gallinæ, & medullæ cruris vaccæ ana ℥℔. ceræ albæ ℥j. liquefiant, & frige factum unguentum asserua. Convenit cum prædicto.

Unguentum Pectorale ex Phar. Aug.

℞. Butyri recentis ℔℔, olei amygdalar. dulc. ℥jv. olei chamæmeli, violati, & ceræ albæ ana ℥iij. adipis anatis, & gallinæ ana ℥ij. liquefactis adde pulveris iridis ℥ij. pulv. croci ℥℔. fiat unguentum.

Vires: Anodynum est in pectoris doloribus, & in pleuritide: resolvit, & spatium faciliat.

Unguentum Cordiale Gaineri.

℞. Olei nenupharis citrini ℥iij. ceræ albæ lotæ ℥vj. camphoræ gr. iij. liquefactis adde pulveris florum nenupharis citrini ℥j. santali rubri, seminis acetosæ, & corallij pp. ana ℔j. margaritar. pp. & ossis de corde cervi ana ℔℔. misce, vt fiat unguentum, quod valet ad cordis affectibus calidis.

Unguentum Cordiale Aliud.

℞. Unguenti Rosati ℥iij. olei Nucistæ expressi ℥j. olei distillati corticis citri ℔℔. olei rosarum distillati gr. vj. olei cinnamonomi gr. v. Balsami Apoplectici ℔j. misce exactè liquando simul unguentum, oleum Nucistæ, & Balsamum, quibus frige factis addantur olea distillata.

Unguentum Pleuriticum Regis Savoris ex Mesue.

℞. Olei violati ℥ij. ceræ ℥℔. adipis anatis, & gallinæ ana ℥v. hyssopi humidæ ℥j. butyri ovis sæpè in aqua hordei loti ℥℔.

mucilaginis seminis althææ, & lini ana ℥x. fiat Vnguentum.

Vnguentum Pleuriticum, seu Resolutivum Pharm. Aug.
℞. Seminis lini, althææ, & fœnugræci, gummi arabici, & tragacanthi ana ℥ij. aquæ tepidæ ℥viij. infundantur per 24. horas: hinc colaturæ adde butyri recentis ℔ss. adipis, gallinæ, anseris, anatis, olei violati, chamæmeli, & amygdalarum dulc. ana ℥ij. coquantur ad humiditatis consumptionem; colaturæ adde ceræ flavæ ℔ss. œsypi humidæ ℥ss. liquefiant simul, & frigesactum vnguentum asserva.

Vires: Laterum, ac pectoris dolores mitigat, tussim sedat, maturat: excreationem, & expectorationem iuvat, humores crassos digerit, & attenuat.

Vnguentum Filij Zachariæ vsuale.

℞. Mucilaginis seminis lini, ceræ citrinæ, medullæ cruris vaccæ, adipis gallinæ, & anatis ana ℔ss. olei seminis lini ℔j. liquefiant, & agitentur diu extra ignem, vt fiat exacta mistio, ad vsunque asserva.

Vires: Tophos in articulis emollit, & dissolvit: sputum in morbis thoracis, & pleuritiidis faciliat.

Vnguentum Althææ ex Nicolao.

℞. Olei Althææ ℔ij. ceræ albæ ℔ss. colophonix, & resinæ anæ ℥ij. terebinthinæ, & galbani soluti, colati, & ad vnguenti consistentiam inspissati ana ℥j. omnia simul liquefiant, & agitentur extra ignem, & iusta refrigerationem insperge pulveris gummi hederæ ℥j. misce exacte, vt fiat vnguentum.

Vires: Calfacit, emollit, lenit, humectat, & digerit, obid intemperiem frigidam tollit, nervorum duritiei prodest: siccitatem nimiam emendat: pleuritidi, & alijs affectibus ab humore crudo musculis adherente natis medetur.

Paratur etiam hoc vnguentum omisso galbano, & gummi hederæ, & appellatur Vnguentum Althææ Simplex.

Vnguentum Althææ Simplex aliud ex Valentina.

℞. Olei Althææ ℞ij. ceræ albæ ℞ss. liquefiant simul: deinde coagulatum vnguentum asserva.

Vires: Levem habet facultatem digerendi, & magis insignem emolliendi, hinc usus eius est in bubonibus, & alijs inflammationibus in quibus opus est id efficere.

Vnguentum Nervinum Lemortis.

℞. Vnguenti Althææ ℞ij. pinguedinis anatis, anseris, canis, & cati, olei anethi, chamæmeli, lauri, lumbicorum, & vulpini ana ℞j. olei terebinthinæ, euphorbij, petræ, & Nardini ana ℞ss. ceræ flavæ ℞ss. liquefiant simul igne moderatissimo, ad usumque frigefactum asserva.

Vires: Anodynum est insigne in nervorum doloribus à frigidis, & crassis humoribus ortis: contractura nervorum, spasmo, & similibus confert.

Vnguentum Aregon ex Nicolao.

℞. Radicis ari, & cucumeris asinini, summitatum maioranæ, rosmarini, serpylli, & rutæ ana ℞jx. radicis bryoniæ, foliorum lauri, salviæ, & sabinæ ana ℞ss. pulicariæ maioris, & minoris, & laureolæ ana ℞ss. nepetæ, & foliorum cucumeris asinini ana ℞j. Pistentur optimè, & infundantur per dies septem in ℞x. olei: mox coquantur igne lento ad humiditatis exhalationem, exprime, & cola: hinc colaturæ ℞. ℞v. adipis vrsi, & olei laurini ana ℞ij. butyri ℞iv. ceræ ℞xv. liquefiant, & extra ignem adde pulveris pyrethri, euphorbij, zingiberis, & piperis ana ℞j. mastiches, & olibani ana ℞vij. deinde adde olei moschelini ℞ss. petrolei ℞j. fiat vnguentum.

Vires: Convulsioni, & paralyfi conducit: spinæ, & renura dolores, ac colicos cruciatus sanat: ad omnem stomachi, & ventris dolorem, urinamque mulierum malam, quartanam, & morbum comitalem valet: articularios morbos iuvat, & rigores febrium spinæ illitum discutit: item scabiei ex lue venerea confert.

Vnguentum Martiaton Eiusdem.

℞. Rosmarini, & foliorum lauri ana ℥xvj. rutæ ℥xjv. foliorum tamaricis ℔j. ebuli, sabinæ, maioranæ, balsamitæ, salviæ, ocymi, polij veri, calaminthæ, artemisiæ, enulæ, betonicæ, branca vrsinæ, asperulæ, herbæ venti, pimpinellæ, agrimonæ, absynthij, herbæ paralytis, herbæ Sanctæ Mariæ, cymarum sambuci, herbæ crasulæ, mille folij, sempervivæ maioris, chamædryos, centaurij, plantaginis minoris, fragariæ, quinque folij, & herbæ tetrahit ana ℥ix. radice althææ, comarum myrti, & cumini ana ℔℔. foenugræci ℥iij. vrticæ, violariæ, papaveris rubri, menthæ sarracenicæ, menthæ vulgaris, lapathi acuti, polytrici, cardui benedicti, matris sylvæ, solatri, herbæ muschata, alleluia, linguæ cervinæ, crisapulæ, camphorata, ana ℥j. Omnia in Maio, vel Junio Mense collecta, & incisa macerentur in vino odorifero per dies septem: hinc adde olei ℔xvj. & coque ad humiditatis consumptionem, cola, & colaturæ accipe ℔viii. ceræ albæ ℔ij. butyri ℥x. medullæ ossium cervi ℥℔. adipis vrsi, & gallinæ ana ℥j. quibus liquefactis adde styracis calamitæ ℥℔. prius in mortario calido optimè pistata, & cum ℥ij. olei Nardini soluta: deinde adde pulveris mastiches, & thuris ana ℥j. misce exactè, vt fiat vnguentum.

Omnes herbæ assignatæ simul haberi haud possunt, ob id quæ simul habeantur in vino macerentur per septem dies: hinc addatur proportio olei respondentis ex assignato, & coquantur: atque ita fiat cum reliquarum herbarum copia, & oleo, infundendo in vino, & coquendo in oleo. Sunt qui vino omiso infundunt herbas in oleo diversis temporibus, prout haberi possunt, & postea simul coquunt.

Vnguentum Martiatum reformatum.

℞. Radicis enulæ campanæ, & seminis foenugræci ana ℥iij. Nardi Indicæ ℥i℔. foliorum recentium rosmarini, rutæ, maioranæ, ebuli, sabinæ, menthæ, salviæ, basilici, absynthij maioris, costi hortensis, origani, abrotani maris, lauri, polij montani, & nepethæ, ana M. i℔℔. florum stoechados Arabicæ, sambuci, & chamæmeli ana M. ij. Contusa omnia macerentur loco calido per dies octo in vase ritè clauso cum olei communis ℔vij. ceræ flayæ ℔i℔℔. butyri maiatis, &
axun-

axungia gallinae ana ℥iv. Deinde coquantur in balneo arenae humido ad humiditatis exhalationem: hinc coletur cum expressione, cui defoecatae adde medulae cervinae, seu vacinae, terebinthinae electae, & olei laurini ana ℥iv. liquefactis, & semina refrigeratis permisce styracis liquidae ℥ij. pulveris myrrhae, olibani, & mastiches ana ℥j. ad usumque unguentum asserva.

Vires: Doloribus à frigore natis, & convulsioni utile est: nervorum resolutiones iuvat, tumores, & durities emollit: lieni indurato confert: ad lienosos enim, & hydropicos expertam habet commendationem: livorem cati emendat, nervorum, & articularum tumores frigidos discutit, eorumque dolores sedat.

Unguentum Agrypa Nicolai.

℞. Radicis bryoniae ℔ij. radicis cucumeris asinini ℔ij. radicis scyllae ℔ss. radicis iridis ℥iij. radicum filicis, ebuli, & tribuli marini, vel ari ana ℥ij. conquassentur omnia, & mace- rantur per dies octo in olei ℔vj. hinc coquantur ad humiditatis exhalationem: deinde fortiter exprimantur, & pro unaquaque libra olei colati adde cerae albae ℥iij. qua liquata, & unguentum frige factum ad usum asserva.

Vires: Ad hydropicos, lienosos, & ventre dolentes utile est: illitum super ventrem eum laxat.

Unguentum Arthanita malus Mesues.

℞. Succu Arthanitae ℔iij. succu cucumeris asinini, & butyri vaccini ana ℔ij. olei irini ℔ij. pulpae colocynthidis ℥iv. polypodij ℔ss. euphorbij ℥ss. contusa quae contundenda mace- rantur omnia simul per octiduum: postea ferve fiant semel in duplici vase: deinde colaturae adde in aceto soluta sagapeni ℥vj. & ℔ij. myrrhae ℥ij. & ℔ij. & coquantur ad succorum consumptionem: hinc adde cerae ℥v. felis vaccini ℥vj. & ℔ij. fervefiant donec cera liquefiat: post modum insperge paulatim semper agitando pulveris scammonij, aloes, meceroneis, colocynthidis, & turpethi ana ℥vj. ℔ij. euphorbij, pipetis longi, zingiberis, & chamamelii ana ℔viij. salis gemmae ℥ss. misce, ut fiat unguentum.

Vires: Illitum stomacho vomitu purgat: hypogastrio autem unctum alvum deiecit, obid hydropicos mirè iuvat: seorsum

excrementam largè vacuando, vermes quoque necat, & educit;
adhibetur ijs, qui purgans medicamentum sumere nequeant.

Vnguentum Cicuta.

℞. Radicum recent. bryoniæ, herbarum recent. absynthij,
chamæmeli, & folior. recent. tamaricis ana ℞ss. succi cicuta
ta ℞j. olei ℞iij. radices, & herbæ conquassentur, & omnia
simul coquantur ad humiditatis consumptionem: in colatura
dissolve ceræ citrinæ ℞ss. & adde gummi ammoniaci in suc-
co cicutæ soluti, & ad vnguenti consistentiam inspissati ℞ss.
misce exactè, vt fiat vnguentum.

*Vires: Valet ad opilationes lienis, & hepatis discutiendas,
eorumque tumores præcauendos.*

Vnguentum contra opilationem Splenis ex De la fuente:

℞. Succor. depurator. apij, & petroselini ana ℞ij. olei capparis,
& Irini ana ℞viij. olei amygdalar. amarar. ℞vij. coquantur
ad humiditatis consumptionem: colaturæ adde ceræ albæ
partem quartam, quâ liquatâ adde pulveris schoenanthi, sco-
lopendriæ, corticum capparum, & seminis agnicassi ana ℞ij.
fiat vnguentum.

Vnguentum contra opilationem Iecoris Eiusdem.

℞. Succor. depurator. apij, petroselini, foeniculi, absynthij,
& cichorij ana ℞jv. olei ℞j. olei amygdalar. dulc. ℞ss. co-
quantur ad humiditatis consumptionem, & in colatura li-
quesiant ceræ ℞jv. & extra ignem adde pulveris spicæ ℞j.
Ipodij ℞j. santali rubri ℞iiij. fiat vnguentum.

Vnguentum de Succis contra opilationem ventris Eiusdem.

℞. Succor. depurator. apij, petroselini, foeniculi, absynthij, &
cichorij ana ℞jv. vini albi, & aceti albi ana ℞iij. olei comm.
℞j. olei amygdalar. amarar. ℞ss. coquantur ad humida-
tis consumptionem: colaturæ adde ceræ ℞jv. fiat vng.

Vnguentum Desopilatiuum, seu Spleneticum.

℞. Succo Nicotianæ, & Gummi Elemi ana ℞ij. olei Hyperici
℞ss. resinæ, & ceræ flavæ ana ℞j. pulveris gummi ammo-
niaci ℞j. radiceis aristolochiæ longæ, rotundæ, & bryoniæ
ana ℞j. Oleum, cera, resina, & succus coquantur simul ad
hu.

Humiditatis exhalationem: deinde in eis liquefac gummi elemi, cola, & iuxta refrigerationem misce reliqua pulverata, ac asserva.

Intervire potest loco trium vnguentorum supradictorum.

Vnguentum Ebulorum ex Laguna.

℞. Succi radiceis, & foliorum ebuli ana ℥ij. olei chamæmeli ℔ss. coque ad succorum consumptionem, & in colatura liquefac ceræ ℥ss. & post refrigerationem lava cum aceto rosato, vel potius nutre, ad vltimumque asserva. Appellatur etiam *Vnguentum Chamaæctes*.

Vires: Valet ad hydropem, lavendo antequam applicetur ventrem, & crura decoctione radicum, & foliorum ebuli, in lixivio forti, cum sale parata.

Vnguentum Enulatum cum Mercurio.

℞. Radicis enulæ in aceto non nimis forti coctæ, tritæ, & per cribrum traictæ ℔j. axungia veteris salitæ, & olei communis ana ℥iij. ceræ novæ ℥j. terebinthinæ claræ, & mercurij vivi ana ℥ij. salis communis ℥ss. Extinguatur mercurius cum terebinthina, & axungia, quibus adde oleum, & ceram liquatam prius in oleo, agita, & adde pulpam enulæ, & salem semper agitando in mortario, vt fiat exacta mistio.

Vires: Ad prurimum, scabiem siccam, humidam, & à quacumque causa ortam, atque alias cutis foeditates mirè effacæ est.

Vnguentum ad Perniones.

℞. Olei rosati ℥ij. succi napi ℥jv. coquantur ad succi consumptionem, & cum ceræ ℥ss. fiat vng.

Vnguentum ad Vermes.

℞. Pulv. Centaurij minoris, absynthij, & farinae lupinorum ana ℥j. pulpæ colocynthidis tritæ, & aceto maceratae, & postea siccatae ℥ij. Olei amygdalar. amarar. ℔ss. ceræ ℥ss. fiat vnguentum consistentiæ iustæ.

Vires: Plurimum valet ad lumbricos interficiendos, si eo umbilici regio vngatur, vel totum abdomen, aut eius portio cum de-

decocto enematis communis, per sedem in album injiciatur.

Vnguentum Pomi Aurei.

R. Pomorum Aureorum (vulgò *Tomates*) conquassatorum, & butyri maialis recentis ana p. æq. coque simul ad humiditatis consumptionem: hinc exprime, & expressioni adde æqualem portionem pomorum aureorum conquassatorum, coque, vt antea, exprime, cola, & asserva.

Vires: Vfus eius est in hæmorrhoidum doloribus sedandis.

Vnguentum Mala Insana ex Donzellio.

R. Malorum Insanorum (vulgò *Verengenas*) q. v. minutim terantur, & oleo rosato cooperiantur, & coquantur ad humiditatis consumptionem: colaturæ adde ceræ citrinæ q. s. vt fiat vnguentum, cui in fine adde viridis æris parum, quantum scilicet satis est ad colorem conciliandum.

Vires: In sanandis hæmorrhoidum doloribus miranda præstat, eoque quedam vetula pro arcano vtens incredibilem pecunia copiam adeptæ est.

Vnguentum Comitisse ex Pharmac. Aug.

R. Corticum medianorum castanearum, (idest membrana subbra inter corticem, & carnem interposita) corticum medianorum glandium, & quercus arboris, baccar. myrti, equiseti, gallarum, corticum fabarum, acinorum vvarum, calicium glandium, sorborum immaturorum siccorum, mespilorum immaturorum siccorum, foliorum capparis, foliorum pruni sylvestris, & radicis tormentillæ ana ℥i℥. contusa coquantur in aquæ ℥viij. ad dimidias: colaturæ adde olei myrtillorum, & communis ana ℥i℥. coque iterum ad humiditatis consumptionem: hinc adde mastiches electæ ℥iv. ceræ albæ ℥viii℥. liquefactis insperge pulveres sequentes: corticum medianorum castanearum, corticum medianorum glandium, & corticum medianorum quercus ana ℥j. gallarum, succi hypocistidis, cineris ossium cruris bovis, baccarum myrti, acinorum vvarum, & sorborum immaturorum ana ℥℥. Trochiscorum de Karabæ ℥ij. misce exactè, vt fiat vnguentum, quod frige factum ad vsum asserva.

Vires: Ad mensurua suppressenda, & abortum prohibendum

Valet: feminei fluxus abundantiam compescit: locos muliebres firmat, uterum roborat, ac renes laxatos constringit, si eo inungantur: hemorrhoidum profluuium stitit.

Vnguentum de Corticibus Castanearum Montagnana.

℞. Olei mastiches ℥ij. olei myrtini, & cydoniorum, & ceræ albæ ana ℥ss. resinæ ℥j. liquefiant, eisque insperge subtiliter pulverata: mastiches, acaciæ, & sanguinis draconis ana ℥ss. corallij rub. pp. succini, & terræ sigillatæ ana ℥j. corticum medianorum castanearum, & scorix ferri pp. ana ℥iij. boli armenæ pp. olibani, & balustij ana ℥ss. fiat vng. S. A. Convenit cum vnguento comitissæ.

Vnguentum Gummi Elemi.

℞. Olei rosati ℥ij. resinæ ℥iv. ceræ citriæ, & gummi elemi ana ℥iij. terebinthinæ, & pulveris gummi ammoniaci ana ℥ij. liquefiant simul in oleo cera, resina, gummi elemi, & terebinthina, colentur, & iuxta refrigerationem insperge gummi ammoniacum, misce exactè, & asserva.

Vires: Vulneribus capitis utile est: etiam ulcera in quacunque corporis parte mirificè mundificat: coquit, supurat, & aperit tumores.

Vnguentum Auream ex Guidone.

℞. Ceræ citriæ ℥v. resinæ ℥ij. terebinthinæ ℥ij. liquefiant, & extra ignem adde mellis ℥iij. misce probe, & iuxta refrigerationem adde pulveris mastiches, thuris, sarcocollæ, myrrhæ, aloes, & croci ana ℥ij. fiat vnguentum.

Vires: Valet ad ulcera sananda, excrementa tergenda, & humiditatem exiccandam.

Vnguentum Basilicum Palidum.

℞. Olei comm. ℥ij. ceræ flavæ, sepi arietini, & resinæ ana ℥ij. picis græcæ ℥ij. liquefiant, colentur, & ad usum vnguentum defoccatum asservetur, quod vulgò appellatur Vnguento Amarillo.

Vires: Dolorem mitigat, humorem noxium parti impactum coquit,

quit, ac supurat, illius acrimoniam lenit, aperit, & tergit; carne
ulcera implet.

Si omittas libram vnam picis græcæ, & eius loco addas
libram vnam picis nigri, appellatur *Vnguentum Basilicum
Nigrum*.

Vnguentum Andosille ex De la fuente.

℞. Sepi hircini, resinæ, & olei ana p. æq. liquefiant, cola, ac
asserva. Valet ad vsum fonticularum.

Vnguentum, seu Ceratum Comestabilis.

℞. Cerae flavæ, terebinthinæ, sepi hircini, & olei communis
ana p. æq. liquefiant, cola, & asserva. Valet etiam ad vsum
fonticularum.

Vnguentum Mundificativum nervorum Guidonis.

℞. Mellis, terebinthinæ lotæ, farinae fabarum, & hordei ana
p. æq. miscè exactè.

Vnguentum Cantharidum, seu Vescatorium.

℞. Vnguenti Basilici nigri ℥iv. cerae citrinæ ℥ij. picis nigrae
℥b. liquefiant, & iuxta refrigerationem adde pulveris can-
tharidum ℥j. miscè. Utuntur eo Medici ad vesicas exci-
tandas.

Vnguentum Alhariel Mesues, vulgò de Carralexas.

℞. Alhariel recentium ℥x. axungia porcinae ℥v. conquassentur
simul, & dimittantur marcescere per dies septem: de-
inde bulliant ad humiditatis consumptionem, colatura asser-
vetur in vase vitreo. Inservit etiam ad vesicas excitandas.
Alphos, pannos, lentigines, & cutis macula delet.

Vnguentum Mercurij Compositum.

℞. Mercurij vivi ℔ij. terebinthinæ claræ ℥iv. olei laurini ℥ij.
olei spicæ, & styracis liquidæ ana ℥j. agitentur simul diu in
mortario aëneo, & mercurio extincto adde sensim, & sem-
per agitando axungia porcinae ℔ij. iterum agita per horas
quatuor magno cum labore, ut fiat vnguentum. *Vsus eius
est in lue venerea pro inunctione,*

Sydenhamius parat hoc vnguentum ex parte vna Mer-
curij, & partibus duabus axungia, & nihil aliud admiscet,

vt notatum habemus supra Lib. I. pag. 126. in electione Mercurij.

Vnguentum Mercurij Simplex.

℞. Mercurij vivi ℥vj. terebinthinæ claræ ℥iv. misce, & agita in mortario æneo ad extinctionem Mercurij: hinc adde sensim, & semper agitando axungia porcina ℥vj. agita diu, vt fiat perfecta mistio. *Vsus eius est ad pediculos, & ricinos pediculares enecandos.*

Funiculi ad Morbum Gallicum.

℞. Argenti vivi, & butyri naphæ ana ℥iv. essentia rosmarini ℥ij. albuminis ovi N. j. terebinthinæ ℥j. cum qua extinguitur mercurius in mortario æneo: hinc admisce reliqua diu agitando. Interim fiant duo funiculi gossypij ad grositiem digiti minimi, & vngantur in prædicto vnguento, & applicentur ægrotanti, post vniuersales evacuationes, ad formam Crucis Sancti Andreae, itaut vnum compitum sit supra pectus, & aliud supra scapulam, cavendo ne funiculi attingant ventriculo: ægrotus sic paratus lectum per octiduum servabit, vel paulo plus, minus vè secundum phtyalismum motum. Est remedium ad Morbum Gallicum tutum, & facile.

Balsamum Arcei.

℞. Therebinthinæ, & gummi elemi ana ℥i℥. sepi hircini ℥ij. axungia porcina veteris ℥℥. liquefacta cola, & asserva.

Vires: Vtile est ad ulcera, & vulnera carne replenda: ad ossum luxationes, contusiones, & fracturas.

Balsamum ex Doctore Porras.

℞. Olei rosmarini ℥xvj. resina, picis nigrae, & colophonie ana ℥ij. cerae flavæ ℥iij. liquefiant, colentur, & iuxta refrigerationem adde balsami nigri ℥j. misce, ac asserva.

Vires: Vsus eius est in doloribus iuncturarum: insuper maturat, digerit, & mundificat.

Balsamum Diasulphuris Rulandi.

℞. Florum sulphuris ℥j. olei nucum juglandium ℥℥. vini generosi ℥ij. macera igne lento per dies octo: hinc leniter coque ad vini consumptionem, cola, & asserva.

394 Tyrocinium Pharmaceuticum. Lib. II.

Vires: Digerit, discutit, & resoluit: illitu sanat ani fissuras; fistulas, proidentiam, apostemata, pruritus, impetigines, anthracem, aurium dolorem, arthriticos morbos, bubones, cranium fractum, ulcera, vulnera, cancrum, hæmorrhoides cæcas, mammillarum duritiem, nodositates, paralysem, paronichiam, podagram, vomicas, varicem, & vstiones.

Balsamum Viridium Metensium.

℞. Olei seminis lini, & communis ana ℥ij. laurini ℥j. terebinthinæ venetæ ℥ij. liqua igne lento, & refrigeratis permisce olei distillati baccar. Juniperi ℥β. viridis æris ℥iij. aloes succotrinæ ℥ij. vitrioli albi ℥iβ. olei caryophyllor. ℥j. misce, vt fiat balsamum.

Vires: Mundificat vulnera, ac ulcera, eaque ad cicatricem perducit: valet etiam in animalium venenatorum moribus.

Balsamum Saturni.

℞. Aceti solutionis Saturni antequam in sale redacatur, sed iusta pelliculam evaporati q. v. misce cum oleo rosato sensim adhibito, & semper agitando in mortario plumbeo, & sic coagulatur in linimentum, quod etiam appellatur *Butyrum Saturni*.

Vires: Confert inflammationibus, ambustis, mammillarum affectibus, podagra calida: etiam cum oleo amygdalarum dulcium sine igne extracto paratum prodest hecticis spina illita.

Balsamum Apoplecticum Augustanæ.

℞. Olei nucistæ expressi ℥j. olei rosmarini gr. vj. olei succini gr. jv. zibethi optimi ℥β. moschi orientalis, & ambre griseæ ana gr. jx. granor. Styracis selectæ gr. xx. oleum nucis moschatæ leni calore emolliatur, cui grana Styracis, tum ambra cum oleis distillatis tritam, zibethum, & moschum cum spiritus rosatum particula diluta commisce, vt fiat Balsamum.

Vires: Cephalicum est, & præcipue, vt nomen indicat antiapoplecticum.

Balsamum Apoplecticum Mynsicht.

R. Olei nucistæ expressi ℥j. olei succini rectificati ℥iſs. olei rosarum veri, & olei cinnamomi ana ℥j. olei lavendulæ, & maioranæ ana gr. xv. olei assæ dulcis, & rutæ ana gr. xij. olei caryophyllorum, & citri ana gr. vj. misce, & adde ambraë grissæ ℥iſs. zibethi ℥jv. moschi ℥j. fiat Balsamum.

Vires: *Narium extremitatibus, nec non vertigi, atque pulsibus modicè inunctum spiritus suscitatur, atque recreatur.*

CAPUT XXVII.

DE EMPLASTRIS, CERATIS, ET CATAPLASMATIS.

Emplastrum Dyachylon Magnum.

R. Radicis althææ recentis ℥jv. ficuum pinguium, passularum exacinar. seminis lini, & foenugræci ana ℥iſs. aquæ tepidæ ℔vj. infunde per 24. horas: deinde coque igne lento ad mucilaginis spissitudinem, cola, & detine: interim accipe succi scyllæ, & ireos ana ℥jv. in quibus dissolve Ichthyocolæ minutim incisæ ℥j. cola, & asserva: his peractis accipe Lithargyrii auri subtiliter triti ℔ij. olei chamæmeli, irini, & anethini ana ℥xvj. quibus adde primum mucilaginem, & detineantur per 24. horas sæpè agitando: hinc coquantur continenter agitando spatulâ igne carbonum non fumantium, & sub finem coctionis adde extra ignem mucilaginem ex Ichthyocola asservatam, & iterum coque ad emplastri consistentiam: tunc permisce colophoniam ℔ss. resinæ, & ceræ flavæ ana ℥jv. liquefiant, & iuxta refrigerationem accipe oesypi humidæ ℥jv. liqua igne leni, & adde sensim, & semper agitando aliquid de emplastro, ut optimè cum eo dissolvatur, & misce cum reliquo emplastro, quod malaxa manibus, & forma in cylindricos, seu magdaleones, quos chartâ involutos asserva.

Vires: *Emollit, maturat, digerit, & resolvit durities, & inflammationes, & scirrhus hepatis, lienis, stomachi, & aliarum partium.*

Emplastrum Diachylon Gammatum.

℞. Emplastri Diachylonis Magni ℥iij. cui liquefacto permisce galbani, & bdellij ana ℥j. prius in aceto, aut vino soluta, colata, & igne lento ad cerati consistentiam inspissata: pulveris gummi ammoniaci, & sagapeni ana ℥j. misce exactè, & forma magdaleones.

Vires: *Eadem præstat, quæ superius, sed efficacius: magis enim emollit, coquit, digerit, resolbit, & attrahit.*

Emplastrum Diachylon Parvum Pbar. Aug.

℞. Radicis althææ in taleolas dissectæ, & seminis lini ana ℥iij. seminis psyllij ℥ss. seminis hyoscyami ℥viii. aquæ puræ tepidæ ℥lv. Infundantur per 24. horas loco calido; hinc cola mucilaginem, cuius accipe ℥iij. Deinde accipe lithargyrii subtilissimè pulverati ℥ij. olei communis ℥vj. mucilaginis supra paratæ ℥iij. misce, & detine per horas octo sæpè spatulâ agitando: mox coque igne lento semper agitando spatulâ lignea, addendo sensim, (sed extra ignem) mucilaginem restitantiem, & ubi humiditas consumpta sit, & consistentiam emplastri obtineat forma in magdaleonas, & ad usum asserva.

Vires: *Hepatis, lienis, ventriculi, & aliarum partium duros tumores emollit, & humores coquit.*

Emplastrum Diachylon Iriatum.

℞. Emplastri Diachylonis parvi ℥j. pulveris radicis iridis ℥j. misce optime. *Magis attrahit, incidit, & resolvit, quam prædictum.*

Emplastrum Album Cicatrizans Domini Vidos.

℞. Radicum Althææ ℥iij. seminis foenugræci, lini, & folior; malvarum ana ℥ss. fiat mucilago ad ℥jv. ac detine: Inrerim ℞. Olei ℥vj. lithargyrii ℥iij. coque ad emplastri spissitudinem, & extra ignem adde mucilaginis supra detentæ ℥iij. & coque iterum ad emplastri consistentiam: deinde ab igne semoto adde ℥iij. restitantis mucilaginis, & coque iterum ad humiditatis exhalationem, & emplastri consistentiam.

Virēs: Convenit cum Emplastro Diachylonis parvo: insuper utuntur eo Chyrurgi ad Cicatrizandum.

Emplastrum de Mucilagibus Lemerii.

℞. Mucilaginis feminis althææ, lini, fœnu-græci, & ficuum ana ℥iv. terebinthinæ ℥iij. resinæ pini, medullæ cruris vituli, aut bovis, & butyri recentis ana ℥ij. ceræ citrinæ ℥xxx. coquantur simul ad humiditatis contumptionem, coletur, & formetur in cylindricos.

Vires: Emollit, ac resolvit, imò supurationem tumorum promovet.

Emplastrum Diachalciteos, seu Diapalma Pharm. Aug.

℞. Lithargyrij subtilissimè pulverati, & olei communis ana ℔ij. misce in vase idoneo continenter agitando igne lento per horam: hinc adde axungie porcine ℔ij. decocti ramorum teneriorum Palmæ, vel Quercus ℔j. coquantur ad cœrati consistentiam: deinde adde pulveris vitrioli rubri, seu chalcitidis ℥iv. in ℔ss. eiusdem decocti Palmæ, vel Quercus soluti, & coquantur ad emplastri consistentiam.

Vires: Valet ad ulcera antiqua curanda, quorum humiditatem maxima utilitate absorbit: etiam articulorum morbis, bubonibus, ambustis, pernionibus, ossium fracturis, contusionibus, omnibus denique affectibus, quos rheumaticos vocant prodest: hædemata resiccatur, fontanelis ligandis unice destinatum est remedium, quas minimè sordescere, aut excrescere permittit.

Asservatur etiam hoc emplastrum in unguenti consistentia cum olei rosati quantitate sufficiente liquatum, & appellatur Unguentum Diapalma, vulgò Diapalma baxa.

Emplastrum Geminis, seu Album coctum, vel de Cerusa:

℞. Olei rosati, cerusæ pulveratæ, & aquæ ana ℔ij. coquantur igne carbonum non fumantium ad emplastri consistentiam, & adde ceræ albæ ℥iv. fiat emplastrum.

Vires: Valet ad vitia cutis, & superficiarias exulcerationes sicandas, & ad ulcera maiora coalescenda, inflammationes sedandas, & intertignes sanandas: ambustis quoque plurimum prodest.

Sparadrapus, seu Tela emplastica pro fonticulis.

℞. Emplastri Diachylonis Parvi, & Diapalmæ ana ℥ij. ceræ citrinæ ℥ij. in eis liquefactis immerge linteum album subtile, quod extende in lapide, seu tabula madefacta, & lævigatum pistillo vitreo madefacto.

Allo modo pro fonticulis fœminarum: ℞. Emplastri Diachylonis Parvi, & Geminis ana ℥ij. ceræ albæ ℥ij. liquefactis adde cerussæ pulveratæ ℥ss. fiat, vt superius. Sunt, qui loco cerussæ addunt Minij ℥ij. & tunc Sparadrapi parantur subri.

Emplastrum Regium, seu de Minio vsto.

℞. Minij pulverati ℥xx. aceti accerrimi ℥xvj. infunde per dies tres: deinde adde axungię ℥xvj. olei communis ℥ij. coque ad nigredinem vsque, & emplastri consistentiam, & adde ceræ flavæ ℥viiij. qua liquata malaxa emplastrum, ac asserva in magdaleones formatum.

Vires: Ulcera mundificat, exiccat, & cicatrizat.

Emplastrum Triapharmacum Galeni.

℞. Lithargyrij pulverati ℥ij. olei veteris, & aceti fortis ana ℥iiij. coque ad emplastri consistentiam S. A.

Vires: Maxime siccandi potentia pollet, ulceraque, & fistulas exiccat, & curat.

Emplastrum Nigrum Domini Vidos: vulgò Sanalo todo.

℞. Olei rosati ℥ij. cerussæ, & ceræ flavæ ana ℥ss. coquantur ad nigredinem vsque, & emplastri consistentiam semper spatula agitando. Convenit cum superiori.

Emplastrum Benedictum Musitani.

℞. Olei communis ℥iiij. radicem arundinis ℥ij. radicis althææ ℥ss. radicis liliorum cœlestium ℥iiij. Dum oleum ebullire incipit affunde radices mundatas in taleolas subtiliter incisas, & coque ad nigredinem vsque, cola, misce cum oleo cerussæ ℥iiij. tutiæ pp. ℥ss. ceræ citrinæ ℥iiij. coque ad emplastri consistentiam semper spatula agitando: tandem extra ignem adde balsami peruviani nigri ℥ij. misce, & malaxa, & forma magdaleones.

Vires: Maturat, rumpit, & sanat topbos podagricos, strumas, & omnium apostematum genera, tam calida, quam frigida: etiam prodest in ulceribus, & mammarum apostematibus.

Emplastrum Manus Dei, seu Manus Christi, vel Divinum.

℞. Olei communis, & lithargyrii ana ℥ij. coque ad emplastri consistentiam: tunc adde ceræ citrinæ ℥j. liquefacta cera adde in aceto soluta, colata, & inspissata bdellij, & opopanax ana ℥j. galbani ℥ij. & iuxta refrigerationem misce subtiliter pulverata lapidis magnetis pp. ℥jv. gummi ammoniaci ℥ij, & ℥ij. myrrhæ, malkiches, & viridis æris ana ℥j. thuris, & radicis aristolochiæ longæ ana ℥ij. agita probè, vt fiat emplastrum.

Vires: Ulcera tum recentia, tum antiqua sanat: nervorum incisioni prodest. Vim habet partes, quibus adhibetur emolliendi, dolorem sedandi, humores attrahendi, digerendi, ac resolvendi.

Emplastrum fodicationum aliud Paracelsi.

℞. Olei ℥ij. lithargyrii pulverati ℥ij. coque ad emplastri consistentiam; & adde ceræ novæ ℥ss. terebinthinæ ℥jv. liquata accipe galbani, opopanax, ammoniaci, & bdellij ana ℥j. dissolve in aceto, cola, & inspissa igne leni ad emplastri consistentiam semper agitando, & tunc adde aliquid de emplastro parato sensim, & semper agitando, & probè soluta, & mista, permisce cum reliquo emplastro, cui adde pulveris aristolochiæ vtriusque, lapidis calaminaris, myrrhæ, thuris, tutiæ pp. & olei laurini ana ℥j. misce exactè, & malaxa manibus, & forma magdaleones. Convenit cum precedenti.

Emplastrum Isis Galeni reformatum.

℞. Ceræ, & picis græcæ ana ℥v. terebinthinæ ℥j. viridis æris ℥ss. salis ammoniaci, gummi ammoniaci, galbani, thuris, myrrhæ, aloes, & radicis aristolochiæ rotundæ ana ℥ij. aluminis vsti ℥ij. Galbanum solvatur in aceto, coletur, & inspissetur ad emplastri consistentiam, cui adde terebinthinam, & mistis adde ceram, & colophoniam, liquefiant, & misce reliqua pulverata, vt fiat emplastrum.

Vires: Valet ad omne vulnus, & capitis affectus cum ostiâ præcisione: puncturas nervorum, canumque morsus, & fistulas recentes sanat: venenum viperæ, scorpionis, & dracontis marini trahere dicitur, strumas auferre, & oculorum fluxiones fronti opositum sistere.

Emplastrum Sticticum, seu Puncturale Mynsicht.

℞. Terebinthinæ cypræ ℥iv. gummi elemi ℥ij. ceræ citrinæ & colophonix ana ℥j. liquefactis misce styracis calamitæ in mortario calido optimè pistatæ ℥b. deinde adde pulveris minij, & sanguinis draconis ana ℥vj. magnetis pp. ℥b. radicis aristolochiæ rotundæ, & mumiæ transmarinæ ana ℥ij. aloes hepaticæ, & aluminis vsti ana ℥j. misce, & cum balsamo vulnerario fiat emplastrum.

Vires: Vulnere recentia, etiam capitis siccit, mundificat, consolidat, sanat, maleque carnis corruptionem, & excrescentiam impedit. Insuper ferrum, plumbum, & spicula altè infixæ de vulneribus extrahit, dolores mitigat, & venenosorum animalium morsus, ictusque curat.

Emplastrum Sticticum Crollij reformatum.

℞. Lithargyrii pulverati ℔bss. Lapidis calaminaris ℔b. olei lini, & communis ana ℔bss. olei laurini ℔j. decocti radicis aristolochiæ longæ ℔ij. coquantur simul ad emplastri consistentiam: tunc adde ceræ flavæ, & colophonix ana ℔b. terebinthinæ ℔b. liquefactis permisce prius in aceto soluta, & inspissata opopanacis, sagapeni, galbani, & bdellij ana ℥iij. misce probe, & insperge pulveres sequentes: vernicis ℔b. matris perlarum, & gummi ammoniaci ana ℥iij. hæmatitis pp. ℥iij. olibani, myrrhæ, aloes, succini, aristolochiæ longæ, & rotundæ ana ℥ib. mumiæ, sanguinis draconis, terræ sigillatæ, & vitrioli albi ana ℥j. florum antimonij ℥b. misce exactè, & iuxta refrigerationem adde ℥j. camphoræ in tantillo olei communis solutæ: malaxa, & forma magdaleones.

Vires: Prodest inveteratis ulceribus, & vulneribus recentibus consolidando, mundificando, & putredinem arcendo: maturefcere facit apostemata cuncta.

Emplastrum Magneticum Angeli Sale.

℞. Gummi ammoniaci, sagapeni, & galbani ana ℥ij. dissolve in aceto scyllitico, cola, & coque ad emplastri consistentiam, quibus liquatis misce ceræ, & terebinthinæ laricis ana ℥iv. misce agitando vt omnia liquefiant, & vniantur: tunc adde pulveris magnetis arsenicalis ℥ij. terræ vitrioli lotæ ℥j. misce, & ultimo adde olei succini ℥ij. malaxa, & forma pastillos, seu magdaleones, quos corio, aut vesicâ oleo scorpionum inunctâ involve.

Vires: Usus eius est ad antraces pestilentes maturandos, rumpendos, & venenum ex eis extrahendum, ad scrophulas persanandas, & plagas putridas, & venenosas mundificandas, & cicatrizandas.

Emplastrum Atractivum Domini Vidos.

℞. Sagapeni, & galbani ana ℔ss. dissolve in aceto, cola, & inspissa. Interim accipe gummi elemi ℔ss. resinæ, & ceræ citriæ ana ℥viii. liquefac, cola, & misce optimè cum prædictis, quibus adde pulveris cauterij potentialis arsenicalis ℥iv. pulveris gummi ammoniaci ℔ss. pulveris radicis cannæ ℥ij. misce, vt fiat emplastrum.

Vires: Breviter supurat bubones, scrophulas, sebirrhos, &c. Offa fracta ex ulceribus exigit.

Emplastrum ad Callos pedum.

℞. Gummi ammoniaci in aceto scyllitico soluti, & inspissati ℥ss. resinæ ℥ij. vitrioli optimi ℥j. mercurij præcipitati, & optimè edulcorati ℥iv. fiat emplastrum, quod convenit etiam ulceribus, & bubonis.

Emplastrum Galbani Mynsicht.

℞. Galbani in aceto soluti ℥j. picis navalis ℥ss. Emplastri Diachylonis parvi ℥ij. salis ammoniaci ℥j. misce; vt fiat emplastrum.

Vires: Cum panno super verrucas, & clavos in pedibus dolorem, & impedimentum in incessu adferentes ponatur, tertio, aut quarto die semper mutato.

Galbanum Coctum Eiusdem.

R. Galbani in aceto soluti, & ceræ citrinæ ana ℥ss. terebinthi-
næ albæ ℥iv. liqua simul, vt fiat emplastrum.

Vires: *Articularum, & aliarum partium topbos, nodos, scro-
pbulas, ac tumores duros emollit, resoluit, eorumque dolores ex
influxu frigida sedat. Verrucas, & clavos pedetentim tollit,
bemicraniam loco affecto applicatum emendat. Nervos, ac ute-
rum roborat: morsibus, & ictibus rabidorum animalculorum
venenatis medetur.*

Emplastrum Galbani Crocatum Eiusdem.

R. Galbani in aceto soluti, & inspissati ℥ss. emp. Meliloti, &
Diachylonis parvi ana ℥iij. ceræ citrinæ ℥ij. terebinthinæ
albæ ℥j. liquefiant, & iuxta refrigerationem adde croci pul-
verati ℥vj. fiat emplastrum.

Vires: *Emollit, & resoluit tumores duros, & scirrhusos: ve-
hementes cuiuscumque partis dolores sedat: strumas omnes emol-
lit, lenit, concoquit, digerit, incidit, & dissolvit: præterea in
convulsione, & singultu utile est.*

Emplastrum Spermatis Ceti Eiusdem.

R. Ceræ albæ ℥iv. spermatis ceti ℥ij. galbani in aceto soluti ℥j.
miscæ, vt fiat emplastrum.

Vires: *Mammis puerperarum post partum non lactantium im-
positum, & continuè per multos dies gestatum, omnibus ex
lacte doloribus, & tumonibus etiam duris, imò scrophulis, &
strumis medetur: lac enim coagulatum, sive concretum solvit,
eiusque abundantiam absorbit.*

Emplastrum Anodynum.

R. Sepi hircini, olei amygdalarum dulcium, liliorum alborum,
mucilaginis seminis cydoniorum, lini, & althææ ana ℥ij.
medullæ vaccinæ ℥j. axungie gallinæ, & anatis ana ℥ss.
ceræ, & Emplastri Diachylonis parvi ana ℥iv. mucilagines,
olea, & axungie coquantur ad humiditatis consumptionem:
deinde miscæ, ac liqua reliqua semper agitando ad

refrigerationem vsque, ad vsūque asserva.

Vires: Iuncturarum topbos, ac nodos duros mollit, dissolvit, & crassa, lentaque pulmonis, ac thoracis excrementa ad deiectionem per sputum magis habilia reddit.

Emplastrum Absalon.

℞. Resinæ, colophonix, ladani depurati, ceræ citrinæ, sepi hircini, & olei rosati ana ℥jv. aceti acerrimi ℔b. coquantur ad aceti consumptionem, & forma globos, quos asserva in aceto.

Vires: Maturat, digerit, concoquit, supurat, & aperit tumores duros, & apostemata cuncta.

Emplastrum Sanctum ex Ioanne Andrea de la Cruz.

℞. Resinæ ℔j. olei laurini, & terebinthinæ ana ℥ij. gummi elemi ℥jv. liquefacta cola sine expressione, ac asserva.

Vires: Valet ad ulcera pectoris, & aliarum partium, vulnera mundificat, & glutinat: prodest etiam contusionibus, & fracturis.

Emplastrum Gummi Elemi.

℞. Gummi Elemi ℥jv. ceræ flavæ ℥ij. terebinthinæ ℥ib. colophonix ℥j. liquatis, & colatis adde pulveris vtriusque aristolochix ana ℥j. fiat emplastrum. Omnis aristolochijs appellatur *Emplastrum Principis*.

Emplastrum Principis

Vires: Maturat, digerit, supurat, attenuat, vulnera mundificat, & exiccat.

Emplastrum Mastiches.

℞. Mastiches electæ pulveratæ ℥jv. balsami albi ℥ij. resinæ puræ, & ceræ albæ ana ℔b. liquefiant, & forma magdaleones.

Vires: Stomachum frigidum roborat, digestionem inuat, & appetitum excitat.

Emplastrum Tacamahacæ.

℞. Tacamahacæ pulveratæ ℥j. carannæ, colophonix, & ceræ ana ℥ij. olei mastiches ℥j. thuris ℥j. liquefiant simul cum oleo mastiches caranna, colophonia, & cera, quibus adde

pulverata tacamahacam, & thus, malaxa, vt fiat emplastrum pro temporibus ad dolorem capitis.

Emplastrum Gratia Dei ex Nicolao.

℞. Verbenæ, betonicæ, & pimpinellæ ana M. ij. coque in vino, & colaturæ adde resinæ ℞j. terebinthinæ ℞℞. ceræ albæ ℞iv. coquantur ad humiditatis consumptionem, & emplasti consistentiam, cui adde pulveris mastiches ℞j. misce, & malaxa.

Vires: *Vulnera, & ulcera repungat, & coalescit: partes quibus adhibetur roborat.*

Emplastrum Centaurij ex Guidone.

℞. Ceræ novæ ℞iij. resinæ ℞i℞. terebinthinæ ℞j. liquefiant, & misce mellis, seu extracti centaurij ℞iij. lactis mulieris, seu capræ ℞ij. misce probè agitando, & adde pulveris Thuris, gummi arabici, & mastiches ana ℞j. fiat emplastrum.

Vires: *Prodest capitis vulneribus cum cranij fractura.*

Emplastrum Betonica Viride.

℞. Foliorum viridium Betonicæ, lauri, plantaginis, apij, & verbenæ ana M. ij. conquassata misce cum resinæ, colophoniæ, terebinthinæ, & ceræ flavæ ana ℞iij. coquantur semper agitando igne lento ad humiditatis consumptionem: expressioni defœcatæ, & semi refrigeratæ adde pulveris mastiches, & olibani ana ℞ij. misce, vt fiat emplastrum.

Emplastrum Betonica, sivè de Ianua aliud.

℞. Succor. non defœcator. Betonicæ, plantaginis, & apij ana ℞j. ceræ, picis navalis, resinæ, & terebinthinæ ana ℞℞. coquantur simul ad humiditatis consumptionem, & emplasti consistentiam, cola, & asserva in magdaleones figuratum.

Vires: *Ad vulnera, & ulcera præcipuè capitis mirificè conferunt, & ad exiccandos varios humores cerebri; cephalalgiam, aliasque capitis præter naturam affectiones generantes conducunt. Catarrhos ad partes inferiores defluentes manifestè sistunt.*

Emplastrum Meliloti ex Charaz.

R. Florum Meliloti ℥ij. radicis iridis, seminis foenugraeci, folior. absynthij, gummi ammoniaci, & myrrhae ana ℥j. radicis cyperi, althææ, nardi celticæ, baccarum lauri, florum chamæmeli, & croci ana ℥ß. subtiliter pulverentur; deinde accipe ceræ citrinæ ℔ij, resinæ, colophonix, & sepi hircini ana ℥iv. terebinthinæ venetæ, & olei absynthij ana ℥iij. liquefactis, & colatis misce pulveres, obtinèque malaxa, vt fiat emplastrum.

Vires: *Emollit omnem duritiem qua in iecinore, liene, & ventriculo existit. Dolorem item vehementem sedat, hypochondriacæ tensæ sanat.*

Emplastrum Baccarum Lauri.

R. Baccarum Lauri ℥ij. thuris masculi, mastiches, & myrrhae ana ℥j. cyperi, & costi ana ℥ß. pulverentur subtiliter, & cum mellis despumati q. s. fiat emplastrum. Augustani addunt olei laurini, ceræ, & terebinthinæ ana ℥ß.

Vires: *Confert omnibus doloribus à causa frigida, vel flatu ortis. Quod, si vacca, aut capræ stercus siccum ad pondus omnium adieceris, ad ascitem, & tympanitem efficax erit.*

Emplastrum Carminativum Sylvij.

R. Galbani, bdellij, & ammoniaci ana ℥ij. myrrhae rubræ, & thuris masculi ana ℥j. opij thebaici ℥ß. dissolve in aceto scyllitico, cola, & inspissa igne lento ad emplastri consistentiam: tunc adde ceræ citrinæ, & colophonix ana ℥ß. terebinthinæ ℥ß. liquefactis, & semi refrigeratis adde balsami peruviani, & olei Philosophorum ana ℥ß. olei terræ, seu Petrolei ℥ij. olei carui distillati ℥ij. misce exactè, vt fiat emplastrum.

Vires: *Flatus discutit, tumores duros, & frigidos resolvit, dolores colicos abigit, obstructiones lienis, hepatis, & ventris totius inferioris liberat; hydropem sanat.*

Emplastrum Guillelmi Servitoris.

℞. Picis navalis ℥ss. colophonix, resinæ, & ceræ ana ℥ij. terebinthinæ ℥ss. liquefiant, colentur, & eis adde subtiliter pulverata, nasturcij, baccar. lauri, sulphuris vivi, seminis anisi, absynthij, pulegij, croci, mastiches, thuris, & zingiberis ana ℥ss. caryophyllor. & cinnamomi ana ℥ss. fiat emplastrum.

Vires: *Valet dolori contracto ex aliqua contusione, in osium fracturis, & dislocationibus.*

Emplastrum Oxycroceum ex Augustana.

℞. Ceræ citrinæ, picis græcæ, & colophonix ana ℥ij. gummi ammoniaci, & galbani (in aceto ista duo soluta, colata, & inspissata) terebinthinæ, croci, myrrhæ, thuris, & mastiches ana ℥jv. cera, pix, colophonix, & terebinthina liquefacta, & colata misceantur cum gummatis solutis, & iuxta refrigerationem adde reliqua subtiliter pulverata, ut fiat emplastrum.

Vires: *Ad contusa osium fracturas, & abscessorum inveteratorum duritiem emolliendam idoneum est.*

Emplastrum Stomachicum ex Valentina.

℞. Ladani depurati in vino ℥vj. picis, ceræ, & terebinthinæ, ana ℥ij. styracis calamitæ ℥ss. pista styracem in mortario calido, & misce optimè cum paucò ladanò ex asignato, & misce optimè cum reliquis liquefactis, quibus adde, & optimè misce pulveres sequentes: absynthij, rosarum, menthæ, corticem citri, anisi, foeniculi, & zingiberis ana ℥ij. ligni aloes, galangæ, caryophyllorum, spicæ, & cinnamomi ana ℥ss. mastiches ℥j. thuris ℥jv. fiat emplastrum.

Emplastrum pro Matrice ex De la fuente.

℞. Ladani depurati, resinæ, & colophonix ana ℥ij. ceræ citrinæ ℥x. liquefiant, & misceantur cum eis styracis liquidæ, & calamitæ ana ℥ij. prius in mortario calido pistata hæc duo: hinc iuxta refrigerationem adde, & optimè misce pulveres sequentes: Lapidis magnetis pp. nucis moschatae, caryophyllorum, macis, cinnamomi, artemisiæ, & lavendulæ ana ℥ij. fiat emplastrum.

Vires: *Ventriculum infirmum, una cum hepate roborant, ac horum, & matricis dolorem à causa frigida leniunt: vomitiones compefcunt, & concoctioni opitulantur.*

Emplastrum Stomachale Lemortis.

R. Cerae flavae, tacamahacae, tyracis calamitae, & mastiches ana ℥ij. gummi guaiaci, & olei nuciferae expressi ana ℥i. terebinthinae clarae ℥x. balsami peruviani, myrrhae, & thuris ana ℥vj. radice cyperi rotundi, zedoariae, & baccar. lauri ana ℥v. camphorae ℥i℥. olei distillati menthae, earyophyllor. & corticum arantium ana ℥ij. Pulveranda pulverentur; cera autem, terebinthina, & balsamum liquefiant simul igne lenissimo, quibus misce extra ignem pulveres: ultimo adde camphoram in oleis solutam, misce exacte, ut fiat emplastrum, quod potest inservire pro duobus superioribus ad ventriculum roborandum.

Emplastrum Matricale Mynsicht.

R. Galbani in aceto soluti, & tacamahacae ana ℥ij. terebinthinae albae, & cerae citrinae ana ℥vj. assae foetidae, myrrhae rubrae, & castorij veri ana ℥iij. Magisterij Iovis, & olei succini citrini ana ℥i℥. misce, & fiat emplastrum S. A.

Vires: *Supra omnia emplastra uterina excellens est: umbilico enim impositum uterum in propriam sedem reducit.*

Emplastrum Hystericum Sydenhamij.

R. Galbani in tinctura castorij soluti, & colati ℥iij. tacamahacae ℥ij. fiat emplastrum pro umbilico.

Ceratum Hystericum.

R. Galbani ℥i℥. assae foetidae ℥℥. myrrhae ℥ij. bdelli ℥j. foliorum matricariae, & artemisiae ana ℥℥. seminis dauci ℥j. cerae ℥ij. olei ruta ℥jv. cera liquefiat in oleo assignato, quibus misceantur galbanum prius in aceto solutum, colatum, & inspissatum: hinc misce reliqua pulverata, ut fiat emplastrum, seu ceratum.

Vires: *In uterinis affectibus prodest, flatus, crassosque humores resolvendo, umbilico applicatum.*

Emplastrum Alkalicum, seu Antipodagricum Taebenij.

℞. Olei rosati ℥ij. calefiat in patella, & adde saponis albi rasi ℥iv. liquefacto sapone adde cerussæ, & minij ana ℥iv. coque igne lento continuo agitando baculo ligneo, donec emplastri duritiem acquirat, cui demum ab igne remoto, & nonnihil refrigerato adde sub continua agitatione camphoræ prius cum spiritu vini ad pultis formam in mortariolo solutæ ℥j. malaxa, ut fiat emplastrum.

Vires: Hoc emplastrum ex meris alkalibus compositum mirabiliter non solum acidum podagricum, sed apostemata cuncta, tumores duros, pedum callos, varios dolores, tam nephriticos, quam alios ex acido ubicumque obortos etiam si febriles sint promptissime sopit, refrigerat, & mitigat.

Emplastrum de Marcasta, ex Donzellio.

℞. Gummi ammoniaci ℥iij. galbani, opanacis, & sagapeni ana ℥j. dissolve in aceto, cola, & inspissa, quibus adde emplastri Diachylonis Magni ℥ss. olei chamæmeli ℥ij. liquefactis misce marcastæ pp. ℥iij. fiat emplastrum.

Vires: Resolvit, & maturat omnes tumores duros, etiam scirrhusos, eventu minimè falaci.

Emplastrum Cicutæ ex Sabrodero.

℞. Cicutæ cum toto incisæ, & pulveratæ ℥jx. succi cicutæ ℥jv. olei capparum ℥iiss. olei irini ℥ss. misce, ac digere in B. M. per dies quatuor: deinde coque paulisper, & cola forti expressione, in ea dissolve ceras novæ ℥jvss. gummi ammoniaci in succo cicutæ soluti ℥iiss. misce, & fiat emplastrum.

Vires: Lienem obstructum aperit, roborat, duritiem emollit, &c. sed, & ruborem inducit.

Emplastrum de Cicutæ cum Ammoniaco Londinensium.

℞. Succo foliorum cicutæ ℥jv. aceti scyllitici, & gummi ammoniaci ana ℥viij. infunde simul, dissolve, cola, & coque ad emplastri consistentiam. Valet ad prædicta.

Emplastrum Cicutæ aliud.

℞. Gummi Ammoniaci in succo cicutæ soluti, colati, & in spissati ℞iiss. ceræ citrinæ ℥viij. liqua simul, malaxa, & forma magdaleones: est maioris efficacix, quam prædictis.

Emplastrum de Cicutæ cum Mandragoræ.

℞. Succor. cicutæ, & mandragoræ, & gummi ammoniaci ana ℥viij. infundantur ad dissolutionem gummi, cola, & coque ad emplastri consistentiam, & adde ceræ citrinæ ℥iij. olei irini ℥iv. fiat emplastrum.

Vires: Commendatur ab Hartmanno tamquam mirabile ad scirrhum, tum hepatis, tum lienis dissolvendum.

Emplastrum de Cucumere Sylvestri Hyeronimi Piperi.

℞. Radicis cucumeris asinini in aqua cocti, contusi, per setaceum traieci, & parum exiccati ℥iij. gummi ammoniaci in aceto soluti ℥ij. galbani eodem modo parati, & sagapeni ana ℥ß. olei ceræ distillati, & de corticibus capparum, & Philosophorum ana ℥ij. ceræ flayæ q. s. fiat emplastrum iustæ consistentiæ.

Vires: Digerit, emollit, discutit, & resolvit scirrhum, & alios duros tumores splenis, & aliarum corporis partium.

Emplastrum de Linamento.

℞. Linamenti minutim incisi ℞ß. olei communis ℞ij. ceruffæ pulveratæ ℞j. coquantur ad emplastri consistentiam: deinde adde ceræ citrinæ ℞ß. liquefiat cera, & iuxta refrigerationem misce olibani pulverati ℥iv. misce, vt fiat emplastrum.

Vires: Valet ad ulcera antiqua, & etiam ad rupturas puerorum consolidandas.

Emplastrum contra Rupturam de Pele, seu ad Herniam reformatum Charaz.

℞. Pelem vnam arietinam integram, & recentem cum sua lana minutim dissectam, & coque in aqua ad dissolutionem, exprime fortiter, & cola, cui colaturæ adde granorum arboris visci quercini, vel alterius arboris adstringentis ℞ß. lumbri-corum terrestrium cum vino lotorum ℥iv. coquantur ferè

410 *Tyrocinium Pharmaceuticum. Lib. II.*

ad dissolutionem, cola, & colaturæ adde lithargyrii auri subtiliter pulverati, olei cydoniorum, & myrtilorum ana ℥j. coquantur ad emplastri consistentiam, & adde ceræ citrinæ ℥j. picis navalis, resinæ, & terebinthinæ ana ℥ss. liquefactis, & semirefrigeratis misce galbani in aceto soluti, & inspissati ℥jv. deinde insperge pulveres sequentes: gummi ammoniaci, myrrhæ, thuris, mastiches, & sanguinis humani, vel porcini ana ℥jv. radicis aristolochiæ longæ, & rotundæ, synphyti maioris, & minoris, gallarum, boli armenæ, gypsi, & mumix ana ℥ij. misce exactè, vt fiat emplastrum.

Vires: Peritonei rupturam, per quam intestina delabuntur unit, & consolidat, obid ad ramicem, seu entherocelem valdè confert.

Emplastrum contra Rupturam Magistrale ex De la fuente.

℞. Resinæ, & colophonix ana ℥ss. ceræ ℥j. liquefactis, & colatis misce pulveres sequentes: mastiches, thuris, myrrhæ, & sanguinis draconis ana ℥ss. rosarum, corticum granatorum, baccar. myrti, balautij, nucum cupressi, acaciæ, & gallarum ana ℥j. hæmatites pp. & boli armenæ pp. ana ℥ij. bitortæ ℥ij. gummi arabici, & tragacanthi ana ℥vj. fiat emplastrum, quod convenit cum superiori.

Emplastrum Cupressi.

℞. Foliorum viridium cupressi contularum ℥xvj. sapæ vini ℥jv. vini styptici ℥viii. bulliant simul aliquantulum, & adde farinæ tritici ℥j. olibani pulverati ℥ss. aquæ vitæ q. s. vt fiat cataplasma, quod mirificè roborat ventriculum, & obid convenit in diarrhæis, & similibus: confert etiam hernijs.

Emplastrum Diaphænicon ex Augustana.

℞. Dactylorum maturitati proximorum ℥v. panis biscocti ℥j. carnis cydoniorum immaturorum ℥ss. vini rubri austeri ℥ss. styracis calamitæ, mastiches, ladani, florum acaciæ, rosarum, santali citrini, Trochiscorum Ramich, myrrhæ, & ligni aloes ana ℥ss. olei rosati ℥xv. ceræ ℥jv. Caro dactylorum, panis, & caro cydoniorum coquantur in vino assignato ferè ad ipsius consumptionem: hinc pistentur, & extrahatur pulpa per setaceum equinum, & evaporetur igne moderatissimo ad cerati consistentiam: interim liquentur cera, & ladanum in oleo rosato assignato, quibus adde pul-
pam,

pam, & reliqua pulverata: ultimo adde styracem in mortario calido pistatam prius, & cum tantillo emplastri permistam, omniaque probè malaxa, vt fiat emplastrum.

Vires: Membra nutritionis confortat: valet ad fluxionem ventris, & vomitum, & colicam passionem, dysenteriam, & fluxum hepaticum.

Emplastrum pro Marcore ex Galeno.

℞. Portulacæ, lactucæ, succi acrestæ, cydoniorum, & granatorum acetosorum ana p. æq. herbæ recentes conualescentur optimè, & misceantur cum succis, quibus adde farinæ hordei q. s. vt fiat cataplasma, addendo parum santali rubri pulverati.

Emplastrum, seu Ceratum Confortativum Vigonis reformatum.

℞. Radicum, & foliorum fraxini, radicum, & foliorum consolidæ maioris, corticis mediani ulmi, baccarum, & foliorum myrti, & foliorum salicis ana M. ij. rosar. ℥j. contusa affunde aquæ fabrorū, & vini rubri austeri ana ℔v. coquantur igne lento ad consumptionem medietatis humiditatis: deinde exprime, & cola, colaturæ adde mucilaginis radicis althææ, olei rosati, & myrtini ana ℔j. sepi hircini ℔ij. lithargyrij, subtiliter pulverati ℔iij. coque simul continenter agitando spatulâ lignea ad emplastri consistentiam, cui adde ceræ citrinæ ℔iij. terebinthinæ ℥vii. liquefactis insperge iusta refrigerationem pulveres sequentes: boli armenæ, terræ sigillatæ, & sanguinis draconis ana ℔ss. rosarum rub. & baccar. myrti ana ℥jv. olibani, myrrhæ, & mastiches ana ℥iij. misce exactè, vt fiat emplastrum.

Vires: Nobilissima est operatio ad restaurationem fracturarum ossium, contusiones, iuncturarum debilitates, earumque fluxiones resolvendas, & præcavendas, nervosque confortandos,

Emplastrum de Ranis cum Mercurio.

℞. Ranarum viventium N. xij. lumbricor. terrestrium lotorum ℥jv. radicum ebuli, & enulæ campanæ ana ℥iij. foliorum matricariæ, florum schoenanthi, & stoechadis ana M. j. vini austeri ℔vj. lithargyrij auri subtilissimè triti ℔ij. pinguedinis porcine, & vitulinæ ana ℥jx. olei chamæmeli, anethi, lilio

412 *Tyrocinium Pharmaceuticum. Lib. II.*

rum alborum, lautini, & nardii ana ℥ss. ceræ citrinæ ℥j; pulveris olibani ℥iij. euphorbij ℥is. croci ℥ss. Mercurij vivi ℥j. axungiae viperarum, terebinthinæ, & styracis liquidæ ana ℥jv. Radices conquassatæ, ranæ, lumbrici, folia, & flores coquantur in vino assignato per horas tres in vase ritè lutato igne lento: deinde vase frigefacto exprime fortiter, & liquori decantato adde lithargyrium, pinguedines, & olea, & simul coquantur ad emplastri consistentiam: tunc in eo liquefiat cera, & emplastro semirefrigerato misce Mercurium, prius extinctum in mortario æneo cum axungia viperarum, terebinthina, & styrace; & ultimo adde, & optimè misce pulveres, ut fiat emplastrum.

Vires: Egregiè dissipat dolores artuum, homoplatorum, & coxendicum à lue venerea inveterata abortos: partibus robur conciliat, virulentiam luis sub madonis specie extrahit, & implacabiles dolores sopit.

Paratur etiam sine Mercurio, quod doloribus ex causa frigida abortis confert.

Paratur etiam duplicando Mercurium, id est imponendò Mercurij ℥ij. & tunc appellatur *Emplastrum Ranarum cum duplicato Mercurio*, & operatur maiori cum efficacia.

Ceratum, seu Emplastrum œsypi Philagri ex Augustana.

℞. œsypi ℥ss. ceræ flavæ ℥j. medullæ eruris vaccæ, & adipis anseris ana ℥xv. terebinthinæ ℥is. bdellij, mastiches, gummi ammoniaci, albes, & styracis liquidæ ana ℥vij. croci ℥v. Liquefac igne lento ceram, adipem, medullas, & terebinthinam, & affunde sensim, & semper agitando supra œsypum in vase idoneo igne lento liquatam; hinc adde styracem prius in mortario calido optimè pistatam, & cum paucò emplastro solutam: deinde misce reliqua pulverata, probè malaxa, & forma magdaleones.

Vires: Duros tumores, topbos membrorum, crudosque abscessus emollit, digerit, lenit, concoquit, & maturat.

Emplastrum Ischiadicum ex Pharm. Norimberg.

℞. Galbani, sagapeni, & castorij ana ℥ss. fermenti acris, & stercoreis columbi ana ℥iij. pulpæ scyllæ, seminis cepæ, lini, & eruçæ, ana ℥ij. olei lini ℥jv. euphorbij ℥j. Galbanum, & sagapenum dissolvantur in aceto scyllitico, colentur, &

inspissentur ad vnguenti consistentiam, quibus misce pul-
pam scyllæ, oleum lini, & cætera subtiliter pulverata, vt
fiat emplastrum applicandum tepidum in dolore Ischia-
dico.

Cataplasma Hydropicum Junken.

℞. Cinerum sarmentorum vitis, ebuli, & absynthij ana ℞j.
bini albi ℞iij. fiat lixivium, cui colato adde schybalorum
pulveratarum ℞ij. pulveris cymini, & baccarum lauri ana
℞ij. fiat cataplasma tempore vsus, applicandum partibus
hydropicis.

Cataplasma Antipleuriticum.

℞. Pulpæ cepæ affatæ, & mellis ana ℞℞. saponis rasi ℞viij.
farinæ seminis lini ℞jv. spiritus salis ammoniaci ℞℞. olei
saponis, & chamæmeli ana ℞j. olei seminis lini ℞ij. misce
exactè, & si necesse sit adde de farina lini q. s. vt fiat cata-
plasma, ex quo extendatur q. s. in duobus pitaceis panni li-
nei tanquam vola manus figuratis, & apponatur vnum late-
ri dolenti, & alterum lateri non dolenti, statim vbi dolor in
pleura sentiatur, & renoventur de 24. in 24. horis.

Emplastrum, seu Cataplasma Pectorale Vigonis.

℞. Chamæmeli, meliloti, anethi, & absynthij ana M. j. fuffu-
ris exiccatis ℞iij. farinæ fabarum, hordei, & lentium ana
℞℞. rosarum ℞℞. triturentur subtiliter, & tempore vsus
misce cum sapa, & vino odoro, vt fiat emplastrum solidum
lenissimo igne: hinc accipe olei rosati ℞jv. olei chamæme-
li, & anethi ana ℞ij. ceræ albæ ℞iij. liquefiant simul, & mis-
ceantur cum prædictis super ignem probè agitando, & vlti-
mo adde croci pulverati ℞ij. fiat emplastrum, seu cataplas-
ma.

Vires: Virtutem habet unumquemque dolorem sedandi cum
resolutione, & loci confortatione: sanguinem, & materiam ad
exteriorem partem purgationi habilitando; obid difficultati an-
belitus, & tussi subvenit.

Emplastrum, seu Cataplasma Capitale Eiusdem.

℞. Fuffaris ℞℞. farinæ fabarum ℞viij. rosarum, baccar. myrti,
& folior. eiusdem, chamæmeli, & meliloti ana ℞j. stoecha-
dis, & schoenanthi ana ℞iij. coriandri, & anisi ana ℞jv. be-

414 Tyrocinium Pharmaceuticum. Lib. II.

tonicæ, matris sylvæ, & anethi ana ℥ss. absynthij ℥ij. pulverentur subtiliter, & tempore vsus humecta cum vino odoro, & sapa: deinde accipe olei chamæmeli, anethi, rosati, & myrti ana ℥iiss. ceræ albæ ℥ij. liquefiant simul, & miscantur cum prædictis igne leni probè agitando: deinde ab igne semotis misce pulveris calamj aromatici ℥x. croci ℥iiss. fiat cataplasma.

Vires: Sanguinem coagulatum dissolvit, tumores discutit, contusionibus applicatur, caput roborando, necnon ischiatica medetur.

Emplastrum, seu Cataplasma Crusta Panis Montagnana.

℞. Corticis panis tosti ℥ij. infunde in aceto, vt madeant, pista, & adde olei mastiches, & cydonior. ana ℥j. pulv. menthæ, spodij, corallij rub. santali albi, & rubri ana ℥j. agita, & cum farina hordei fiat instar cataplasmat. Stomachum imbecillum roborat.

Emplastrum, seu Cataplasma Mica panis ex Aecio.

℞. Carnis dactylorum pinguium, meliloti, & flor. chamæmeli ana ℥j. comarum absynthij ℥ss. infunde per noctem in sapa vini: hinc coque vnica ebullitione, colaturæ adde micæ panis albissimi ℥iij. iterum aliquantulum coque: deinde adde styracis in pauco oleo solutæ ℥j. pista optimè, & adde prius simul liquata axungia anseris recentis ℥ij. ceræ ℥v. olei omphacini ℥ss. & vltimo insperge pulveris mastiches ℥j. aloës ℥ss. fiat cataplasma.

Vires: Vfus eius est in stomachi inflammationibus, duritie, & debilitate.

Emplastrum, seu Cataplasma Farinarum ex Guidone.

℞. Farinæ fabarum, hordei, & lentium ana ℥ss. surfuris benè triti ℥iiss. cum sapa fiat cataplasma igne lento.

Vires: Convenit in principio puncturæ secuta putrefactione in quocunque nervorum vulnere.

Emplastrum, seu Cataplasma Oxymelite, vel Farinarum ex Galeno.

℞. Oxymellis, & farinæ erui, vel lolij, seu fabarum ana p. æq. fiat instar pultis igne lento.

Vires: Valet ad gangranam, & inflammationem.

Emplastrum, seu Cataplasma de Nido Hirundinum ex Guidone.

- ℞. Nidum vnum hirundinum, & fac bullire diu in aqua: deinde cola per setaceum equinum, & in colatura coque ad molliem, & ferè ad aquæ consumptionem radicis liliorum alborum, althææ, bryoniæ, foliorum malvarum, violarum, & parietariæ ana ℥ss. pistentur optimè, & adde fermenti acerrimi, & farinæ seminis lini ana ℥ij. olei veteris, & axungie non salitæ ana ℥ij. fiat cataplasma, quod miraculosè prodest in angina desperata collo sapiùs tepidè applicatum.

Cataplasma Primum Vidos.

- ℞. Radicis althææ ℞ij. scinde in taleolas minutissimas, & coque ferè ad molliem in aqua fabrorum: tunc adde foliorum malvarum ℞ss. coque ad molliem: deinde pista optimè, & detine per semihoram: hinc accipe huius pulpæ ℞ss. vitelli ovi N. j. butyri non saliti ℥j. misce, vt fiat cataplasma, quid applicatur tepidum, ad maturandum, digerendum, emolliendum, & supurandum: vtuntur etiam chirurgi in vlcibus.

Cataplasma Secundum Eiusdem pro carbunculis.

- ℞. Radicis althææ in taleolas minutissimas dissectæ ℞ss. foliorum malvarum ℞ss. foliorum acetosæ ℥ij. coque ad molliem in iure arietino ex carne lumbi parato: hinc pista, & detine per semihoram, cuius pulpæ accipe ℞ss. vitelli ovi N. j. axungie non salitæ ℥j. misce, vt fiat cataplasma.

Ceratum ad Corpus Balsamandum.

- ℞. Olei rosati, myrtillor. & mastiches ana ℞ij. aceti acerrimi ℞j. picis navalis, & colophonie ana ℞jv. terebinthinæ ℞j. ceræ ℞ij. fiat ceratum S. A. pro cadavere regendo.

Decoctum ad Corpus Balsamandum abluendum.

- ℞. Absyptij, rosarum, & salis communis ana ℞ij. vini albi ℞xxv. coquantur per horas duas in vase clauso.

Pulvis pro Cadavere Balsamando.

℞. Myrrhæ, aloes, & mastiches ana ℥ss. boli armenæ pp. ℥ij.
 churis ℥j. xylobalsami, spicæ, & calami aromatici ana ℥jv.
 mumix, caryophyllorum, & cinnamomi ana ℥ij. ligni aloes
 ℥v. croci, & styracis ana ℥ss. trium santalorum ℥ij. baccar.
 lauri, & salis decrepitati ana ℥ss. corallij pp. ℥ij. Diamar-
 garitonis Frigidi ℥ss. triturentur grossiter.

Hæc tria supradicta pro cadavere Mariæ Luisæ Gabrielis
 de Borbon Regina nostræ, in Officina Regia parata sunt.

Laus Deo, Dei paræ que.

O. S. C. S. R. E.



INDEX RERUM NOTABILIVM.

A

- A** Blutio, Pagina 57.
 Abſynthium Seriphium;
 pag. 88.
 Acer quid? pag. 23.
 Acerbus quid? pag. 24.
 Acetum quid? pag. 48.
 Acetum Alkalifatum, ſeu Radica-
 tum, pag. 306.
 Acetum Diſtillatum, idem.
 Acetum Roſatum, pag. 263.
 Acerum Scylliticum, idem.
 Acetum Sennæ, pag. 261.
 Acetum Theriacale, pag. 262.
 Acidum Tartari, pag. 319.
 Acidus quid? pag. 13.
 Acorus Verus, pag. 81.
 Aromeli, pag. 68.
 Aſ, p. 123. eius Calcinatio, p. 344.
 Aethiops Mineralis, pag. 340.
 Aſtites, pag. 113.
 Agallocum, pag. 82.
 Agaricum, pag. 75.
 Agaricum Trochiſcatum, pa. 231.
 Alabaſtrum, pag. 114.
 Alcohol, pag. 40.
 Alimentum quid? pag. 11. ex qui-
 bus fontibus deſumitur? idem;
 Alimentum Medicamentorum
 quid? idem.
 Alkaeſt Glauberi, pag. 362.
 Aloë, pag. 70.
 Aloë Lota Simplex, pag. 355.
 Aloë Lota cum ſucco Roſar. vel
 Violar, pag. 354.
 Alterantia quæ? pag. 2.
 Alumen Rupeum, pag. 121. eius
 uſtio, pag. 344.
 Aluminis Plumoli præparatio, idem;
 Amarus quid? pag. 23.
 Ambar de quantas, pag. 118.
 Ambra, pag. 117.
 Ambra Citrina, pag. 118.
 Ammeos, Ammi, pag. 89.
 Ammoniacum Gummi, pag. 103.
 Anacardium, pag. 88.
 Analeptica quæ? pag. 8.
 Animæ Gummi, pag. 93.
 Animal quid? pag. 11. unde dicitur?
 idem.
 Anodyna quæ? pag. 9.
 Anthos, pag. 79.
 Antidotum Hæmagogum, p. 182.
 Antiſepticum Poterij, pag. 337.
 Anti hiſterica quæ? pag. 10.
 Antimonium, pag. 126.

Index Rerum Notabilium.

- Antimonium Diaphoreticū, p. 336
 Antiquarticum Peruvianum, p. 85.
 Aperitiva, pag. 8.
 Aqua quid? pag. 22.
 Aq. Alba Mercurij Chyrurgica,
 pag. 264.
 Aq. Alba Sydenhamij, pag. 257.
 Aq. Aluminosa Guidonis, p. 299.
 Aq. Aluminosa Phalopij, p. 259.
 Aq. Angelica, pag. 68.
 Aq. Anticolica, seu Carminativa
 Mynsicht, pag. 296.
 Aq. Antiepileptica Langij, p. 294.
 Aq. Antimonialis, pag. 256.
 Aq. Antiphthifica, vulgò *De la pa-
 lata*, pag. 297.
 Aq. Antivenerea Caroli Musitani,
 pag. 256.
 Aq. Apoplectica Charaz, pa. 294.
 Aq. Ardens, pag. 299.
 Aq. Arterialis, pag. 360.
 Aq. Benedicta Rulandi, pag. 262.
 Aq. Bryoniae Comp. pag. 295.
 Aq. Calcis Coerulea, pag. 361.
 Aq. Calcis Mercurifata, pag. 259.
 Aq. Calcis Prima, Secunda, &
 Tertia, pag. 265.
 Aq. Cafei, pag. 67.
 Aq. Cinnamomi Buglossata, p. 293
 Aq. Cinnamomi Lactescēs, p. 292
 Aq. Cinnamomi Spirituosa, idem.
 Aq. Coelestis, pag. 361.
 Aq. Coelica, pag. 300.
 Aq. Contra Gonorrhæam Don-
 zellij, pag. 264.
 Aq. Contra Gonorrhæam ex
 Quercetano, pag. 298.
 Aq. Diaphoretica Ioannini, p. 265
 Aq. Distillata, seu Stillatitia quid?
 pag. 49.
 Aq. Florum Omnium, pag. 298.
 Aq. Fortis, pag. 311.
 Aq. Hermetica Mercurij, pa. 259.
 Aq. Hirundinum, pag. 297.
 Aq. Hysterica ex Aug. pag. 295.
 Aq. Hysterica Lemontis, pag. 360.
 Aq. Lac augens, p. 258.
 Aq. Lactis, pag. 67.
 Aq. Lætaminis, pag. 298.
 Aq. Lamphranci, pag. 361.
 Aq. Magnanimitatis, pag. 296.
 Aq. Mellis, pag. 305.
 Aq. Mellissæ Camphorata, pag. 93
 Aq. Mille Florum, pag. 298.
 Aq. Mirabilis, pag. 295.
 Aq. Mulsa, pag. 292.
 Aq. Nucum Juglandium, p. 296.
 Aq. Ononidis, pag. 298.
 Aq. Ophthalmica Brunij, pa. 361.
 Aq. Ophthalmica Donzellij, p. 298
 Aq. Ophthalmica Quercetani, pa.
 361.
 Aq. Ophthalmica ex Vidos, idem.
 Aq. Phagædenica, idem.
 Aq. Regia, pag. 311.
 Aq. Reginae Vngariae, pag. 297.
 Aq. Saphirea, pag. 361.
 Aq. Saponis, pag. 300.
 Aq. Styptica Lemerij, pag. 360.
 Aq. Theriacalis, pag. 293.
 Aq. Theriacalis Frigida Riberij,
 idem.
 Aq. Theriacalis Petri Salæ, p. 294.
 Aq. de Tribus, pag. 360.
 Aq. Turpida Rulandi, pag. 262.
 Aq. Vitæ Mathioli, pag. 250.
 Aq. Ulceraria, pag. 361.
 Aq. Vulneraria contra Sputum
 Sanguinis, pag. 257.
 Aq. Vulneraria Quercetani, idem.
 Aquæ

Index Rerum Notabilium.

Aquæ ex Animalibus, pag. 50.
 Aquæ Cordiales, pag. 20.
 Aquæ Pleuriticæ, idem.
 Aquæ ex Vegetabilibus, pag. 49.
 Aquila Alba, pag. 330. & 352.
 Arbor quid? pag. 12.
 Arcanum Corallinum, pag. 339.
 Arcanum Duplicatum, pag. 323.
 Arcanum Salis Tartari, p. 350.
 Argentum, pag. 122.
 Argentum Potabile, pag. 244.
 Argentum Vivum, pag. 124.
 Aridum quid? pag. 25.
 Aroma Philosophorum, pag. 328.
 Aromata quando non debent imponi in Medicinis, pag. 172.
 Aroph Paracelli, pag. 328.
 Ars quid? pag. 1.
 Arsenicum, pag. 119.
 Asara, Asarabacaris, Asarum, p. 76
 Asperum quid? pag. 25:
 Asphaltos, pag. 118.
 Assa Dulcis, pag. 94.
 Assa Foetida, pag. 101.
 Assatiõ quid? pag. 37. Quomodo fit? idem.
 Asselorum, seu Mille pedum præparatio, pag. 357.
 Atramentum Sutorium, pag. 122.
 Attenuans, pag. 6.
 Auripigmentum, pag. 119.
 Aurum, pag. 122.
 Aurum Fulminans, seu Sclopetans, pag. 353.
 Aurum Medicorum, pag. 354.
 Aurum Potabile, pag. 243.
 Austerus quid? pag. 24.
 Authores Arabes, pag. 129.
 Authores Græci, idem.
 Azabache, pag. 118.
 Azoch, Azoth, pag. 124.

B.

Bacculum Paralyticorû, pag. 378.
 Balsamum quid? pag. 44.
 Balsamum Alkalifatum, pag. 248.
 Balsamum, seu Oleum Aloeticum; pag. 317.
 Balsamum Antimonij, pag. 249.
 Balsamum Apoplecticum, p. 394. & 395.
 Balsamum Arcei, pag. 393.
 Balsamum Catholicum, pag. 247.
 Balsamum de Copayba, pa. 97.
 Balsamum Cucurbitæ, pag. 370.
 Balsamum Diæsulphuris Rulandi, pag. 393.
 Balsamum Indicum, seu Peruvianum, pag. 96.
 Balsamum Innocentij XI. pa. 248.
 Balsamum Mariæ, pag. 97.
 Balsamum Mirabile, pag. 317.
 Balsamum ex Doctore Porras, p. 393.
 Balsamum Peruvianum Artificiale, pag. 316.
 Balsamū Reguli Antimonij, p. 249.
 Balsamum Saturni, pag. 394.
 Balsamum Sulphuris Anifatum; pag. 249.
 Balsamum Sulphuris Terebinthinatum, idem.
 Balsamum de Tolu, seu Tolutanum, pag. 95.
 Balsamum Verum, idem.
 Balsamum Viridium Metensium; pag. 394.
 Bdellium, pag. 105.
 Bechica, pag. 10.
 Belzoinum, Benjui, Benzoin, pag. 93. & 94.

Index Rerum Notabilium.

- Benedicta Laxativa, pag. 186.
 Bexuquillo, pag. 74.
 Bezoardicum Animale, pag. 357.
 Bezoardicum Ioviale, pag. 338.
 Bezoardicum Lunare, idem.
 Bezoardicum Martiale, pag. 339.
 Bezoardicum Minerale, pag. 337.
 Bezoardicum Officinatum, idem.
 Bezoardicum Solare, pag. 338.
 Betumen Judaicum, pag. 118.
 Bismuthum, pag. 127.
 Bolus quid? pag. 41. Quomodo
 paratur? idem.
 Bolus Anodynus, pag. 193.
 Bolus Armena, seu Orientalis, pag.
 116.
 Bolus de Cassia, pag. 193.
 Bolus ad Casum, idem.
 Bolus Febrifugus, idem.
 Bolus Nephriticus, idem.
 Borrax Artificialis, pag. 324.
 Borrax Nativa, pag. 120.
 Bryonia Indica, pag. 73.
 Butyrum Antimonij, pag. 332.
 Butyrum Iovis, pag. 333.
 Butyrum Saturni, pag. 394.
 Butyrum Sulphuris, pag. 348.
 Butua, pag. 82.
- C.**
- Cadmia Faciica, pag. 128.
 Cadmia Nativa, pag. 127.
 Caphalica quæ? pag. 9.
 Caffè, pag. 90.
 Gagolanga, pag. 74.
 Calamus Aromaticus, pag. 80. 81.
 Calcantum, pag. 122.
 Calcinatio quid? pag. 29. Quotu-
 plex? idem.
 Calcinatio Amalgamatoria quid?
 pag. 30.
 Calcinatio Coementatoria quid?
 pag. 32.
 Calcinatio Corrosiva quid? pa. 30.
 Calcinatio Fumigatoria quid? pa.
 31.
 Calcinatio Fusoria quid? idem.
 Calcinatio Humida, seu Vaporosa
 sa quid? pag. 30.
 Calcinatio Illimitoria quid? p. 32.
 Calcinatio Immerfiva, seu Præci-
 pitatoria quid? pag. 31.
 Calcinatio Sicca quid? pag. 29.
 Calcinatio Vaporosa Corrosiva
 quid? pag. 32.
 Calidum quid? pag. 26.
 Calomelas, pag. 330.
 Calx Saturni, seu Plumbi, pag. 344.
 Camphora, pag. 92.
 Canella, pag. 83.
 Caranna, pag. 100.
 Carbunculus, pag. 109.
 Cardamomum, pag. 88. absolute
 quid, idem.
 Cardiaca quæ? pag. 8.
 Caryophyllus Aromaticus, pag. 86.
 Carneolus, pag. 100.
 Carpesium, pag. 87.
 Cassia, Cassia Lignea; Cassia
 Odorata, pag. 83.
 Cassia Cathartica, Cassia Fistula,
 Cassia Nigra, Cassia Solutiva,
 pag. 69.
 Castor, Castoreum, vel Castorium;
 pag. 59.
 Cataplasma quid? pag. 57. Quo-
 modo paratur? idem.
 Cataplasma Antipleuriticum, pag.
 413.
 Cataplasma Hydropicum Junken,
 idem.
 Cataplasma Primum Vidos, pag.
 415.

Index Rerum Notabilium.

- Cataplasma Secundum Eiusdem idem.
 Catechu, pag. 117.
 Cathartica quæ? pag. 7.
 Catharticum Rosatum, pag. 188.
 Cato, pag. 117.
 Cauterium Potentiale, pag. 346.
 Ceratum quid? pag. 57.
 Ceratum ad corpus balsamandum, pag. 415.
 Ceratum Hystericum, pag. 407.
 Cereyilia Aperiens, p. 263.
 Cerussa Antimonij Diaphoretica, pag. 337.
 Cerussa Antimonij Salæ, idem.
 Chalcitis, pag. 128.
 Chalybs, pag. 123.
 Chalybs cum sulphure præparatus, pag. 340.
 Charabe, pag. 118.
 Characteres, Pondera, ac Mensuræ, pag. 168.
 Chermes, pag. 89.
 Chermes Minerale, pag. 353.
 Chymica quid? pag. 1.
 Chinacanna, Cinachina, pag. 85.
 China radix, pag. 91.
 Cholagoga quæ? pag. 7.
 Cholagogum simplex Galeni, pag. 355.
 Chryfocolla, pag. 120.
 Chrysolithos, pag. 108.
 Cyminum Æthiopicum, pag. 89.
 Cineres Clavelati, pag. 137.
 Cinnabaris Antimonij, pag. 332.
 Cinnabaris Nativa, pag. 127.
 Cinnabaris Officinarum, seu Artificialis, pag. 331.
 Cinnamomum, pag. 83.
 Clavis Philosophorum, pag. 300.
 Clyfma, pag. 57.
 Clyster quid? idem. Quomodo paratur? idem.
 Cobaltum, pag. 127.
 Coccum Baphicum, pag. 89.
 Cócinnella, idem.
 Cohob Antimonij, pag. 310.
 Colocynthis, pag. 71.
 Color quid? pag. 24.
 Compositio quid? pag. 38.
 Conditum, pag. 42.
 Conditum Absynthij, pag. 208.
 Conditum ad Morbum Gallicum; pag. 209.
 Conditum Prunorum Damascenorum, pag. 208.
